12.50 francs.

Edizione la più stimata e più rara di qta Opera.

N.B.

La precedente annotazione è scritta di mano di Leone XII (della Genga), al quale appartenuto aveva il Libro in vita. — T. Gnoli

Henry W. Haynes.

No. Q.403.24

THE TRUSTEES OF THE PUBLIC LIBRARY OF THE CITY OF BOSTON 1852 · 1878
OMNIUM LUX CIVIUM

GIVEN BY
Estate of Henry W. Haynes.

ORIGENES. CONTRA CELSUM ET IN FIDEI CHRISTIANAE DEFENSIONEM LIBRI

Printed by Herolt at Rome in 1481 with Roman characters. " Contra Celsum", one of the most important works of early Christian literature is a defense of Christianity and its vindication as the true religion.

1

Edizione registrata dall'(?) [illegible], [illegible], [illegible]

Henry W. Haynes,
Rome, March 28. 1874.

PUBLIC LIBRARY
OF THE
CITY OF BOSTON

PUBLIC LIBRARY
OF THE
CITY OF BOSTON

Est. of Henry W. Haynes

Theodorus Gazinus Conſtantinopolita. Xp̄oforo pſona: S.P.D.

Vm diebus hiſce ſuperioribus animo: ut ſoleo ſæpe: Latinos uiros uerſarem: qui græce ſcire aliq̄d uiderent̃: & græcos inſup auctores: qui in latinū uerti non mediocri cum laude poſſent: ipſe imprimis oblatus es: quē unum noui ab ineunte adoleſcētia ſic græcas litteras imbibiſſe: & quod plurimū iuuit: ī græcia ip̄a & græcis ex p̄ceptoribus: ut niſi te ciuem romanū ſcirē: & propinquos tuos primarios urbis uiros ſat noſſem: dicturus facile ſim ex græcia te oriundū: nam & ipſa tua græca ꝓnuntiatio græcū te p̄fert. Quorſum hec? uidi Chriſoſtomi ſermones non paucos: quos e græcis latinos feciſti: & Liuanii meletas nonnullas: ueluti maioribus rebus futura preludia. Vidi paulopoſt apud te Athanaſium tuū: cuius traductio ita me oblectauit: ut in ſpem bonā eo ex tēpore uenerim: poſſe te & Origenem aduerſus Celſum traducere: Quem librū: quia elegātiſſimus eſt: & in fidei xp̄ianæ defenſionē conſcriptus: Nicolaus pōtifex: & ſi de ſe erat nouoꝝ operū: & græcoꝝ p̄cipue cupiētiſſimus: meo hortatu Conſtantinopolim miſit q ad ſe coemptū deferret: delatumq; mox mihi oſtēdit: dixitq; uelle ſe ei quiduis premii polliceri: qui latinū hūc faceret. Et ſane ipſe id opus aggreſſus eſſem ac lubens: niſi me tūc alia grauis traductio p̄occupaſſet. Reſtat igit̃ adhuc liber iſte in pōtificis bibliotheca intactus: & ut arbitror tibi ſeruatus: ut ea cum dignitate quā græce ſonat: uel ſaltem ꝓxima: latinum facias. & ſpero fore ꝑ tua utriuſq; linguæ ſingulari peritia: ut nō minus laudis in hoc conuertēdo ꝓmerearis: q̄ auctor ipſe in edendo ꝓmeritus ſit. At dices non eſſe illa nūc expoſita premia que Nicolaum pontificem narras ꝓpoſuiſſe: nec tales nūc p̄ncipes qui eius ueſtigia conſectent̃: Cur ergo tantū laboris inſumā? nec ipſe quidē inficias eo: qd ni? qui experientia doctus id auſim cōfirmare: nec p̄ncipes tales nūc eſſe q̄les antehac extitere: nec ea laboꝝ uirtutūq; premia. Sed quis adeo fuerit ſiue illiberalis ſiue ingratiſſimus p̄nceps: q ubi librū hūc illi traductū dono detuleris: nō te muneribus principe dignis: & magnis honoribus ꝓſequatur? Aggredere ergo id opus: & ꝑ eius ut dignitate abſoluas continēter incūbe. Age romanū uirū: & aīmo ingēti difficultates omnes ꝑuade. Eſt quidem hoc fateor interpretatu difficile: ſed eo plus laudis cōſequeris: quo rem non facilem aggreſſus uidebere. Vale.

Ioanni Mocenico illuſtriſſimo uenetoꝝ ꝑncipi:uniuerſoqꝫ ſenatui īclito cōſultiſſimoqꝫ:Chriſtoforus pſona romanus.

T ſi pleriqꝫ omnes p̄clara facinora aggredi iccirco uidemur: ut opes honorē gloriam:more humani ingenii conſeq̄mur: ipſe tamen conſultius lōge facere duxerim:qui ſuis in oībus tam priuatis q̄ publicis actionibus ita ſe geſſerint: ut deum imp̄mis ꝓmereant:& uerā eius ſic tueant religionē:ut ſi uel uita cū morte ſit his cōmutāda:intrepide ferāt.Quod ſane maiores nr̄os:hoc eſt q no bis miræ uirtutis ſpecimē reliquere:& ad ſectandā ueritatē documēto fuerunt:factitaſſe ſat cōſtat.Siqdē bonis fortune contēptis:& cæteris rebus poſthabitis:ſine qbus cōſtarī uitā nil poſſe mortales putāt:p ar ma p ignes:pqꝫ oēs deniqꝫ cruciatuſ & mortes ītrepidi p̄uaſere:ut xp̄i anam ꝓfeſſionē ſeruarēt.Quo factū eſt ut uel torquentiū & tyranno rum ſeuitiā patiēdo p̄uicerint.Fuere itē & q ut ītegerrime uiuēdo:ita & ſcriptitādo q̄ & ſui tp̄is eſſent hoībus & poſteris ꝓfutura:de nr̄a & xp̄iana hac fide ſint optime meriti. Quos inter Origenes hic fuit: q ubi exploratū hr̄et Celſum philoſophū & gētilē xp̄o impudenter ob ſtrepere:& huius cultū ſcriptis acerrime inſectari:cōmotus aīmo: uti par erat:& rei indignitate accēſus: obſtrepētis ſic dicta refellit: ut pla ne oſtēdat nullius eſſe momenti que ille deblaterat. Et ſane nil deſūt hoc tempore ueritatis infenſiſſimi hoſtes:q non ſolū hāc uerbis ſed factis impugnēt. Quocirca p̄q̄maxime uellē ut quēadmodū fidē ſuis hic tutatus eſt ſcriptis:ita & ueri dei cultores armis aduerſus impios decertarēt:q xp̄ianoꝝ negligētia oriētis iam maximā p̄tem:occidētis non paruā ſue fecerint ditionis. & ab exiguis qbuſdā initiis uel ꝓpe nullis:ad id ætatis tā breui eo magnitudinis creuerīt:ut cæteras natō nes ī immēſum ꝓpagatis iā īperii finibus facile aſp̄nent.Nā ſi iſtoꝝ recēſere p̄mordia uelim:crediderim equidē turcoꝝ hāc gentē ex Atha mania originē ducere:q̄ regio Theſalie ꝓxima:nec ſatis ampla:bello Macedonico Aminādrū habuit regē pp̄lo Romano amicū. Cur aūt ex Athamanibus turci ſint poſtea dicti:haudq̄q̄ ī magno poſuerim noſſe.Hi itaqꝫ eo nūc audacie ꝓceſſerūt ut Hydruntē Italie in Apulo agro captū direptūqꝫ ui teneāt:miſeris ciuibus p̄tim crudeliſſime tru cidatis:p̄tim ī Epyrū ī ſeruitutē trāſuectis.qs iſta deplorare ſat queat: barbaros hoīes q feritate īmanes beluas ſuperent: ob Italoꝝ ſiue deſi diam dixeris.ſiue diſſenſiones & bella in Italiā trāſmiſiſſe: Non ergo

par fuerit exteris nationibus tantũ ut ocii det̃: ut nr̃is hiſce in locis tã libere inſueſcãt. Memoriæ ꝓditũ eſt Gallos olĩ cũ multitudĩe abũ darẽt ĩ Italiã ꝑmũ tũc deſcẽdiſſe: ut nouas ſibi q̃rerẽt ſedes: ita ut ſiue eiectis: ſiue ĩterfectis habitatoribus: ipſi urbes ĩcolerẽt. ea fama rei tã bene geſtæ ad ſuoſ plata: alios itẽ atq; alios tã frequẽter exciuit: ut de pulſis ĩſubribus: ũbris etruſciſq; ſupatis: iſtoꝝ occupauerĩt locos: Suſcipite itaq; rẽpublicã xp̃ianã tutãdã: ut añ hac ſæpe feciſtis: & cũ xp̃ianis ꝑncipibus aliis piclitãti iã opẽ ferte: nã ꝓ cõi libertate uos ita decertaturos exiſtĩauerĩ: ut in nauãda tãti momẽti opa: nulli ſitis ĩferiores futuri: qñq̃dẽ uobis & ſuppetunt uires: & reſpu. ſit tã optĩe conſtituta: ut alioꝝ ſit id pace dictũ: ſĩlem eẽ ĩ terris nuſpiã norĩ: nimiꝝ q̃ p annos iam octingentos: uti accepi: uel eo amplius pro eius mira concordia: q̃ uel parue res creſcunt: continẽti & integra fruitur libertate: Accedit etiã ꝙ ſenatorius ueſter iſte & ampliſſimus ordo: ex regibus uideat̃ cõſtare: qđ olim Romanis eloq̃ntes qdã & ſũmi uiri maximã in laudẽ cõtulerũt. Fuere fateor ur̃is ciuibus magna ĩgenia: & ad rem omnẽ accomodata: atq; adeo qbuſuis artibus bonis ĩbuta: ita ut domi foriſq; clari ſint habiti: nã Leonardi Iuſtiniani: ut recẽtiora nũc repetã: q̃ uis aĩmi fuerit: qđ acumẽ ĩgẽii: q̃nta doctrĩa: nemĩnẽ latet. nec ſecus & Frãciſcuſ barbarus græce itẽ latineq; pitiſſimus: q̃ml̃tis ꝑſtiterit qs ignorat? cuius ueſtigia hac nr̃a ætate Hermolaus barbarus: ex filio Zacharia circũſpectiſſimo ur̃o nũc ad põtificẽ oratore & eqte nobiliſſimo nepos: uir ſane doctiſſimus eloquentiſſimuſq; enixe ſectat̃: nec deſunt uobis uel hac tẽpeſtate & alii multi: ut lr̃atiſſimi: ita & longa reꝝ hũanaꝝ expiẽtia prudẽtiſſimi ciues: q & audere & facere oĩa ſũma cũ laude q̃ant: q̃lis Frãciſcus ẽ dietus uir miræ doctrĩe & eloq̃ntiæ q̃lis & bernardus bẽbus q ingr̃atus & legatões nõ pua cũ gl̃a geſſerit: q̃les deniq; Antonius donatus: & Marcus Antõius diſſertiſſimi uiri & eqtes ſũt: & iſtoꝝ ſĩl̃es ceteri: quoꝝ ſi uirtutes nũc uelĩ & ornamẽta cõmemorare ꝓfecto ut ipẽ ĩ ſcribẽdo longior fierẽ: ita nec finẽ hĩtura eſſet or̃o. Agredimini igit̃ eggregiũ id & memorabile facinus: abigite: & ex hũano conſortio exterminate tã fedũ hoſtiũ genus: huc ur̃os intẽdite neruos: hic aĩmis hic uiribus opus: uẽdicate ĩ libertatẽ tot hominũ nationes: tãdiu & tã ĩiuſte opp̃ſſas: nota iamp̃dẽ ur̃a ẽ ĩ eccl̃iam fides: noti & ſuſcepti quõdã ꝓ ea laboreſ: note & ſũptuoſiſſime p uos ſepe ut terr̃ſtreſ expeditiõeſ: ita & maritĩe claſſes aduerſus ĩpios cõpate. agite igit̃ ut recẽtibuſ bñficiis p̃terita & egregia vr̃a faciora cõꝓbent̃.

ORIGENIS PROAEMIVM CONTRA CELSVM ET IN FIDEI CHRISTIANAE DEFENSIONEM LIBER. I.

HOrtaris ſacer Ambroſi ut Celſi: etſi gentilis & philoſophi hominis obiectiones: in chriſtianã religionẽ oblatrantis: ꝓ noſtro arbitrio refutemus. Ipſe uero: etſi aſſiduis & magnis: ut tu te noſti: Laboribus interpellor: qppe qui ſacras litteras omnes interpretandi prouinciã mihi deſumpſerim: haudquaq̃ tamen pro maximis tuis in me beneficiis: ad rẽ non minus honeſtam q̃ neceſſariã hortanti tibi ſum defuturus. Quis enim tam leuis philoſophi dicacitatis petulãtiã tulerit: q ſuis tenebris qbus immergit̃ nihil contentus: uel aliis has ipſas ut ingerat enitat̃: q de rerum conditore optime ſentiãt: & eius uelit diſciplinã & inſtituta obſtrepẽdo peruertere: qui a morte homines reuocauit ad uitam: & errantibus immortalitatis iter oſtẽdit. Enimuero de rebus humanis tam bene mereri poteſt q peſtiferos errores ſuſtulerit: q̃ qui pie docet innocẽterq; uiuere. Tãetſi illđ dicere auſim neminẽ uſpiã inueniri qui diuinis ſit lr̃is apprime eruditus: & uerã dei in xp̃o caritatem adeptus: qui delirantibus Celſi dictis: aut ſui ſimilium uel nutet uel pænitus moueat̃. nõ enim a xp̃i fide: ut ueteꝝ quondã ꝓdictionibus: ita ĩpoſterũ re ipſa & miraculis aptius cõfirmata tam leuiter quiuis defecerit. Quis enim inqt Apoſtolus a caritate dei nos ſeparabit? afflictio an anguſtia: an ꝑſecutio: an fames: an nuditas: an periculũ: an gladius? quãtis olim pleriq; affecti ſuppliciis: q̃ miſeris mõis excruciati: in fide ſtabiles ꝑſtiter̃. Sed cũ infirmiores ſint in eccleſia quidã: quos Paulus ſuſcipiẽdoſ eſſe cõmonefacit: nõ ab re fuerit deliri hominis ineptias refutare: ne forte qui recens ad uerã illã & diuinã ſe contulit diſciplinã: ſiue uerboꝝ lenocinio quodam illectus: ſiue priſtina ſua & praua ad

memoriam reuocata cõſuetudine:ad uomitum relabat̃:nõ enim temere Paulus idem:ut nihil ignarus nõ mediocrẽ ineſſe philoſophis uim ſuadendi:q̃ppe qui pro ueris poſſint falſa plerũq; aſtruere. Videte inquit ne quis uos p̃ philoſophiã decipiat:ipſe uero meliore cõditione futurũ exiſtimauerim qui Celſi dicta perinde uana & anilia ita contempſerit:ut nihil omnino ducat his reſpõdendum. Quid enim poteſt aduerſum nos ille afferre quod non ineptum inualidũ & falſum eſſe coarguat̃? preſertim cum deliramenta quedã inducat nec ratione ſubnixa:nec prudẽti ſaltem homine digna:que utiq; ſumus iuuãte deo tam facile nos euerſuri: q̃ leuiter ille obiecit.

CElſus itaq; chriſtianorum religionẽ calumniaturus: hũc in modum ordit̃:Aitq; p̃ter principũ ſtatuta & leges: cõuentus quoſdã inter ſe chriſtianos ſeorſum & clã factitare:quorum partim aperti ſint & impropatulo fiant:ut qui legibus permittunt̃:p̃tim contra principum iura:uult p̃terea mutuã illam chriſtianorum criminari:uel ex eo beniuolentiã:quam hi caritatem appellant:quia cõmuni periculo cõſtet:ut cuius gratia nullum recuſent pro ſe inuicem ſubire diſcrimen:tanq̃ coniurationẽ aliquam caritas ipſa pretẽdat:hic deinceps cõmunem legem extollit uulgatioremq; & celebrem facit:& dignũ ducit cui pareãt omnes. Quocirca dicendum erit:q̃ quemadmodum quiſpiam: ubi ſe ad Scythas contulerit quibus leges nepharie ſint:neq; ab his ſecedendi ſit poſtea oportunitatem adeptus:& iccirco uiuere apud eos cogat̃: iure quidem ob ueram & priſtinam legem:ut quã exceſſiſſe ſit uiſus:quia cum Scythis uerſet̃: ſiquos forte ſit interea nactus ſecum qui ſentiant: Scytharum proculdubio leges exceſſerit & ſuas tuebitur: ſic apud iudicem illum gentilium leges: que de ſimulachris & impiorum deorum multitudine: q̃multa prefiniunt: pro Scytharum inſtitutis habentur: uel pro re alia quauis:que Scythis ipſis nil ſit impietate inferior:haudquaq̃ igitur preter ſtatuta fuerit & leges:conuentus pro ueritate facere:ut enim tyranno totius in ſe ciuitatis conſpirationem preuenienti:

necem qui molirentur: iure id uiderent̃ feciſſe: ſic & chriſtianæ fidei ſectatores: tyrãnidem exercente diabolo: qui id nominis eſt apud hos ipſos ſortitus: & mendaciſſimus eſt: in unum coeunt ꝑ ter ipſius demonis inſtituta: ut hunc ipſum impugnent: & ſaluti ſint aliis: quibus poſſunt perſuadere: ut ab eo deſciſcant: tãq̃ Scy tharum ſiue tyrãni lege. Deinde chriſtianũ hoc dogma affirmat: a Barbaris cepiſſe ortum: hoc eſt a iudeis: unde chriſtiana hec pen deat fides: & recte quidem nil hanc criatur: ꝙ deſumpta a Barba ris ſit: quippe quos laudet afferatq; poſſe hos eſſe & dogmatũ in uentores: addit tamen potiores ſemper græcos fuiſſe: barbarorũ inuenta uel aſtruere uel iudicare: uel ad uirtutem eadem hec exer cere. Atqui id mihi ex Celſi dictis offert̃: quo & tutari chriſtianã rem poſſim: & confirmare que noſtre huic inſunt religioni & ue ra eſſe & certiora: ꝙ ex gentili quiſpiam ſchola & diſciplina: ubi ſe ad chriſtum contulerit: non modo iudicet indubitata eſſe que credimus: ſed exercitatione & opere: chriſtianæ doctrinæ aſtru at ueritatem: & quod mancum fortaſſe & mutilũ pro gentilium argumentis: & minus probabile uideret̃ hic ſuppleat & plane cõ firmet ueram hanc eſſe religionem: dicendum preterea: eſſe ꝓpri um quoddam huius doctrinæ argumentum: quemadmodum lõ ge plurimũ hec diuinitatis participet: q̃ gentilis illa & dialectica: nimirum: quam apoſtolus ſpiritus & uirtutis appellat oſtenſio nem: ſpiritus quidem ob prophetias & uaticinia: que ſatis poſſũt reddere certiorem: qui eas perlegerit: cuiuſmodi ſint: que de chri ſto ſcribunt̃: uirtutis uero: ob admirandas chriſti uirtutes: quas etſi ex aliis multis aſtrui poſſit hunc operatum fuiſſe: ex eo tamẽ uel maxime: quia uel ad id temporis uirtutum huiuſmodi in eis ſeruant̃ ueſtigia: qui pro uerbi: hoc eſt chriſti dñi: uolũtate: uitã hanc ducunt. Ceterum chriſtianos ſeorſum facere & docere affir mat que ſe oblectent: nec temere ait id hos factitare: ut qui hoc pa cto impendentis mortis penas ꝓpulſent: diſcrimenq; cum diſcri mine confert: quod olim fertur philoſophantibus cõtigiſſe non nullis: ut Socrati: quod tamen poterat & Pythagora dici: & aliis

ſapientiæ ſtudioſis.ad hec autem ſic reſpondendum. Athenienſes eorum ſtatim penituiſſe:que fuiſſent in Socratem machinati:nec ullum eius uiri ob gratiam:exacerbati animi apud hos ueſtigiũ reſediſſe: nec ſecus dici & de Pythagora poteſt:ubi hunc aduerſarii ſuſtulerunt: ſiquidem huius diſcipuli & ſectatores: qui & pythagorei ſunt poſtea dicti:ad multum temporis in Italia:q̃ olim magna græcia dicebatur:quibus ſe addixerant ſtudia:conſeruata ad poſteros tranſmiſerunt. De chriſtianis autem quid erit dicendum:quorum doctrinam uel romanorum ſenatus:imperatoreſq; ut quiſq; ſucceſſerat: & milites ipſi & populus: & credentium neceſſarii:impugnando:tam acriter interpellarent:ut perinde uicta iſtorum forte ſuccubuiſſet inſidiis:ni diuina uirtute emergens:ſuperior adeo euaſiſſet:ut terrarum orbem:etſi inſidias molientem: peruicerit. Videamus etiam ut chriſtianæ huius doctrinæ moralitatem Celſus carpere ſe arbitret̃:cum ceteris philoſophis communem hanc facit:perinde nec elegans ſit nec noua inſtructio: nos uero aſſerturi id ſumus:ſi enim non omnes pro communi ſẽtentia de moralitatis hac diſciplina :recte ſentirent: interclusa eſſet omnino iuſtum dei iudicium inducentibus:pro commiſſis facinoribus uel recte factis æquior retributio:unde nec mirum debet uideri:eũdem deum: que per prophetas & ſaluatorem edocuit:in uniuerſorum animos diſſeminaſſe:ut in diuino iudicio ſit omnis homo inexcuſabilis:qui uoluntatem habeat legis cordi inſcriptam:quod ſane pretendit ſcriptura:tametſi illudẽdo:ut fabuloſam hanc ducant gentiles:perinde quia deum faciat mandata & legem propriis digitis exaraſſe:tradidiſſeq; Moyſi deferenda:nec ſecus & tabulas: quibus illa fuiſſent inſcripta:que poſtmodum ob eorum ſunt contrite nequitiam: qui uitulum ſibi conflaſſet: tanq̃ quis diceret: habundantiora tunc ſcelera tabulas illas quo minus haberent intercluſiſſe:alteras uero quas Moyſes incidiſſet iterato deum ſcripſiſſe:perinde propheticis dictis animam ipſam poſt priorem lapſum ad dei ſecundas inſcriptiones parantibus: que autem ad diuinum attinent cultum:etſi litteris ſacris ꝓbent̃

differendo tamẽ confirmat:nequaq̃ ſe arbitrari fabroꝝ manibus deos effigiari:quia iniquũ ſit que per nequiſſimos quoſdam & ꝑditis moribus homines fabricentur:ut deos eſſe ducamus: cũ ſepe contingat ut ad improborum quorundam nutum parentur. In ſequentibus uero id ipſum cum uellet commune philoſophis facere:ut non primum ſit a noſtris excogitatum:Heracliti dictũ: hunc in modum exponit:non enim delirans quis perſuaſerit eis qui templa ingrediuntur:ut ad deos inanimatos accedant. Qua de re etiam dicendum erit:nil ſecus ac alii ſolent qui dum ad bonos mores inſtituunt:inſperſos eſſe humanis mentibus aſſerunt cogitatus:quorum inſtinctu Heraclitus:ſiue e græciſ barbariſ ue: alius quiſpiam:ut id confirmaret:preſenſerit. Nam & Perſas hoc ipſum ſenſiſſe ait:& Herodotum inducit in ſua id hiſtoria enarrãtem:addemuſ & ipſi ſi lubet Zenonem quempiam Cyteium:qui in eo libro quem de republica moderanda conſcripſit:ſic inquit. Sacella autem ac templa conſtruere nil erit neceſſe: ſacrum enim nihil eſt prorſus exiſtimandum:nec maioris quidem faciendum: nec pro ſancto habendum:quod ſtruxerint homines. Liquet igitur uel de iſtiuſmodi dogmate & diſciplina:humanis in cordibuſ diuinis ex ſcriptionibus exaratum ſat eſſe:& quibus ſit operibus incumbendum. Proinde haudquaq̃ intelligo: q̃ re ĩpulſus inqãt Celſus demonũ quorũdã appellatõe & ĩuocatõibus xp̃ianos uideri res tãtas moliri:& uti uidere uideor:illud ſignificaturus hoc intulit:perinde carminibus iſti:demones abigant fugẽtq;. Sed aperte uidetur chriſtianam is calumniari doctrinam:quandoquidem nullis demonum inuocationibus:ſed Iheſu nomine nuncupato: & rebus pronuntiatis quas ille optime geſſit:uti eſt hiſtoriæ proditum:uim eam habere uidentur ueri dei cultores: nimirum qui ubi id egerint excedere ex hominibus demones cogunt: & tunc precipue:cum ex animi uero quodam affectu & integro que dei ſunt proferunt:Eſt enim tanti momenti Iheſu hoc nomen in demones inuocatum:ut ſi uel per improbos nuncupetur: plurimã

peragat. Quod edocens Iheſus ſic inqt: multi dicent mihi in die illa: in nomine tuo demones eiecimus & uirtutes operati ſumus: quod ſane dictum haud ſatis intelligo: ſciens ne an imprudens neglexerit Celſus. Arguit & in ſequentibus artiſmagice Iheſum: tanq̄ magicis quibuſdam preſtigiis faceret que feciſſe ſit uiſus mi randa. Nam cum alios inquit Iheſus hic preuideret: qui eiuſdem eſſent magice diſciplinæ cognitionem adepti: eadem illa que ipe faceret: quādoq; facturos per iactantiamq; aſſerturos ul' dei ſe uir tute hec facere: a ſua republica hos plane eiecit: & eundem inſuper carpit ꝙ haudquaq̄ hos iure eiecerit: ſiquidem & ipſe eiuſdem ſit criminis reus: unde & neceſſario illud ſequi affirmat: ſi Iheſus hic nō improbus ſit habendus qui talia factitet: nec alios eſſe iccirco nequitiæ noxam hanc ſubituros: ſed liquet ſane etſi minus coar gui poſſe uidentur que de Iheſu ſcribuntur: quemadmodum ille hec geſſerit: quandoquidē cōſtat & chriſtianos: nullis carminum ſiue adinuentionibus ſiue ſtudio: ſed in Iheſu dumtaxat hoc nō mine: & dictis aliis pro ſacra ſcriptione aſtruentibus fidem: mirā da hec facere. Verum quia chriſtianum id dogma & ſuboſcurum Celſus & reconditum nuncupat: uel in hoc erit ipſe coarguēdus: ſiquidem uniuerſo terrarum orbi quod tenent chriſtiani & predi cant: longe ſit notius: q̄ philoſophoꝝ compoſita: ut cuiq; libitū eſt: inſtituta: quem enim latet integerrimam uirginem Iheſū do minum genuiſſe: qui & cruci ſuffixus ſit: & q̄d multis: & uere cre ditum eſt: in tertium diem ab inferis reſurrexit. Fuiſſeq; & iudici um illud futurum ita denuntiatum: ut allaturū pro meritis ſit de linquentibus penas: & dignaturum premiis iuſtos: quod utiq; re ſurrectionis myſterium ubi cunctis innotuit: fama ac nomine: & concelebrat' ſimul ab impiis & irridetur. Quocirca aſtruere: & ob ſcurum id dogmatis dicere: abſurdius eſt: eſſe autem quedā poſt exteriora & apparentia hec: que nequeant ad multos pertingere: non modo chriſtianæ fuerit doctrinæ propriū: ſed philoſophiæ

ſtudentium: ut apud quos dicta eſſent nonnulla: que in apertum edi fas eſſet: nonnulla uero ut archana & minus uulgata: que ſilētio premerentur. Erant & qui Pythagoram publice audirent docentem: & qui ſeorſum inſtruerentur: que digna nequaq̄ eſſet (ut dicere ipſe ſolebat) ut ad prophanas & nondum expiatas aures peruenirent. Cæterum cum uniuerſa: ſiue apud græcos: ſiue apd̄ barbaros: ſiue apud quoſuis hominum: que pro myſteriis & archanis ducuntur: nil improbentur: fruſtra Celſus: ut fidei chriſtianæ ignarus: hanc ipſam calumniatur & carpit. Videtur tamen cum his admodum conuenire: qui ſuo ſanguine aduſq; mortem teſtificati ſunt fidei ueritatem: cum inquit: neq; enim id dixerim oportere: qui dogma aliquod optimum teneat: uel ſi apud homines ſit uite periculū ſubiturus: ut ab eo deſciſcat: uel deſciuiſſe diſſimulet: uel ut inficias eat id optimum eſſe quod ante ſuſceperit: & improbando contemnat: & qui chriſtianam ſapiant religionē: ut ſimulent hanc ſe nil penitus ſapere: & ſane affirmat haudquaq̄ eſſe in dogmate iam ſuſcepto diſſimulandum: neq; id quidem uel deſerendum eſſe uel abnegandum: quocirca coarguēdus eſt Celſus uanitatis & inconſtantiæ: ut qui ſibimet deniq; aduerſetur: & temer̄ q̄multa effūdat: ut criari nos q̄at: & eius aīmi malignitatē expler̄. qn̄q̄dem aliis eius ex ſcriptis deprehendatur Epicureus eſſe. Nunc uero ut iuſtius uideatur chriſtianam doctrinam calumniari: nil prorſus que epicurei ſunt profitetur: quin ſimulans inquit: enimuero melius quiddā q̄ terrena hec ſint ineſſe homini dixerim: quod ſit deo propinquius. Aitq; uniuerſos qui re hac probe ualuerint: hoc eſt animo ipſo: hanc dei propinquitatem ꝑcupere: eundemq; item & audire & meminiſſe: aduerte ergo quā animo preferat falſitatem: cum enim dixerit ſupra neceſſarium fore: ut qui optimum aliquod teneat dogma: uel ſi uitæ diſcrimen: huius ſit gratia aditurus: ab eo nūq̄ deſciſcat: nec defectōnis ſimulationē quoq̄ pacto p̄tendat: nec plane deneget quod ſemel

admiſerit:nunc in cõtraria & ſibimet aduerſãtia apte prolabitur: non enim neſcius erat ſi ſe Epicureum fateretur:fore ut ſuiſ dictis nil faceret fidem:quibus eos incuſat qui aliquam induxerint pro uidentiam:& rebus hiſce deum prefecerint moderandis.Enimue ro duos quoſdam accepimus fuiſſe id Celſi nomen ſortitos:alterꝶ & priorem Neronis temporibus:alterum Adriani:qui & poſteri or fuit:& in chriſtianam religionem inuectus eſt. Is itaq̃ Celſus eos hortatur qui & rationem ſectantur: & ducem nil rationis ex pertem: ut dogmata ipſa ſuſcipiant: perinde longe fallatur q his nõ aſſẽſerit: & qui ſecundũ ſe temere credunt minargytarum ſimi limos facit:& aliorum quorundam portenta interpretantiũ:myr tarumq̃ & ſabadiorum: uel ceteroꝶ quoſcunq̃ dixeris uatum:ſi ue æcatis:ſiue dei alterius ſacerdotis:ſiue quorumuis hominum qui demonum ſimulachra pretulerit. Et quemadmodum inquit ex his qui perditiſſimi ſunt:ubi ſimpliciores quoſdam inuaſerit: quo libitum fuerit traducunt:ita & inter chriſtianos fallaces ſunt quidam:qui alios ducent.Alii uero qui eorum que credunt nec reddita ratione neq̃ accepta uſurpatum id habeant nihil perqui ras:ſed dumtaxat credito:ſic tua te ſaluum factura eſt fides:nec ſe cus & his illud in promptu fuerit: ut predicent: humanam hanc ſapientiam pro noxia eſſe habendam Et pro bona frugiq̃ ſtulti ciam.Ad quod reſpondendũ:ſi enim omnes:rebus uniuerſis reli ctis que ſunt in uita:ſapientiæ demum ſtuderent: haudquaq̃ ad eam aliud:id preter:iter ſequendum his eſſet. Inuenietur nãq̃ in chriſtiana religione nõ minor certe q̃ in philoſophia(ut bona ue nia dixerim)eorum que credimus:perſcrutatio:quippe cum copi oſior ſit in prophetis enigmatum & reconditoꝶ dictorum narra tio:& in euangeliis parabolarum & ſimilitudinum: rerumq̃ alia rum:que innumere ſunt:ſub figuris & pronuntiate & geſte cõme moratio: ꝙ ſi fieri non poteſt:ut omnes mortales ceteraꝶ rerum cura ommiſſa ad philoſophandum ſe conferant:cum ob uitæ ne ceſſitates: tum quia & fragiles ſint & perpauci ad modum: philo

ſophiam attigerint: quod aliud iter poterit: uł breuius uel rectius inueniri: ut prodeſſe multis poſſimus: q̄ illud eſt: quod Iheſus gentilibus & tradidit & demonſtrauit. Quero preterea de hac tāta credentiū multitudine: qui multiplicem adeo & habundantiorem nequitiam: in qua prius uolutabant̃: depoſuerunt: utrum ne his magis conduxerit: quia nulla inueſtigata ratione: credēdo repreſſi a uiciis ſint: & caſtigatis moribus redditi: & ob preſumptā credulitatem qua ſperent & luituros ſupplicia peccatores: & honore afficiendos qui bonis operibus inſudarunt: & hunc in modum profecerint plurimum: an futurum non antea ſit: ut uel tenui cum fide hi immutent̃: q̄ ad conquirendas ſe rationes: contulerint: liquet nimirum uniuerſos: preter paucos quoſdam: non aliunde maiora commoda accepturos: q̄ ex ſimplici quadam credulitate acceperint: ſed permanſuros in prauis priſtinæ uitæ actionibus ſi ſimplicitate hac careāt. Siquid igit̃ ad id confirmandū maxime ualet: ob eius clementiam chriſtum: non ſine diuini numinis inſtinctu & uoluntate: ad hāc mortalium uitam migraſſe: uel credulitas hec aſſertionibus ceteris erit annumerāda: & repēs illa hominum uitæ immutatio: non enim pius uir aliquis eum q̄ corporibus medeat̃: & pleroſq; mortaliū morbo affectos: ad optimam redegerit ualitudinem: ſine deo exiſtimabit ad ciuitates & nationes ſe contuliſſe: nihil enim conſtat non diuinitus fieri: qđ utile eſſe inter homines udieatur. Si itaq; qui multorum corporibus ſanitatem medendo pepererit: uel ad meliorem hec deduxerit ualitudinem: haudquaq̄ id ſine diuino inſtinctu feciſſe uidebitur: quātomagis qui plurimorum animaſ curat & ad meliora traducit: & ex deo qui omnibus preeſt ut pendeant facit: edocetq;: ad eius uoluntatem quecunq; geſſerint ut referant homines: declinentq; uel minima queq; que illum factis dictiſue & cogitatione offendunt: non niſi ſumma cum ratione & numine quodā diuino omnia facere exiſtimandus eſt: ad illud uero ꝙ que fidei ſunt: uulgatiora fecerint chriſtiani: id erit dicendum: nos quidem hanc fidem ſuſcipientes ut multis perutilem: eam fatemur

ad ſui credulitatem uel multa conquiſita ratione illos inſtruere: qui relinquere omnia nequeũt:nec ſequi ſcrutãdo uerbi myſteriũ poſſunt:illi autẽ:& ſi minus id fateant̃:re tamen & opere exequũ tur.Quis enim qui alioꝶ hortatu ad philoſophiæ ſe ſtudia cõtu lit & in aliquam philoſophoꝶ ſectam ingeſſit:cuius forte nactus ſit preceptorem:aliter ad eam acceſſerit:niſi hãc ipſam exiſtimet optimam eſſe:non enim philoſophoꝶ omnium: ut quiſq; ſenti ret expectauit audiř hic rõnes:nec iſtoꝶ cõfutatis ſentẽtiis:illoꝶ uero aſſertis: Platonicũ ſe uel Peripateticũ:uł Epicureũ eẽ potius duxit:uł alterius cuiuſuis philoſophãtiũ hereſis ſectatorẽ:ſed irra tionabili ĩpetu quodã & repẽtino:ut animus tulit:etſi minus for te id uelit fateri:ad earũ reꝶ exercitationẽ deuenit:quas Stoici(ut ita dixerim)probant:relictis ceteris:uel Platonicis dictis:haud ſe cus fortaſſe ac aliis abiectioribus: paruifactis:uel Peripateticos iſte ſectabitur:ut quos humaniores exiſtimet:credatq; de hũanis hiſce & preſentibus bonis:benignius longe q̃ ceteroꝶ aſſolent uł ſecte differere:uel per alios tradita improbare.Et primo quidem obiectu nonnulli: cum de prouidentia:& probis prauiſq; rebus: que terris inſũt: ſermo habetur:promptiuſ forte q̃ conſideratius: nullam eſſe omnino prouidentiam aſſentiantur:Epicuriq; & Cel ſi dicta magis probauerint.Si igiť cuidam uni ex his credendũ eſt:ut uerbis eſt perſuaſum:qui ſiue inter Græcos ſiue inter Bar baros extitere hereſum inductores: cur non potius deo fides pre ſtanda eſt:qui & cunctis preſidet rebus:& inſtruit: ꝑter ſe nihil colendum eſſe:cetera uero ſiue ut non exiſtentia: ſiue ut eſſe tan tum habentia: eoq;:& honore:nil tñ ueneratõne & cultu digna: parui eſſe ducẽda.Que utiq; cuiuſmodi ſint nõ modo fidelis qſpi am:& uere religionis ſectator:uerum & qui ratione res contem pletur:argumentis oſtendet:Multa inueſtigatione excogitatis: ut ſe queq; ſubierint. Verum quo pacto non æquius fueit deo ipſi maiorẽ longe fidẽ ꝓbere:q̃ ceteris rebus humanis:q̃ ex credu litate aliq̃ pendẽt:Quis enĩ uel nauigat:uł ducit uxorẽ:uł liberis ꝓcreãdis incũbit:uł ſemẽ in terrã iacit: qn ſperet ĩ melius ſibi oĩa

obuētura:cum fieri etiam poſſit ut ſpem preter:hec fiant & ſub ſequantur:ut ſepe alias contigit:Fides tamen meliores ſemper & ad uota res ſucceſſuras:nihil diffidens:agredi audentius facit:que & incertiora ſunt & poſſunt aliter ac creditū eſt euenire. Si itaqꝫ in omni ſub dubia actione:quo tandē ſit res euaſura:uitam hanc omnem ſpes cōtinet: & de futuris potior fides:cur non appeten tius & iure optimo hāc ille ſuſceperit qui deo credit:q̄ hi qui uel maria nauigādo emetiunť:uel terrā ſerūt:uel uxores traducūt:uł liberis operā dant:uel huiuſmodi cetera que in humanis ſunt: factitāt:ꝑſertim cū deus ipſe hec uniuerſa cōdiderit:& excellenti quadā animi magnitudine:diuinaqꝫ ac ſumma ſapientia ſit agreſ ſus:eius doctrinā:mortalibus cunctis qui ubiqꝫ terraꝝ ſunt:pate facere:tametſi ingenti cum ꝑiculo & morte demum:que pro tur pi & ignominioſa ſit habita.Et hec q̄dem hominum ꝑpeſſus eſt gratia.Quinetiā & eos inſtruxit qui a ꝓncipio in ſe crediddiſſent: ut eius diſciplinæ miniſteriū exhiberent:& omni cū diſcrimine & mortis expectatione imminētis:pro humani generis ſalute ter ras omnes ꝑuaderent.Ait præterea Celſus.Si enim his iſti reſpō dere mihi non ut ſe periclitāti uoluerint:quippe cum nihil me fu giat:ſed ut omnibus æque ꝓſpicienti:bene habet:ſin uero haud quaq̄ id animo ſedet:quin illud ut ſolent:ꝓtulerint:nihil inqui ras & huiuſmodi alia:erit ꝓfecto neceſſe uel eos qualia ſint que afferunt edocere:& unde nam illa defluxerint:ſic deinceps & que aſtruunt reliqua demōſtrare.Atq cum iactet celſus nihil ſe fuge re:& noſſe ſe cuncta:inſolentiſſimā dixerim eſſe hominis huius audaciā:nam ſi ꝓphetas precipue ꝑlegiſſet:certioribus quidem & indubitatis refertos enigmatibus:& dictis aliis:pleriſqꝫ morta lium ſuboſcuris:& in euangeliorū parabolas incidiſſet: & cetera tam legis q̄ iudaice hiſtoriæ ſcripta:& apoſtoloꝝ uoces audiſſet: placideqꝫ his cunctis ꝑlectis:dictionū caper̄ ſignificantiā uoluiſ ſet & ſenſa: neq̄q̄ ad id temeritatis & audaciæ deueniſſet:nec noſ ſe omnia ſe intuliſſet: quemadmodū neqꝫ nos ipſi qui in his uer ſamur aſſiduo uſurpare illud auderemus: nihil nos preterire:eſt

namq; ueritas peramica:non enim noſtrũ dixerit quiſpiã: nihil me latet quod ſentiat Epicurus:nec plane fatebit̃ ſe omnia ſcire que Plato:quãdoquidẽ ꝑmagnum ſit hos inter:diſcrimẽ & altercatio qui iſtoꝝ opiniones decernunt:quis enim fuerit tã audax q̃ rerum omniũ ſe habere cognitionẽ aſtruxerit:quas uel ſtoici fateant̃:uel peripatetici philoſophent̃: ni forte hãc tantã cognitionis iactantiã a preceptoribus nonnullis imperitis quidem & deſipientibus Celſus acceperit:qui ſuam nil ſentiũt impericiam:& plane exiſtimet tantoꝝ inſtructoꝝ auctoritate uſus:nil ſibi eſſe incognitũ. Mihi uero haud ſecus hoc loco Celſus uidet̃ egiſſe: ac ſolet quiſpiam:qui poſtq̃ in ægiptum ſe contulit:ubi & ſapiẽtes illi ægrptii pro eoꝝ patriis & domeſticis litteris:de diuinis q̃ multa ediſſerant que apud ſe lege ſunt inſtituta:& item nonnulli litteraꝝ ignari ſola auditione acceperint que fabuloſa ſunt & inania:& quoꝝ rationem ignorent:ꝓ ſumma gloria duxerit:ꝙ cũ imperitis: ommiſſis peritioribus ſit diu uerſatus:a quibus & arbitret̃ ægiptioꝝ ſeſe inſtituta & ritus ꝑdidiciſſe:& eorum noſſe myſteria:cum ad ſacerdotũ neminẽ ſe applicaſſet: nec a peritiore quoq̃ ægiptio:archana illa didicerit.Quod autem de ægiptiis dixi ſapientibus & imperitis:poteſt & in perſis ipſis ſpectari: apud quos & deoꝝ ſacrificia ſunt & myſteria:rationæ quadam per eos ſuo more denũtiata:qui & eloquẽtiores ſunt & edocti:& illa quidem per hominum turbã & infimos quoſq; & ſordidos:uti his traditum eſt:procurant̃.Nec ſecus & de ſyris dicendum fuerit & Indis:ceteriſq;:qui & fabellis nitunt̃ & litteris. Sed cũ illud Celſus adiecerit:ꝑinde a chriſtianoꝝ pleriſq; uſurpatũ:malam eſſe in uita ſapientiã:bonam uero ſtulticiam:dicendũ: cauillari eũ id dictum:quippe qui nihil exprimat que Paulus dixerit hunc ſe in modum habẽtia.Si quis uidet̃ ſapiens eſſe inter uos in hoc mundo:ſtultus fiat ut ſapiens efficiat̃. Sapiẽtia enĩ huius ſeculi apud deum ſtulticia eſt.Ait ergo apoſtolus non ſimpliciter ſapientiam eſſe apud deum ſtultitiã:ſed huius ſeculi ſapiẽtiam.Et rurſum:nõ ſiquis uidet̃ ſapiens eſſe inter uos ſimpliciter inquit ſtultus fiat:

ſed in hoc mundo hanc ſtultitiã ſubeat:ut ſapiẽs fiat. Sapienti am igit͛ mũdi huius eam eſſe fatemur:q̃ ut diuine littere uolũt inanem reddit.omnẽ philoſophiã:falſa ꝓcipue ſentientẽ Stul ti ciam ꝑterea bonã nec temere dicimus:ſed tunc maxĩe utilẽ nun cupamus:cũ quiſpiam eam ſuſceperit ut in mundo ſit ſtultior. quemadmodũ & Platonicũ ipſi aliquem:qui animas credat im mortales futuras: & redituras quãdoq; ad corpora: aſſerimus quoad Stoicos inſanire: qui Platonicoꝝ uituperent & cauillẽ tur opionem:uel ut Peripatetici tenent qui Platonis diuulgent deliramenta:uel quo ad Epicuros impietatis coargnẽtes:qui di uinam induxerint prouidentiam: & deum cunctis prefecerint. Accedit etiam ꝙ pro nerbi hoc eſt chriſti:uoluntate longe pre ſtiterit cum ratione & ſapientia ueris dogmatibus aſſentiri: q̃ tenui aliqua credulitate: & id quidem placuit uerbo ut nõ ſi ne diſcrimine fieret: ne inutiles prorſus dimitteret hoĩes.quod utiq; coniunctiſſimus Ieſus diſcipulus Paulus inquiens patefa cit.Poſtq̃ enim in ſapientia dei non cognouit mũdus:p ſapien tiam deum:placuit deo per ſtultitiã predicationis ſaluare credẽ tes.Liquet igit͛ ex his neceſſariũ fuiſſe oĩo:ut in dei ſapiẽtia dei haberet͛ cognitio:& cũ id neq̃q̃ ſit hoc modo effectũ:ſecũdo iã deo ẽ placitũ ſalutẽ imptiri credẽtibus:nõ ſimplici q̃dã ſtulticia ſed eã dũtaxat:q̃ ĩ ꝓdicãdo cõſtaret.hic eni xp̃i Ieſu & crucifixi preconiũ:ꝓ ꝓdicationis habet͛ ſtultitia:quemadmodũ id ip̃m ſentiẽs Paulus inq̇t.Nos autẽ ꝓdicamus Ieſum xp̃m crucifixũ: Iudeis quidẽ ſcandalũ:gẽtibus aũt ſtulticiã.Ipſis aũt qui uocati ſunt iudeis & græcis:xp̃m dei uirtutẽ:& dei ſapientiã. Eniuero cum gentiũ pleraſq; cognatõe & ſanguine cõiunctas exiſtimet Celſus:eiuſdẽ conditionis & ſortis nationes eẽ oẽs affirmat: ut que uni eidemq; dogmati principiũ dederint: haudquaq̃ intel ligo cur ſolos iudeos calũniet͛: iſtoꝝ gẽtẽ nihil annumerãs cæ teris:ſiue q̇a laborẽ cum illis una quandoq; inſumpſerint & ſen ſerint eadem: ſiue quia in multis ſimilia ſanxerint. Iure igitur queri ab eo poteſt:cur uel barbaris uel græcis hiſtoriis fidẽ hic

preſtitit eorum quos meminit antiquitatem narrātibus: iudaicæ dumtaxat gētis hiſtoriā pro falſa & cōmentitia ducat? Si enim hiſtorici omnes rerum apud ſuos geſtarum ueritatem memoriæ ꝓdiderunt: cur ſolis iudeorum prophetis diffidimus? quod ſi tam Moyſes: quam ꝓphete quammulta que apud ſe acta ſunt & ſuis temporibus geſta: grate admodum conſcripſere: cur non id ipſum de cæteris gentium ſcriptoribus ipſi fatebimur? nun ægyptii ſi iudeos in ſuis hiſtoriis carpſerint: cum fide ſcripſiſſe de iudeis credendi ſunt? Iudei uero cū de ægyptiis eadem ſcripſerint: ſeſeque item ab his mala pmulta iniuſtius fuiſſe perpeſſos: eoque & deū affirment illos ſuppliciis affeciſſe: pro mēdacibus erunt & uanis habendi? nec de ægyptiis ſolum dicēdum id fuerit: quin & Syros comperiemus cum iudeis conſeruiſſe manus: & bella geſſiſſe: & eſſe hec quidem in antiquis Sirorum annalibuſ hiſtoriæ demandata. nec ſecus & iudeorum ſcriptores hoſtes ſibi fuiſſe Syros conſcribunt: ne anticipando uidear dicere: quod & prophete predixerint. Aduerte itaque ut ſue gētis raptus amore Celſus: gentilibus quidem nonnullis ut ſapientibus credat: iudeos uero condemnet & aſpernetur: ut prorſus inſanos. Verum quid ipſe inquiat audi. Priſcum eſt ſane & uetus dictum: quod gentes ſapientiſſime & ciuitates: & uiri prudentiores uſurpatum habuere. Nec quidem libuit gentem ſapientiſſimam: uel ægyptiis ſaltem & Syris: uel Indis Perſiſque: Odryſis & Samotracibus: uel Eleuſinis ſimilem: nuncupare iudeos. Sed quanto melior Celſo: ut qui in multis ſe uirum eſſe conſideratiſſimum pretulit: & cōplura dogmata inueſtigando expendit: collegitque a pleriſque que certiora & uera duxit: Pythagoreus ille Numenius. cum in primo libro quem de bono conſcripſit: gentium faceret mētionem: & de deo ut incorporeo quammulta complexus eſſet: inter gentes ipſas & iudeos connumerauit: nec ſane perteſum eſt in eius ſcriptis: uel dictis propheticis uti: & figuras inducere. Ferunt etiam: & pro indubitato affirmāt Erippum quempiam in pmo de legū latoribus libro: memoriæ ꝓdidiſſe Pythagorā

illũ ſuam philoſophiã a iudeis acceptam:trãſtuliſſe ad græcos:
& Ecathæi cuiuſdam hiſtorici de iudeis extare librum: in quo
& illud adiecerit:ſapientia tantopere iudeoꝝ gentem preſtare:
ut uel Herenius Philon in eo opere qđ de iudeis cõſcripſit. pri
mo ambigat:utrum Echatæi hiſtorici illud ſit opus nec ne: ſe
cundo ſi Ecatæi ſit:inquiat:non utiq; iniquum eſſe exiſtimare:
captum hunc iudeoꝝ fuiſſe:qua plurimum ualent perſuaſuaſio
ne:& ita in hec deſcendiſſe:ut huiuſmodi de iudeis aſſereret.mi
ror autem quo pacto Odyrſas quoſdã & Samothracas & Eleu
ſinos & Yperboreos illos inter antiquiſſimas & ſapientiſſimas
nationes Celſus adnumerauerit:Iudeos uero neq; inter ſapien
tes:neq; inter priſcos illos & antiquiores duxerit admittẽdos:
cũ pleraq; de eoꝝ antiqtate :cum apud Aegiyptios: tum apud
Phænices & græcos:ſcripta paſſim ferant᷑: ueterem iudeorum
ꝓgeniẽ teſtificãtia: q̃ ip̃e ſuperuacaneũ duxi ꝓducere.cũ uolen
ti cuiq; liceat que Flauius Ioſephus de iudeoꝝ antiquitate con
ſcripſit:perlegere. Is enim multos inducit ſcriptores qui uetu
ſtiſſimos eſſe iudeos teſtificentur:extat & iunioris Tatiani ora
tio apud græcos etiam habita. in qua ſcite admodum & abun
de hiſtorici omnes explicantur: qui de iudeorum & Moyſi an
tiquitate conſcripſerint.Aparet igitur non ueritatis gratia enar
rande:ſed inſectandi ſtudio: & maliuolentia Celſum hec effu
diſſe:quippe cui animo ſit chriſtiane religionis a iudeis pendẽ
tis principia criminari:alioquin Homeri galattoſagos:hoc eſt
lactis comeſſores:& galatarum dryadas:Getaſq; ſapientiſſimas
& uetuſtiſſimas aſſerit nationes: de his affatim ſcripſiſſe qui iu
daicam linguam propinquitate contingerent. quorum ſcripta
an aliqua extent:haudquaq̃ compertum ſat habeo:iudeos autẽ
dumtaxat:quantũ in eo eſt:& antiquitate hac ex ſapiẽtia eiicit.
rurſũ & uiros enumerãs p̄ſcos & ſapiẽtes:q ſuoꝝ tẽpoꝝ hoĩes
adiuuiſſẽt:& ſuis ſcriptis poſtreris ꝓfuere:Moyſẽ e numero de
trahit ſapiẽtũ:& Linũ qdẽ quẽ mľtis p̄poſuit:ſapiẽtẽ iã dixit:cu
ius tñ nec leges extãt nec dicta:que poſſint gẽtes uel ad meliora

traducere uel iuuare cũ Moyſi leges omnis natio ferat per orbẽ terrarũ paſſim diſſeminatas. Vide igitur ut aperte malignitate quadã & odio: e ſapientũ catalogo eiecerit Moyſem: Linũ uero & Orpheum & Pherecidẽ: Perſemq; illũ Zoroaſtrẽ & Pythago ram de his ſapiẽtibus dicat mentionẽ feciſſe libriſq; demãdaſſe ſuamet dogmata: & ad id tpis illa ſeruari. & uolens quidẽ obli tus eſt fabule que p Orpheum de his cõmenta deſcribit: q dii credunt & humana pperpeſſi ſint. In ſubſequentibus uero cũ p Moyſem ſcriptã culpet hiſtoriã: & eos coarguit q ſub figuris ſunt & allegoria illã interpretati. Sed poterit quis ſtrenuiſſimũ iſtũ: hũc in modũ affari: q eius libꝝ ueridici ſermoniſ titulo ad notarit. Heus tu: deos ne hoſce gloriæ duxeris: qui in tot tan tiſq; ſint ꝓlapſi calamitates: quantas & poete tui deſcribunt & ſapientes: ut & uenereo coitu impio quidẽ ſint & nephario uſi: & aduerſus parentes duxarint exercitus: eorumq; uel pudenda preciderint. deinde iactas & fuiſſe illos huiuſmodi auſos: ac tan ta perpeſſos: & hec demum eſſe de diis tuis memoriæ prodita: cũ Moyſes ipſe de uero deo: deq; eius ſãctiſſimis angelis haud quaq̃ iſtiuſmodi ſcripſerit: nec de ipis quidem mortalibus tam ſceleſta litteris demandarit. Non enim apud hunc facere quiſq̃ auſus eſt: que aduerſus Vranũ Saturnus: nec que in patrem Iu piter: nec quiſpiam: ut idem ille pater homium deorumq;: gna tam compreſſit: errare tamen exiſtimas: & circumuentos eſſe qui a Moyſe hoc: leges acceperint. Verũ mihi haud ſecus facere Ceſus uidet: ac Thraſimachus ille platonicus: qui nil prorſus Socrati permittebat de iuſticia differenti: pro uoluntate & arbi trio reſpondere: ſed interpellans: caue inquit quod utile ẽ: ne iu ſtum dixeris: neq; quod neceſſarium & huiuſmodi aliquid: æq tatem appelles. Is nãq; cum Moyſi hiſtorias pro eius opinione redarguiſſet. & illaꝝ incuſaſſet interpretes: quoꝝ ubi nõnullas laudes attigiſſet: & benignitatẽ collaudaſſet: coercet mox eos q poſſent ꝓ cuiuſq; rei natura rñdere: ne dicãt q̃ ſentiunt. At ipſi ut ꝓuocati dicturi ſumus: libros eſſe cũ libris conferendos: ſed

heus tu:lini & muſei orpheiq; opera:& pherecidis ſcripta produ
cito:& cum Moyſi lege collata examinato:cum hiſtoriiſq; confer
to hiſtorias:& moralia dicta cum legibus & mãdatis:& uide utra
potius horum ad ſe conuertere poterunt auditores:& ab aliorum
inſtitutis auertere:uel uitiis coercere. Et cognoſce tãdem tuorum
auctorũ ordinem non magnam poſteritatis rationem habuiſſe:
que ſua eſſet opera plectura:ſed de philoſophia illis dũtaxat ſcrip
ſiſſe qui ſub figuris poſſent & allegoriis illã interpretari. At Moy
ſes eius quinq; in libris haud ſecus ſe geſſit:ac ſtrennus ſolet ora
tor:qui dicendi figuram aliquam meditatus & modum: accurati
us uerba pronuntiet:que in utrumuis ſenſum uergãt. Siquidem
neq; iudeorum multitudini inſtitute iam legibus iacture cauſam
prebet cum de moralitate ediſſerit: neq; eos quidem offẽdit q etſi
perpauci ſunt: prudenter tamen eius poſſunt ſcripta perlegere.
Nam illis quidem qui eius quiuerint uoluntatẽ & ſenſa ſcrutari:
ꝓfundiorem & alte reconditam ſcripturã nil aperit. Accedit etiã
ꝙ tuorum ſapientium auctoꝝ nec libri quidem ad id tempus ſer
uentur:qui ſeruari haud dubie poterant:ſi lectores aliquid inde
ſenſiſſent:utilitatis ſe deniq; accepturos. Moyſi uero ſcripta q̃ plu
rimos mouit qui uel maxime eſſent a iudeorum conſuetudine &
moribus alieni & ita ut plane crederent quemadmodũ ille ſcribẽ
do promitteret:deum fuiſſe qui mundum cõſtruxerit: per quem
primum eius uľ ſcripta ſancita ſint. Decebat enim hunc orbis ter
rarum fabricatorem:& qui uniuerſo mundo leges dediſſet:dictis
ſuis eam uim indere:ut tenere omnia ac uincere que ubiq; terraꝝ
ſunt:poſſent. & hec æquidem dixerim nondum aliquid de Iheſu
conquirendo ediſerens:ſed ut Moyſem arguã: qui Iheſu fuit lon
ge inferior:tuis fuiſſe(ut dicendo aperiemus)ſapientibus & poetis
philoſophiſq;:longo interuallo preſtantiorẽ. Poſt hec Celſus cũ
latenter uelit aſſertam per Moyſem mundi improbare creationẽ:
demonſtrantẽ ad ſua tempora:nondum ad annos mille mũdum
accedere:quid ipſe ſentiat occultando in eoꝝ concedit opinionẽ:
qui mundum increatum affirmant:cũ enĩ in quouis ſeculo inqt:

multa ſint facta incendia:ſoliſq; & lunæ defectiones plereq; conti gerint:quorum omnium nuperrimum ſit deucalionis diluuium: recens effectum: liquido eis: qui ſe audire prudentius quiuerint: patefacit:iuxta ſe mundum nullum habuiſſe principiũ:nec aliquã do cepiſſe.Reſpondeat ergo chriſtianæ fidei calumniator:quibuſ nam argumentis uel rationibus admittere cogit̃ tam ſepe confla graſſe mundum uel aquis hunc inundaſſe:& omnium eſſe recen tiſſimum Deucalionis ætate diluuium:& phætontis tempore cõ flagrationem.Quod ſi Platonis de huiuſmodi diſſerentis propo nat dialogos:reſpondebimus licere & nobis: Moyſi tam pii & in tegerrimi animi uiro:omne quod ortum eſt ſuperanti: applican tiq; ſe cunctarum rerum opifici:nimirum in quo & ſpiritus ſanctus diuerſaret̃:fidem preſtare:qui longe q̃ Plato clarius:ſeu cæteri q ſiue apud barbaros:ſiue apud græcos ſapientes habent̃: que dei ſunt patefacit.Enimuero ſi iſtiuſmodi fidei rationem a nobis exi git Celſus: reddat ipſe hanc prior de his que nullis certiori bus argumentis prefinit: hoc demum pacto & nos forſitan ſu mus rem ſe ita habere confirmaturi. Inuitus tamen in id incidit Celſus: ut mũdum teſtificaret̃ ſecundum Moyſem nuperrimum eſſe:& nondum ad milleſimum annum accedere:cum græcos aſſe rat cuncta hec dicere uetuſtiora iam eſſe:partim diluuii gratia: tam frequentis:partim incendii: que utiq; illi neq; ſpectarunt nec memoriæ prodiderunt.Sint autem Celſo tam crebræ & fabu loſæ flagrantiæ & falſarum inundationum inſtructores: ad eius opinionem:ſapientiſſimi illi ægiptii:quorum ſapientiam:arguũt irrationabilia quedam & bruta animantia:quibus & diuinum de ferunt cultum & uenerãtur:& uſurpati apud eos ſermones: aſtru entes:iuſtiorem eſſe & reconditum ac myſticũ dei hunc cultum. Et ſane uel ægiptii ipſi iccirco ſunt apud hũc ſapiẽtes:qa cũ de ani mantibus diſſerunt & ſermonibus illa extollunt:iactitando theo logiam uident̃ inducer̃: qui autem & iudeorum ſit legi aſſenſus: & leges optimas tulerit:& deo cũcta ſolum aſcribat:ut qui ſit uni uerſa molitus:inferior haud dubie Celſo & ſui ſimilimis uel alio

quouis uidet̃:qui non modo in animalia quedam ratõnabilia & morti obnoxia:uerum & in rationis expertia diuinitatem tradu xerit ad fabuloſumq; ad corpora reditum:quod de anima Pytha gorici ferunt que ubi per celi conuexa delabitur:& in brutorum uſq; animãtiũ corpora ſiue domeſtica ſint illa & mãſueta: ſiue im mania quedam & efferatiora: deſcẽdat. Quinetiam ſi uel ægiptii ipſi fabellas confingant:credunt̃ per enigmata quedam & eorum archana philoſophari:Moyſes uero:&ſi cunctis nationibus con ſcribit hiſtorias:uel leges reliquit:eius tamen dicta pro uanis ha bentur:& commentitiis fabulis:nec poſſe allegoriam ullam ſuſci pere exiſtimantur huius ſermones:id quippe & Celſo uidetur & Epicuris. Ait preterea ſe accepiſſe apud gentes illas ſapientes & cir cumſpectas eſſe uulgatum: Moyſem illum demonis fuiſſe nomẽ ſortitum. ad quod(ut illi uel id concedatur)Moyſem antiquius aliquod nomen ſibi inditum accepiſſe:idq; ad iudeos deniq; trãſ miſiſſe:dicendum erit ꝙ ſi falſam potius q̃ prudenter aut honeſte pronuntiatam appellationem hic audiuit: auditamq; tranſmiſit ad ſubditos:crimini eſt ꝓfecto obnoxius:ſi uero ut ipſe affirmas & ſapientibus eſt & ueris dogmatibus ille aſſenſus:& his quidem ſuos homines erudiuit:quid nam egit: ut merito ſit incuſandus? Sed utinam & Epicurus & Ariſtotiles: iccirco Epicuro inferior: quia fuit in diuinam prouidentiam impius:& Stoici deũ eſſe cor poreum aſſerentes:Moyſi huius dicta exaudiſſent:ne mundus ſer monibus repleretur prouidentiam ipſam negantibus uel prorſus dementibus:uel principium inducentibus corruptibile: atq; cor poreum:quia Stoicis deus corporeus ſit:nihil uerentibus eundẽ mutabilem dicere:inconſtantiæq; & uolubilitatis arguere:ut qui plane corrumpi poſſit: ſi habeat corruptorem: in eoq; felicẽ eſſe: nec pati corruptionem:quia nihil ſit quod eum corrumpat. At iu deorum chriſtianorumq; diſciplina que dum illud tuet̃:nec mu tabilem eſſe nec uolubilem deum: ꝓphana & impia exiſtimatur: quandoquidẽ ad impietatem nil his aſſentit̃ qui impia ſentiunt. Illud nanq; pronuntiat: tu autem idem ipſe es: quietiam & deus

illud dixiſſe creditᷣ:non immutor:nihil deinde pudendorum cir cūciſionem:que per iudeos fit:improbans Celſus:ab ægiptiis in quit illam duxiſſe ortum: ægiptiis potius q̄ Moyſi credēs dicēti. Fuiſſe Abraham primum omnium circumciſum:cuius Abrahæ nomen non modo Moyſes ſcribit:cum deo illum facit familiarē: ſed pleriqꝫ: demones ipſos carminibus adiurantiū: nam Abrahā deum pronuntiāt:& hoc dicto utunᷣ. cuius nominis appellatio ne dei ſibi conciliant æquitatem. Et iccirco Abraham deum apd̄ iudeos dictum:uſurpant:ignari tamen quis ille ſit Abraham:de Iſaac haud ſecus Iacobqꝫ & iſraele dicendum:q̄ cū haud dubie hæ breorum ſint nomina ex his tamen fatenᷣ multis in locis ægip tii:uim quandam eſſe ſuis diſciplinis inſperſam. Que autem de circumciſione dicunᷣ:ꝙ ab Abraham inicium ſumpſerit:& a Ihe ſu poſtmodum ſit interdicta:cum nollet eius diſcipulos ipſum id facere:id eſt circumcidi:haudquaq̄ eſt in preſentia nobis propoſi tum interpretari:non enim ut id doceamus preſens tempus depo ſcit:ſed potius ut contendamus Celſi contra iudeorum doctrinā illatas criminationes euertere:exiſtimantis protinus ſe chriſtianā religionem falſam & commentitiam redditurum: ſi eius primor dia:que iudeorum dictis nitunᷣ:fal ſa eſſe criminando coarguat. Ait preterea Celſus:hi quidem qui ueſtrum ſunt Moyſem ducē ſecuti:paſtores fuere & ruſticanis fallaciis foti & circumuenti: de um eſſe unicum putauerunt. Age ergo oſtendat iſte quo pacto: agreſtibus illis ad eius opinionē:temeᷣ:a deoꝝ cultu deficiētibus: poterit tāta mltitudīe ſiue apd̄ græcos ſiu e apd̄ barbaros creditos deos:ſtatueᷣ: & cōfirmaᷣ.demōſtret iq̄ q̄s genitas ferūt ex Ioue & memoria muſas ulᷓ ꝑcas ex themide:ulᷓ grās ꝑpetuo nudas aliquo modo ſubſiſtere:ſed nequaq̄ poterit græcorum figmēta: quibus: uel carentibus anima: uidentur eſſe corpora attributa:ex rebus ipſis deos eſſe arguere:cur enim potius græcorum de diis fuerint fabule certiores:q̄ ut ita dixerim:ægiptiorum:qui prorſus ꝓ eoꝝ patrio ſermone ignorent:memoriam hanc: nouem eſſe muſarū matrem:ulᷓ themidem illam parcarum. Neqꝫ eurynomē ex gratiis

unam:nec nomina quidem teneant ceterarum: quanto igitur effi catius eſt & cunctis his fictionibus ſatius:ut his que uiſuntur cõ tentus quiſpiam:acquiæſcat tam optime mundi diſpoſitioni:co latq; & huius fabricatorem:qui mundus ut unus eſt:ita & deum habet unicũ conditorem:ac ſibi ipſi integre ſpirat cũ flauerit:& ic circo nec a mľtis cõſtrui potuit. Quéadmodũ nec a multis ſpiriti bus contineri:uniuerſum celum mouentibus.Sat enim fuerit ſpi ritus unus qui in erraticam omnem ferat ab oriente ad occidentẽ cœli partem:& intra ſe omnia complectatur:quibus indiget mũ dus:de ſe minus perfectiora.Vniuerſa nanq; ſunt mundi partes: cum nulla pars deus ſit uniuerſi.Oportet nanq; deum eſſe nõ im perfectum:ut pars queq; de ſe imperfectior eſt:forſan autẽ altior ratio patefecerit quemadmodũ proprie deus ut pars minime ſit ita nec totum:quia totum ex parte eſt.Nec illud qdẽ ratõ ipſa fa tebitur:deum qui ſupra omnia ſit:ſic eſſe accipiendum tanq̃ ex p tibus conſtet. Quarum ſingule nequaq̃ id ualeãt quod reliq̃ om nes.Subdit deinde ſic Celſus opiliones & paſtores unicũ eſſe de um exiſtimabant ſiue excelſum dixeris:ſiue adonay:ſiue celeſtẽ:ſi ue Sabaoth:ſiue utrimq; mundũ hunc gaudent nuncupare.Et id preter nil aliud norunt.Deinceps infert affirmatq; nil quippiã il lud differre abuſurpata apud græcos appellatõne:qui preſtantiſſi mum deum & omnibus preſidentem dia hoc eſt Iouem uariis no minibus nuncupent ſiue apud ægiptios dixeris ſiue apud Indos hunc illumue deorum ſic uarie dici:Ad quod reſpondendum:oc curriſſe nobis ad Celſi prepoſita hec:de naturalibus nominibus rationem:profundiorem quandam atq; reconditã.Vtrum ut Ari ſtotiles ſentit:poſitu nomina: an ut Stoici putant:natura ſint in dita:imitantibus primis editis uocibus res ipſas:ad quas & nomi na impoſita ſint:qua ratione & ethymologias inducunt: qđ ſane & Epicuri confirmant aſſerentes:natura nomina hec ipſa conſta re:quia primitus homines in res ipſas:uoces iactarent. Verum ſi nobis licuerit ad ſuperiorum appellationũ confirmationẽ: nomi num quorũdam naturam oſtendere:que & uim maximã habeãt

& efficatiora ſint: & quorum nonnullis: ægiptiorum ſapientes: uel apud Perſas eloquentes illi: uel qui apud Indos philoſophan tur brathmane aut ſauanæi: utunť: & item gẽtium ceteri: & aſtru ere poſſem quales nos redditi ſumus: ut diuerſis imbuti opinioni bus: illudq; affirmare: magicam artem: que id nomen ſortita eſt: non ut Epicuri & Ariſtotelis ſentiunt ſectatores: rem eſſe que om nino minus ſubſiſtat: quandoquidẽ qui eius artis ſũt peritiſſimi: arguunt plane & illam ſubſiſtere: & uerba habere perpaucis cogni ta: dicturi tum quidem eſſemus: hec nomina Sabaoth Adonay: & huiuſmodi cetera: cum multa apud iudeos & graui interpreta tione iam tradita: non in leuioribus rebus quibuſdam conſtare: uel his que cõdita ſint: ſed in archana quadam theologia: que ad conditorẽ ipſum rerum omniũ referatˢ: & iccirco longe plurimũ ualere hec nomina: congruenter & apte ꝓnuntiata: eſſe preterea & alia ægiptia uoce prolata in demones: qui his ſolum nituntur & ualent: & alia quedam Perſarum lingua: que uim aliam habeant. quo fit ut pro ſingulis natiõibus ad uſum aliquem dicta accipian tur. Et hunc in modum cõperientˢ: demonibus diuerſa loca ſorti tis: deferri & nomina pro linguarum ꝓprietate: tam gẽtium q̃ lo corum: Qui igitˢ his paulo perſpicatiorẽ curam intenderit: uerebi tur alia: rebus aliis: nomina accomodare: ne forte ſimile quid pati atur: quod pati ſolent: qui deus id nomẽ: falſo in materiam aliquã conferunt inanimatã: uel boni appelletionẽ a cauſa ꝑma reuellũt: uel uirtutis & honeſti ad cecas diuitias: uel ad corporis: pro optĩa ualitudine congruentiã: uel ad creditam ingenuitatẽ traducunt: Et forſitan haud minus ei periculoſum eſt: qui dei nomẽ & boni tatis ad res eas tranſtulerit: ad quas minus oportuit: q̃ illi qui no mina ex quadã recondita ratione cuiq̃ indita: immutarit: & ꝑtim ab inferioribus ad potiora trãſtulerit: partim a potioribus ad mi nora: nec illud dixerim cum Iouem nomino: mox ſimul & Satur ni & reæ filiũ audiri: & Iunonis uirũ neptũniq; fratrẽ: Mineruæq; & Themidis genitorẽ: & qui cũ ꝑ ſephone filia rem habuerit: uel cũ Appollo nũcupatˢ: ex Latona ſimul & Ioue ꝓgenitũ: & dianæ

fratrem intelligi & Mercurii ex eodem patre germanum: ſeu que cunq; alia ferunt Celſi ſapientes illi dogmatum inuentores: & ue teres græcorum theologi. Quid enim Ioui deceſſerit ubi hūc ſuo & proprio nomine nuncupaueris: nec Saturnum interea patrem expreſſeris nec matrem Ream: id ipſumq; & in ceteris qui dii di cuntur: ſeruaueris: quod crimen nequaq̄ eos attigerit: qui deum ꝑ archana quadam & recondita ratione: Sabaoth Adonay uel aliis accomodatis nominibus dici conſtituerunt. Cum uero nominū latentem & altiorem ſignificantiam quis poterit prudenter inqui rere: q̄multa comperiet de angelorum dei nūcupatione: huiuſmo di: quorum is quidem Michahel: Gabriel alius: & Raphael item alius denominabitur: non abſimile rebus ſortiti cognomē: quas ad dei nutum omnipotentis: paſſim eorum miniſterio exequun tur: nec ſecus & noſtri Iheſu ex eadem pendet ſapienti & occulta nominum interpretatione: cuius nominis nuncupatōnem ſpecta tum perſepe eſt: cum ex hominum animis: tū e corporibus innu meros demones eieciſſe: & in his uim maximam exercuiſſe: a qui bus demones fuiſſent excuſſi. Quinetiam quo ad nomina ipſa di cendum: eos qui uti carminibus norunt id affirmare: unam ean demq; incantationem: perquemuis uernacula ligua pronunt iatā: operaturam: quod de ſe incantatio pollicetur: qui uero illam in aliam q̄uis uerterit uocem: licere perſpicere infirmiorem effectā & prorſus inualidam. Sic fit ut non rerum ſignificantia ſed quali tates uocum: & proprietates: in hec: illa ue: uim aliquam habeāt. Vel ad illud quidem per hec ſic reſpondebimus: ad mortem uſq; contendere chriſtianos ne Iouem deum appellent: ne ue hunc ip ſum alia lingua denominent. Siue enim id deus cōmune nomen ſimpliciter per hos proferatur: ſiue cum additione hac: rerum om nium conditor: cœliq; & terræ conſtructor: & q ad homines: hos uľ illos legauerit: quoꝝ nomini cōgruat deus hec dictō: utcūq; tn̄ mortalibus uirtutem & potentiam ingerit perfectiorem: poſſent & alia pleraq; in hac nominum appellatione his reſponderi q in differenter utendū eſſe nominibus putant. Eniuero ſi admiratōni

habet Plato cū in phileno ſic diſſerit. Mea autē o Protarche circa deorum nomina non exigua eſt affectio: quādoquidem philenuſ cum Socrate diſputans deam dixerit uoluptatem: quo pacto nō potius chriſtianos ſuſcipimus: qui ea ſint erga deum reuerētia & pietate: ut nil prorſus nominum que poetarum fictionibus comprehendunt .rerum omnium conditori acomodent. Sed de his hactenus: uideamus autē quemadmodum iudeos incuſet: qui nihil ſe preterire: uel ignorare promittit Celſus. Angelorum inquit hos cultu teneri: magiceq; arti & preſtigiis quibuſdam incumbere: quorum Moyſes his cūctis fuerit inſtructior. At quibus Moyſi ſcriptis ille: eundem qui legem tulerit compertum habet: ut angelos colerēt iudeis mādaſſe: reſpōdeat qui tam chriſtianorum q̄ iudeorum res noſſe ſe iactitat: quo pacto magicis nituntur preſtigiis qui Moyſi legem ſcripſerint: & illd̄ plegerint. Ariolis autē nō adherebitis ut in illis coinquinemini. Promittit deinceps ſe inſtructurum quemadmodum iudei præ ruditate & imperitia: circumuenti: deliq̄rint. q̄ ſi compertum haberent chriſtum Ieſum ignoraſſe iudeos: nec de eo pphetarum uaticinia audiſſe: uere hos falſos fuiſſe & circūuētos argueret. Nūc uero cū nolit anio hec agitare: ea in re q̄ nihil peccauerūt: peccaſſe illos exiſtimat: pmittēs deinde ī ſubſeq̄ntibus iudeorum ſe res edoctum: de Ieſu pmū: qui ſaluos nos fecerit ſermonē hēt: q̄madmodū .ſ. ad xp̄ianā r̄ligionē ducem ſe nobis pbuerit: aitq; hūc ppaucis añ ānis pgenitū: diſciplinā hmōi tradidiſſe: cū apd̄ xp̄ianoſ dei filius habeat. Verum ad illd̄ q̄ p paucis ante annis ſit genitus: ſic r̄ndebimus. Nū ergo Ieſus: tā celebrem habuit & breui tpe ortū: q tot ānorum ſpaciis: cū libuiſſet eius ſermonē & doctrimā diſſeminar̄: tāte fuerit uirtutis: ut m l̄tis in locis huius apd̄ nos mundi: cū græcos: tū barbaros: ſapienteſq; itē & inſipiētes: nec paucos quidē ad eius dicta ſic compoſuerit: ut ad mortē uſq; p eius fide certauerit: ne ab ea deſciſerēt ul̄ ſe abnegarēt: quod profecto alterius ſectæ ul̄ dogmatis gratia feciſſe quempiā: nō eſt hiſtoriæ pditū. Ipſe uero non ut aſſentator xp̄iane doctrinæ uerbis eblandiar: ſed res ipſas ſcrutari ſic niſus: ut uideā: dixerī æq̄dē neq; eos q corpora grauiori morbo affecta: curāda ſuſcepe

rint:breui poſſe id cõſeq ut finẽ ualitudini faciãt:& corpibus reſti
tuant ſanitatẽ:at ſi uel aĩas poterit qſpiã ex abũdãti neqtia & pdi
tis moribus:iniuſtiſq; facinoribus:uel dei contẽptu:eruere: cuius
rei argumento ſit:ad hoĩescentũ(ut ita dixerĩ)eiuſ monitu & caſti
gatione fuiſſe redditos meliores:neq; hũc quidẽ iure dixerit aliqs
tã derepẽte ad cẽtũ illos uerba feciſſe:q̃ ab his tot mala ꝓpellerẽt.
ꝙ ſiqs recte iſta cognouerit:aſſentiat̃ neceſſe eſt:nil eſſe apđ hoĩes
bonũ:qđ ſubito fiat:q̃nto ergo de Ieſu idipm̃:ad eius doctrinã cõ
cedẽtibus multis: fidentior demõſtrabit q priſcoꝝ cõtulerit & po
ſterũ uitã:& plane intelligat qbus ĩpudiciciis:q̃ iniuſtitia:& q̃ntis
reꝝ cupiditatibus eoꝝ qſq; eſſet immerſus ꝑuſq̃:ut Celſus inqt:&
q ſentiũt ſecũ:fuerĩt hi circũuenti:& doctrinã ſuſceperint:ut idẽ af
firmat hominũ uitã deuaſtantẽ.At quo pacto eo ex tpe quo Ieſu
acceperãt diſciplinã:& hũaniores ſunt redditi:maioriq; q̃dã a deo
cũ grauitate:tũ & cõſtantia cõmuniti:ut eoꝝ pleriq; ob excellentẽ
ĩtegritatẽ & purius ut colerẽt deũ:ne pmiſſas qdẽ legibus nuptias
attigerũt.ꝙ ſiqs res ipſas diſcutiat: uidebit plane ſupra hũanã na
turã fuiſſe Ieſũ rẽ auſũ:& executũ q̃ auſus ſit:nã a ꝑncipio ne eius
doctrina in orbẽ terraꝝ diſſeminaret̃:obſtãtibus uniuerſis:impa
toribus inq̃ q ꝓ tpe extitere:& q ſub iſtoꝝ ditõne fuere:ꝑfectis &
ducibus: & ceteris pinde aduerſãtibus:qbus fuiſſetquis creditus
magiſtratus:ꝑſidibus inſup ciuitatũ:ac ppl̃is & militaribns uiris
renitẽtibus:omniũ hic conatus puicit:qñdoquidẽ ꝓhiberi dei uer
bum nõ potuit. qnĩmo lõge illđ ualidius tã ml̃tis oppugnãtibuſ
redditũ:græcie qdẽ totius potitũ ẽ: & barbaroꝝ maiorẽ ptem ob
tinuit:& aĩas qdẽ traduxit ſecundũ ſe ad cultũ ĩnumeras.Erat aũt
neceſſariũ ea in hominũ turba:q Ieſu uerbis capiebant̃ inter quoſ
lõge erat ĩperitoꝝ & agreſtiũ ps numeroſior:eoꝝ:q̃ q ĩ lr̃aꝝ ſtudi
is eſſent exerciti:Multo plures ut eſſent ruſticiores illi & ĩperiti:q̃
exculti & ſapiẽtes:Sed cũ nolit Celſus hec intelliger̃:Ieſu uerbi hu
manitatẽ atq; clemẽtiã ĩ aĩam oẽm q̃ ſub oriẽtẽ ſolẽ cõſiſtit diffuſã:
ut imperitã hanc ducit & rudem: qa nec ſapiẽtia iſta humanitate
nitat̃ nec quicq̃ ualeat eloquentia. & littetarum dumtaxat igna
ris imperitet: quamuis nec ipſe quidem ideotas ſolum affirmet

ex Iheſu doctrina ad dei ſecundum ſe cultum fuiſſe inductos: quippe qui & moderatiores quoſdam inter hos eſſe: humanitate & ſapientia preditos:& prompto ad allegoriam ingenio fateatur. Sed cum iudei perſonā Celſus effingat:imitatus quodāmodo oratoriæ artis alumnum quempiam unum:qui ad loquendum inducitur:iudeum hunc ipſum producit:Iheſum dn̄m alloquentem: nec quicq̄ affert quod philoſophi deceat grauitatem.Sed age pro uiribus que ille oblatrat inquirendo deniq; reuincamus: quando quidem nec perſonam iudeo homini congruentem: dicendo impoſuit:facit deinde uel cum Iheſu differentem iudeum: & multis in rebus(ut ipſe putat)illum coarguentem: & imprimis: quia finxerit ſe ex uirgine genitum:eidem preterea exprobrat: ꝙ in uico quodam ſit iudaico natus:& ex muliere ſordida & ruſticana: que uel uictum manu queſierit:& ab eo cui denupſerat: q faber lignarius eſſet: adulterii criminis inſimulata:repudiata ſit. Ait etiā eiectam illam a uiro & turpiter errabundā:obſcurum & ſpurium pepeperiſſe Iheſum:qui poſtmodum neceſſitate coactus in ægiptum ſeceſſerit:ubi mercede duxerit uitam:ex opere diurno conuenta. ibidemq; cum uirtutum quarundam periculum feciſſet: quibus ægiptii admodum gloriantut:ea tandem cum fama rerum geſtarum & mirabilium:quibus iam inſoleſceret: in Iudeam rediens deus ſit habitus.Mihi uero qui nihil eorum que ab ī infidelibus obiiciuntur poſſum ommittere indiſcuſum:rerum principia inueſtiganti:conſpirare hec cuncta uident̄:& fidem aſtruere: Iheſum dominum dignum eſſe hac appellatione effectum:ut dei ſit filius nuncupatus:ſiquidem mortalibus ipſis ad gloriā & noīs celebritatē:plurimū ualet:cū parētes ſunt nacti: qui & p̄ſtātiores ſint: & ſecūdis rebus euecti:& diuiciis affluāt q̄s poſſint in liberos erudiēdos impēdere:& ad hec acceſſerit p̄ria:cū ampla tū īſignis & nobilis.Sed cū lōge ab his aliena ſortitus ſit quiſpiam:& queat alioqn que ſe interpellent:quo minus ſit notior:omnia ſuperare:& ita ſe gerere ut uel eis precellat qui de ſe famam acceperint: & clarus euadat:& apud mortales omnes uel aliter de ſe loquētes:celeberri

mus fiat:quo pacto non fuerit tanti uiri natura admiratione iam dignior?uel eo quidem quia & ingentis ſit animi: & res magnas aggrediatur:& ea ſit audentius auſa:que facile contemni non poſ ſint?ꝙ ſi accuratius quiſpiam Iheſu res geſtas conquirat:cur etiã non illud petat:quo modo qui in ea rerum tenuitate ſit & penu ria educatus:& qui publice nulla fuerit eruditione excultus: nec eloquendi quidem artem didicerit:neqꝫ dogmatum ullam habue rit notionem:quo poſſet ſaltem que uellet dicẽdo:cũ res peteret: multitudini perſuadere:concionariqꝫ apud populos:& ad ſe audi tores q̃multos allicere:ſe tamen ad leuia quedã & uana docẽdum contulerit dogmata:doctrinã inducens humano generi: q̃ ubi iu deorum extollit & magnificat prophetas:eorum cetera diluit & euertit:& gentium precipue leges diſſoluit:que de diuinis haben tur. Verum quo pacto qui iſtiuſmodi ſit & hunc in modum nu tritus:& nil prorſus ab homine:ut uel eius aſſerunt detractores: quod laudabile ſit & decorũ didicerit de dei iudicio: & aduerſus nequitiam cruciatu:honoribuſqꝫ erga probitatem & premiis: diſ ſerere talia potuiſſet:& argumentis quidem haudquaq̃ contemp tibilibus que diceret:confirmare?& ita ut non ruſticiores q̄dam & ideote eius ſermonibus ducerentur: ſed eorum non pauci q & prudentiores eſſent & ad res contemplandas admodum perſpica ces:tametſi uiliora quedã uiderent̃ denuntiari: ſub quoꝝ ꝑtextu archanũ aliquid occuleret̃.Enimuero apud Platonẽ Erifius q̄dam Themiſtocli cõuitiatus:qui bello eſſet tã clarus effectus:ꝙ non ſuopte ingenio aut moribus eã fuiſſet gloriã cõſecutus:ſed illam potius ex proſpera urbis fortuna: q̃ eſſet in omni græcia ꝑclaris ſima uendicaſſet.Ab eodem Themiſtocle poſtmodum audiuit:q ut mitior erat & prudens & patrie nobilitatẽ uidebat ad eius glo riã plurimũ ualuiſſe:neqꝫ eni ſi ul̃ ego Erifius eſſẽ tã clarus euaſiſſẽ nec tu:ſi tua fortuna tuliſſet:ut natus Athenis eſſes:fieri themiſto cles potuiſſes.At nr̃ Ieſus ul̃ hoc ꝓbro affectus ꝙ ex uico ſit oriũ dus (ut ait Celſus) & eo q̄dẽ nõ græco: nec ex gẽte aliqua que ad multoꝝ opinionem ſit in prouectu:& augeſcat in dies & cõuitiis

identidem afflictatus huiuſmodi: ꝙ ortus ex matre ſordida ſit: & quæſtū manibus factitāte: ꝙ præ inopia relicta patria in ægiptum profectus ex diurni operis mercede emerita: uictum queritaſſet: & pro ſuperiori exemplo: non modo eſt erifius redditus qui in ignobili inſula & obſcuro eſt admodum loco natus: & (ut ita dixerim) ſeriphienſium omnium genere infimus: potuit uniuerſos qui ubiq; terrarum ſunt homines commouere: qua in re non ſolum Themiſtoclem ſuperauit athenienſem: ſed Pythagorā: Platonemq; & reges: & exercituum duces: & ſapientes: & quoſuis hominum gloria & magnitudine anteceſſit. Quis enim qui non negligentius rerum naturam ſcrutetur: non Iheſum hunc obſtupeſcat: qui per ea que ignominiam pariunt uniuerſa: gloria potuit quoſuis hominum anteire: qui unq̄ gloria admodū: preſtitiſſēt tametſi qui inter mortales preclariores uidentur: perrari quidem: gloriæ plurimum cōſequi ſimul & breui potuerint. Siquidē hāc ſapientiæ ſtudio adeptus eſt quiſpiam: alius bello: & barbarorum nonnulli magicis quibuſdam p̄ſtigiis: & aliis: item ceteri rebus: qui omnes & ſi non multis probentur: admirationi tamen fuere: & clari effecti ſunt. at Iheſum (ut cetera omittam) ſapiētia imp̄mis & uirtutes: ac principatus: admirabilem reddidere: nō enim in tyranni morem: cuiq̄ pſuaſit: ut a publicis legibus ad ſe deſciſceret: neq; ut p̄do aduerſus homines: eius ſectatores illexit: neq; ut opulentus aliqs ſe adeuntibus quidpiā eſt impartitus: nec demum ita ſe geſſit: ut ſolent mēdaces quidā & uani: ſed tanq̄ preceptor: de omnipotentis dei doctrina: & eius cultu: optimiſq; moribus diſſerebat: q deo cōciliare hos q̄at: q ſecundū ſe uixerint. Atq Themiſtocli illi uľ alteri cuiq̄ ſummoꝝ olim uiroꝝ: nihil eſt unq̄ ad adipiſcendam gloriā aduerſatum. in Iheſu uero ad ea que dicta ſunt: & que ſatis per ſe poſſunt hominis uel ingenioſi & preſtantis: in humilitate & ignominia: animum occultare: accedit mors ipſa: que ut turpis & ignominioſa eſt uiſa: ubi cruci affixus eſt: ita etiā ſatis ualere ad delendā ptā iā & acceptā gloriā uidebať: & eos cogendū: qui pro auerſantiū Iheſu doctrinā: opinione circūuenti

fuiſſent:ut & ab errore deſciſcerent: & ſeductorẽ damnarent. Cæterum admiratõne capi quis poſſet:unde illđ diſcipulos Iheſu inuaſerit:uti iſti deblaterant:qui maledictis hunc & cõtumeliis inſectantur:cum a mortuis eum haudquaq̃ uiderint reſurgentem: nec plane crediderint hunc ipſum in ſe aliqd habuiſſe diuinitatis: ut nil prorſus reformidarent cum preceptore una & penas ſubire: & in omne diſcrimen ſimul concedere:patriamq; relinquer̃: ut ꝑ Iheſu uoluntate doctrinam traditam:edocerent. Sed arditror æque dem qui recte fuerit rem ipſam ſcrutatus:nequaq̃ dicturum:hos uitæ periculo ob Iheſu doctrinam ſeſe obtuliſſe:niſi & docenti fuiſſet uis ſumma perſuadendi: qua eos redderet certiores commonefaciẽdo: ut non ſolum uti eſſẽt ab ſe inſtructi ſe gererent:ſed ꝑ eius doctrina & alios inſtituerent:qua ex inſtitutõne:promptior ei futura eſſet: & parata:quo ad hominum uitam: pernities: q audederet ubiq; & apud omneſ:res innouare:& aliam quandam religionem inducere. Nun igitur Iheſu diſcipuli:cum non modo apđ iudeos ex dictis propheticis affirmarent:hunc illum eſſe quem uẽturum dixiſſent prophete. uerum & apud ceteras nationes apertius id faterentur:haudquaq̃ intelligebant ſuſcepiſſe pro humano genere q nuꝑ fuiſſet patibulo affixus id mortis:haud ſecus ac priſcos illos:qui uel ut patriam ab hoſtibus liberarent uel luem aliquam exercitum depaſcentem reſtinguerent: uel ut terræ in fecũditatẽ auerterent uel nauigando difficultatem ultro mortem oppetiere. Eſt enim non indecens:ex archanis quibuſdam & captu difficilimis rationibus:talem ineſſe rebus humanis:naturã:ut iuſtus aliquis unus:dũ pro republica ſpõte ſe morti obtulerit:& prauos demones abigat:qui aut morbos peſtiferos operent̃: aut terras uitient & ſteriles reddãt:aut nauigationẽ impediãt. aut alia huiuſmodi fecerint. Dicant igit̃ qui nil prorſus fidei uolunt Iheſu ipſi preſtare ꝙ hominũ gratia mortẽ obierit. Vtrũ ne græcas quidẽ ſuſcipiant:uel barbaras tã multas conſcriptas hiſtorias: aſtruẽtes & alios quoſdã extitiſſe:q ꝑ cõi cõmodo & uẽdicãda a malis imminẽtibus patria:q̃ ad internitionem urbes & natões ꝑoccupaſſẽt an

ſorte cũ illa ſint haud dubie geſta: ut eſt hiſtoriæ proditum: nil credulitatis eſt ab hominibus habiturus: qui homo eſt creditus: ꝙ iccirco mortem ſubierit ut demonem magnum illum demonũ diſperderet prĩcipem: qui mortalium animas ad terram delapſas: ſue ſubiecerat ditioni? hec autem cum Iheſu diſcipuli ꝓuiderent: & his longe plura: contemplarentur: que uticꝫ illos par erat ſeor ſum: ut archana: ex Iheſu perdidiciſſe: & uirtute eſſent imbuti: ut quibus non poetica uirgo aliqua & fabuloſa: uires dediſſet & cõ fidentiam: ut ait Homerus: ſed ſapientia dei: Vt non ſolũ argiuis paterent: ſed eſſent tam græcis uniuerſis: q̃ barbaris notiores: & optimam gloriam ferrent: Quo pacto que de Iheſu narrãtur nõ & ipſi ut certiora admiſerint? Sed redeamus ad imaginariam illã quam ſibi confinxit Celſus: iudei perſonam: ſub cuius pretextu ipſe ſic ſcribit. Iheſu mater eiecta a fabro cui erat deſpõſata: qa ad ulteram eſſe compererat: & uideamus: qui iſta ut ceci confingunt & uirginem adulterii arguunt: & fabrum iccirco hanc abegiſſe nõ aliter iſta fuiſſe commẽtos niſi ut admirabilem tollerent per ſpiri tum ſanctum conceptionem: poterat enim is alium quendam in modum: quia preter omnium opinionem geſta res eſt: mẽtiri hi ſtoriam: Et non ut inuitus aſſentiri: haudquaq̃ ex conſuetis homi num nuptiis genitum Iheſum fuiſſe: nempe & conſequens erat q̃ minus crederent Iheſu admirabilem genituram: ut falſa quedam & mendacia fingerent. Sed cum neq̃q̃ ex certa credulitate id agãt: ſed quia id teneant & enixius tueantur: Iheſum nõ ex Ioſeph uir ginem cõcepiſſe: apud hos ſane apertiſſimũ hoc erat mẽdaciũ: qui & audire poterant & coarguere fictiones. Nun enim conſenta neum erat: ut qui pro humano genere tanta ſit auſus: & quãtum in eo fuit: cum græci omnes: tum barbari: diuinũ iudicium operi entes: & a uiciis prorſus deſciſcant: & cuncta factitent: que omni potenti illi rerum omnium conditori ſint placita: non ſingula rem quẽdam haberet & admirabilem ortum: ſed preter cetera ani mantia illegitimũ longe(ut Celſus inqt) ac ſordidũ. Sed græcos æqdẽ ſic cõpellauerim & Celſũ ꝓcipue: ſiue ſapiat ille ſiue deſipiat:

Platonem tamen dicendo ꝓducam: nun qui in humana hec corpora animam ſuperne demittit: & tanta ſit auſus: & tã multis mortales inſtruxerit: & ex abundanti nequitiæ fluxu homines q̃multos auerterit: in eã geniturã impingit' que multo ſit q̃ ceteroꝝ animantium fedior. Quippe quem Celſus nec per legitimas quidem nuptias introducat in humanam hãc uitam: an æquius forſitan fuerit ſingulas animas pro reconditis quibuſdã rationibus iuxta Pythagoram Platonemq; & Empedoclem: quos ſepe nominat Celſus: ubi corpora ipſa inuaſerint: priſtinam dignitatem ut ſeruent: & mores: Erit igit' non iniquum & Iheſu hanc animam: que longe plurimũ eſſet q̃ pleriq; mortaliũ: ne omnes dixerim: uitæ huic ubi ad hoĩes deſcẽdiſſet ꝓ futura: ei corpi copulari: qđ nõ ſolũ corporibus cæteris humanis p̃ſtaret: ſed eſſet omniũ etiã optimum: Si enim ex iſtorum philoſophoꝝ dictis concedit' ex occultis quibuſdam rationibus hãc animam fuiſſe dignatam: ne in bruti ꝓrſus animantis corpus delaberet': nec item ut ratõnalis illa corpus indueret monſtruoſum: ita ut nec uerba ꝓmere perfectius quiret: quia e diuerſis & uariis quibuſdã conſtaret: nec par eſſe cæteris membris habitura & caput: ſed lõge minutius: illa uero tale eſſe corpus ſortita: ut ſuperiore hoc non admodum uideretur ratione preſtantior: & alia eſſet longe ſuperior: uti plus minuſue rationi aduerſat' natura. Cur etiam nõ anima quepiam fuerit: que corpus ſuſceperit quod & mirabile ſit: & hominũ uincat opinioné cum hiſq; commune aliquid ſortiat': ut & ſimul uerſari ſi liceat poſſit. Enimuero ſi ꝑmanent que a ſcriptoribus naturaliũ rerum ſunt tradita: ſiue Zopyrus fuerit ille: ſiue Loxus: ſiue Polemon: ſiue quiuis alius: qui ea cõſcripſit. Et hi quidé noſſe ſe aliqd profitent': & animi moribus aſſerunt corpora omnia cognatione quadam eſſe propinquiora: erat nimirum anime illi que ad uitã mirandum in modum eſſet commigratura geſturaq; & maiora quedam & admiranda: ut putat Celſus: & corpus fieri: neceſſe: cum ex panthera adulterante: tum ex uirgine adulterata. Quin potius ex hoc impuro & portentoſo congreſſu: neceſſariũ fuerat

ut doctor aliqs mortalibus noxius:naſceret̃: q ad impudicitiam alios & praua ficinora & huiuſmodi cetera:non ad continentiam & æquitatem uirtuteſq; reliquas erudiret. Sed ut predixere ꝓphe te ſecundum promiſſiõis figuram erat hic ex uirgine naſciturus: cuius cognomen quod Emanuel eſt:res ipſa pretenderet: ſcriptũ eſt enim:in eius natiuitate cum hominibus erit deus: nobis autẽ conſentaneum quidem uidetur ad hanc commentitiã & inductã iudei perſonã: Yſaie apponere uaticinium:ex uirgine denuntiãtis naſciturum Emanuelẽ:quod utiq; Celſus:ſiue ignorãtia ductus: ſiue quia id minus legiſſet:etſi iactet nil ſe preterirĩ: haudquaq̃ ex preſſit:ſed uolens reticuit:ne uel inuitus uideret̃ aſſerere:qđ eius animo repugnaret: Yſaiæ uero talis eſt dictio:& adiecit dominus loqui ad Achaz dicens:pete tibi ſignum a dño:deo tuo in profũ dum inferni ſiue in excelſum ſupra:& dixit Achaz: nõ petam: & non temptabo dñm:& dixitt. Audite ergo domus dauid. Nun quid parũ uobis eſt moleſtos eſſe hominibus:quia moleſti eſtis & deo meo:̃propter hoc dabit dominus ipſe uobis ſignum. Ecce uirgo concipiet:& pariet filium & uocabit nomen eius Emanuel: quod interpretat̃:nobiſcum deus. ꝙ autem ſponte & nequiter: hanc Celſus neglexerit ꝓphetiam:nobis utiq; ex eo liquet: quia ex Mathei euangelio nõnulla deprompſerit:ut exortam ſtellam in Iheſu natiuitate. & mira alia quedam:Nec tamen de huius ꝑn cipio quicq̃ meminerit:ꝙ ſi iudeus excuſans dixerit: non uirginẽ ſcriptam:ſed iuuenculam:reſpondebimus: almam hæbraicã hanc dictionem quam ſeptuaginta illi interpretes: uirginem tranſſtu lerunt. alii uero iuuenculam:poſitam eſſe:ut ferunt: & in Deutro nomio ſub expreſſa uirginis dictione. hũc in modum. Si autem puellam uirginem deſponderit uir: & inuenerit eam aliquis in ci uitate:& cõcubuerit cum illa:educes utrũq; ad portas ciuitatis il lius:& lapidibus obruent̃. puella quia non clamauit cum eſſet in ciuitate. uir quia humiliauerit uxorem proximi ſui. & deinceps. Si autem in agro repererit uir puellam: que deſponſata eſt: & ap prehendens concubuerit cum illa:ipſe moriet̃ ſolus: puella nihil

patietˀ:nec eſt rea mortis. Verum ne uideamur ex ebraica dictiõe hos demulcere:qui minus complecti animo poſſunt: utrũ ſit illi aſſentiendum nec ne:cum ꝓphetam dixiſſe aſtruimus Ieſum ex uirgine naſciturum:in cuius ortu & illud aſſeritˀ nobiſcum deus: age ſuper hac dictione quod dictũ eſt comprobemus eſt nanqꝫ ſacris litteris demãdatum:Achaz dñm affatum: hũc in modũ fuiſſe.pete ſignum a dño deo tuo in profundũ uel inſullime: quod autem deinde datum eſt ſignũ iſtiuſmodi fuit. Ecce uirgo in utero habebit:& pariet filium:quod igitˀ eius erit rei inditum iuuenculam ſcilicet non uirginem peperiſſe:ˀuel cui congruerit magis Emanuelem hunc genuiſſe:hoc eſt nobiſcum deum: femine cũ uiro coeunti:& ex muliebri uicio concipienti:an ei que adhuc integra ſit & pura uirginitate:ˀhanc nimirum potius decet filiũ huiuſmodi generare:qui ubi eſt editus iure nobiſcum dicitˀ deus. at ſi uel hunc in modum cõmenta quedam & nugas deliret iudeus: inqatqꝫ Achaz illi dictum dumtaxat fuiſſe.Pete tibi ſignum a domino deo tuo:exigemus & ipſi ut is fateatˀ:que nam temporibus Achaz mulier genuit:in cuius partu Emanuel ſit:hoc eſt nobiſcũ deus:pronuntiatuſ.ꝙ ſi nulla huiuſmodi poterit mulier inueniri liquido patet quod Achaz illi edicitˀ:fuiſſe Dauid domui dictũ: quia ex Dauid ſemine ſcribitˀ:ſaluatorem eſſe ſecundũ carnem ꝓgenitum.Sed nimirum id ſignũ & in profundum eſſe & in ſullime aſſeritˀ:quandoqdem qui deſcendit:hic eſt & qui ſuper omneſ cœlos aſcendit:ut omnia adimpleret.Hec autem quo ad iudeum ꝓtulerim:prophetiam aſſeuerantem.Sed reſpondeat Celſus: ſeu alius quiuis cum eo ſentiens:qua nam mente ꝓpheta uel hec de futuris uel alia diſſerat:quecũqꝫ ſunt in eoꝝ uaticiniis ſcripta:utꝝ preſagiente & futuroꝝ preſcia: an minime:ˀſi enim dixerint mẽte preſaga fuiſſe ꝓphetas uaticinatos: diuinũ profecto habuiſſe hos ſpiritum fatebuntˀ:ſi minus:oſtendãt quo animo id illi auſi ſint: ut futura predicerẽt:q & admiratõi eſſent iudeis.Sed poſtq̃ ſemel ad ꝓphetarum deuenimus mentionẽ:dicturi ſumus non ſolũ iudeis ſpiritus diuini inſtinctu hos eſſe locutos credẽtibus: ſed etiã

aſſerturi gentibus ipſis que recte ſapiant pro futura eſſe que infe
remus:id nanqꝫ neceſſario eſt admittendum:prophetas habuiſſe iu
deos ſi erant hi legibus continendi:quas illis Moyſes detuliſſet:
& conditori rerum omniũ deo:uti acceperant:credituri: nec habi
turi quantũ i lege erat:uel cauſam: ut ad multiplices gentinm de
os deſciſcerent.eſſe autem id neceſſarium hunc in modum mon
ſtrabimus.Gentes enim:ut eſt in iudeorum hac lege conſcriptũ:
& augures audiunt & diuinos:at hebraico populo ita edicit᷑: tibi
autem non ſic tradidit dñs deus tuus: & deinceps ita infert᷑. Pro
phetam ex fratribus tuis ſuſcitabit tibi dominus deus tuus.Siue
igit᷑ utant᷑ uaticiniis gẽtes ſiue auguriis nitant᷑ & auibus:ſiue his
uẽtriloque ſint:ſiue de ſe ſacrificandi artem promittãt: ſiue Calde
os habeant:qui hominum genituras interpretent᷑:que prorſus iu
deis & uetita ſunt & interdicta:ſi nulla his eſſet ex futurorum pre
ſcientia oblectatio:ducti tamen humana quadam & allicibili aui
ditate:futura noſcendi:parui fortaſſe ducerẽt ſua: perindeac nihil
in ſe haberent diuinitatis:nec poſt Moyſem prophetam aliũ quẽ
piam admiſiſſent:nec ſuſcepiſſent que prophete denuntiarent.qn
ultro ad gentium oracula conceſſiſſent: uel huiuſmodi aliquid
temptaſſent ſtatuere apd̃ ſe & firmare. Quocirca haudquaq̃ abſur
dum ẽ & prophetas qui ſui compotes eſſent ad eorum ſolamen p̃
dixiſſe nonnulla:qui rerum gentilium deſiderio tenerent᷑: ita ut
de ammiſſis aſinis uaticinatus ſit Samuel: Itemqꝫ & de regii pue
ri morbo:ut libro de regibus:ſcribit᷑.Alias uero quo pacto hi q
ea:que legis iudaicæ ſunt:pronuntiando diuulgant: acrius incre
parent:qui uellet ab idolis uaticinia & reſponſa deſumere:quem
admodum compertum eſt Helyam illum:Ezechiam coarguendo
dixiſſe:nunquid non eſt deus in Iſrael ut eatis ad conſulendũ deũ
Acaron.mihi igitur apparet mediocriter confirmatũ iam eſſe: nõ
ſolum futurum fuiſſe ut ſaluator noſter ex uirgine naſceret᷑:ſed &
prophetas extitiſſe apud iudeos:qui nõ modo futura predixerĩt:
ut hi qui ſunt de chriſto uaticinati:deqꝫ terreſtribuſ regnis:& que
tandem eſſent Iſraellitico populo euentura: Vt inſuper & gentes

eſſent in ſaluatorem dn̄m crediture: ſed & ſingula queq; longe ante denuntiarint: quēadmodū diximus: ut Cis aſine eſſent inuētę iam perdite: & regius filius ut morbo eſſet afficiendus: ul' ſiqd huiuſmodi aliud eſt litteris ꝓditum. Erit preterea & gentibus reſpōdendum: nequaq̄ credētibus natum ex uirgine Ieſum: conditorē omnium deum: in ea diuerſorum animantium creatione: præ ſe tuliſſe: quod in uno aliquo animante feciſſet: poſſe ſe & in ceteris facere: uel in ipſis hominibus: ſi modo id lubeat: reperiuntur enim animalia quedam ſexu femineo: maris congreſſus expertia: quemadmodum qui de animantium natura ſcripſer̄: de ulture id ipſum affirmant: & ꝙ animal aliquod ſine aliquo maſculi coitu ſui generis ſeruet ſucceſſionem. Quid igit' mirum cum uellet deus diuinum aliquem legare ad homines preceptorem: ſi pro illa naturalis ſeminis ratōne: qua homines ex maris ac femine cōgreſſu gignunt': rationem aliam quandam effecerit qua Ieſus dn̄s naſceret'? preſertim cum: ut græci tenent: non omnes homines ſint ex mari ac femina geniti: nam ſi creatus eſt mundus: ut & multis græcorum placuit: neceſſe eſt & priores illos mortales: fuiſſe non ex humano coitu ſed ex terra progenitos: cum uel terre ineſſet (ut putant illi) uis procreandi. quod ſane uidet' mirabilius lōge q̄ ꝙ ex parte dimidia: haudſecus ac ceteri homines: natus ſit Ieſus. nec fuerit abſurdum cum græcos alloquimur: & græcis uti hiſtoriis: ne uideamur ſoli preter hominum opinionem hanc rei geſte ſeriem uſurpaſſe. Eſt enim nonnullis uiſum: non modo uetuſtiores quaſdam & heroum: ſed uel nouas & recentium rerum hiſtorias ſcribere: perinde uim magnam haberent: & maioris eſſent momēti: ꝙ Plato ſcilicet ſit ex Amphictione ortus: prohibēte ariſtone: cum ea ne coiretur donec pareret ex Appolline proſeminatum. Sed hec quidem certiores ſunt fabule: que quoſdam induxerint de uiro hoc iſtiuſmodi commentari ac fingere: quem crederēt: cū ſapientia tum ingenii uiribus: longeplurimum: multis preſtare: & ab optimo diuinoq; ſemine ſumpſiſſe principium: & corporis firmitatem: tanq̄ id illis congrueret: qui ſupra humanū modum

excellerent. Verum cum Celſus iudeum inducat diſputantẽ cum Ieſu: carpentemq;: ut is arbitratur: commentitiam eius ex uirgine genituram: intuleritq; & græcas de damne & melanipe ſiue & anti ope fabulas: dicendum ſacrilegum aliquẽ potius inconſultius hec protuliſſe & nebulonem: non rei ſeriæ ſtudentem: uel angeli ad uirginem meditantem legationem. deſumens preterea & hiſtoriæ partem: que in Mathei euangelio ſcribitur: in ægiptum ſcilicet Ieſum dominum commigraſſe: que in ea profectione miranda contigerint haudquaq̃ credit: nec angelũ in ægiptum demigrandum denuntiaſſe autumat: nec ſiquid egerit r̃licta Iudea Ieſus: in ægiptum ſe cõferens: pro certo ducit. Commentuſ eſt inſuper & aliud quiddam: aſſentiens neſcio quo pacto mirandis illis quas operatus ſit Ieſus: uirtutibus: ait enim ex his perſuaſiſſe q̃multis: ut deũ ſe ſectarentur. Quas uirtutes cum carpere illi in animo ſit: magicis potius quibuſdam ait preſtigiis q̃ diuina potẽtia fuiſſe has geſtas. Nam & obſcurum hunc dicit & ſpurium coaluiſſe: emeritũq; in ægipto mercedem: quia quarundam uirtutum periculum factitaſſet: quarum fama elatum: ubi in patriam remeaſſet: ſemet deũ dixiſſe. Ipſe uero neſcio quo pacto qui magus eſſet docendo adniteretur cunctis perſuadere: ut omnia ea mente ita exequerentur: ut pro indubitato tenerent deum ſingulos: ut quiſq; geſſerit: iudicaturum. Et hunc in modum eius inſtituerit ſectatores: quibus eſſet in poſterum ſue diſciplinæ miniſtris uſurus. Nũ enim & illi qui ita erant ad uirtutes operandas inſtructi: auditores captabãt? an uirtutum nihil operabantur? at illud dicere nec uirtutes hos nec mirabilia factitaſſe: ſed credentes: rationibus nullis ſufficientibus: cuiuſmodi dialecticæ inſunt græcorum diſciplinæ: ad nouam his doctrinam tradendam ſe contuliſſe quoſcunq; adiſſent: erit profecto longe abſurdiuſ: cui enim confiſi & dei uerbum hi predicaſſent: & nouam induxiſſent religionem? q̧ ſi & hi uirtutes operabantur: quo pacto id poteſt perſuaderi: magos homines tantis periculis ſeſe obieciſſe: qui doctrinam inducerent: magicã artẽ penitus deteſtantẽ? non itaq; nobis par eſſe uidetur: aduerſus

hec Celſi dicta contendere:que ille non ſerio ſed cũ irriſione hunc
in modum protulerit.Si igitur decora erat Ieſu hec mater:& cum
ea:ut pulchritudine preſtante: congreſſus eſt deus: cuius natura
corruptibilis corporis amore nil capitur:uel cum minus deceret
ut deum hec adamaſſet: quippe que nec regina eſſet nec dea: cur
eam dicunt ex deo filium genuiſſe?preſertim cum tantæ eſſet hec
uerecundiæ & caſtitatis:ut eam nec uicinus quidem quiſpiam ui
derit?iocularibus etiam dictis hanc ipſam inſequitur:ut quam fa
brum odiſſe dicat & demum eiectam:neq; hanc quidem diuinam
potentiam fuiſſe tutatam:nec myſticum illud uerbum quicq̃ opiſ
laboranti tuliſſe:nil ergo inquit hec preferunt tanti dei imperiũ.
Quid igitur iſta a conuiciatoribus ipſis diſtabunt: qui intriuiis
propalam nonnullis impudentiſſime conuitiantur: & nihil ſtu
dio uel imitatione dignum inclamant.Sumens deinceps illud ex
Mathei euangelio:uel forte ex aliis:chriſto ſcilicet cum a Iohanne
baptizaretur:aduolaſſe columbam:carpere nititur ut commentiti
um dictum:calumniatuſ inſuper pro ſui ingenii prauitate:quod ẽ
euangelice hiſtoriæ traditum:ex uirgine genitum ſaluatorem:nil
tamen que ſubſequuntur ordine differit:quippe cum nullam tene
at rerũ ſeriem:furentis animi impetus ille & liuor: ſiquidẽ uti in
buccam uenit:qui iracundia & odio rapiuntur:quos oderunt in
cuſant & maledicunt: cum his præ animi morbo nihil permittit
cõſiderate:& ſeriatim maledicta ingerere.Nam ſi ordinem ille ſer
uaſſet:oportuiſſet imprimis ut deſumpto in manibus euangelio:
quod falſitatis arguere deſtinaſſet:a prima hiſtoria contradicendi
inicium ſumeret:& ſic deinceps ad ſecundam tranſiret: & hunc in
modum inſectari cetera proſequeretur:nunc uero poſt Ieſu ex uir
gine genituram:qui noſtratia cuncta ſe noſſe promittit Celſus:
& ſanctum ſpirium ſub columbæ ſpecie in ipſo chriſti baptiſma
te apparentem calumniatur:deinde iſtis ommiſſis: carpit & ſalua
toris noſtri aduentum:fuiſſe prophetarum uaticiniis longe ante
denuntiatũ:digreditur poſtmodum ad apparẽtis in Ieſu natiuitate:

ſtellæ:ut ſcriptum eſt: narrationem: & quemadmodum magi ex oriente puerum uenerint adoratum: q̃multa quidem & ipſe: ſi lectioni intentus obſerues confuſe dicta toto hoc libro compertu rus es Celſũ inconſideratius effudiſſe:ita ut uel ex hoc ipſo:ab his qui in ſcribendo & ſeruare ordinem norunt:& querere:coarguat̃ audacter & inſolenter eiuſ librum ueri ſermonis titulo adnotaſſe. Quod utiq; philoſophorum nemo modeſtior fecerit. Nam Plato quidem inquit non eorum eſſe qui mentis ſint compotes iſtiuſmodi quidpiam:& que incertiora ſunt affirmare. Chryſippus uero multis in locis exponens que ſe mouerent:remittit nos tandem ad eos:quos inuenerimus melius q̃ ipſe ſentiat:dicer̃. Celſus igitur qui cum his:tum ceteris græcis eſt ſapientior: quemadmodum & omnium rerum habere ſe dicit cognitionem:ita & ſub ueri ſermonis titulo:eius librum inſcripſit. Verumtamen ne uideamur ſuarum obiectionum capita preterire:perinde his obuiã ire & refellere ignoremus:æquum duximus ꝓ uiribus ſingula queq; diſſoluere que ipẽ propoſuit. Si illud imprimis curæ habebimus: ut non rerum pro earum natura conuenientiam:& ſequellam:ſed quo ſe ordine habeant que eius in libro ĩſcripta ſũt conqramus. Sed agedum inſpiciamus: quid ille ſpiritum ſanctum carpendo dixerit corporaliter in columbæ ſpeciem ſaluatori domino uiſũ: nã et iudeus apud quem ipſi fatemur:& Ieſum eſſe nobis in dñm. Sic Celſi dicta proſequitur. Lauanti tibi apud Iohannẽ:alitis ſpeciem dicis ex ethere aduolaſſe:deinde:ſic querit. Quis enim hanc uidit ſpeciem teſtis:cui merito poſſit fides preſtari? uel quis audiuit:e:cœlo editam uocem:que dei te filium faceret:te preter: & alium quempiam:quem ipſe produxeris:qui tecum una & penas luerit? Nos uero priuſq̃ reſpondere his dictis incipiamus: dicendũ duximus. Si enim quis uelit hiſtoriam:uel ſi uerior ſit:ut geſtam aſſerere:& animo ita conceperit & imaginetur:grauiſſimum haud dubie fuerit & factu pleriſq; id difficilimum: quin age:dixerit qſpiam Troianum bellum nequaq̃ fuiſſe:ut creditur geſtum: qa ſit

rumor confictus quidam:fuiſſe Achillem aliquẽ Thalaſſiæ deæ filium:& Peley mortalis:uel Sarpedonẽ iouis:uel aſcalaſum & Al menũ Martis: uel Eneam uerneris: quo nam pacto id bellum ſu mus pro uero nos aſſerturi? preſertim cum neſcio quo modo ex altera parte:aperta & conficta nos fabula ꝑmat:ex altera:cõſtãs ſit & apud omnes preſũpta opinio:hauddubie græcos apđ Tro iam cum Troianis bellaſſe.Age preterea:nec credat aliquis: q̃ de Idipode iocaſtaq;:& qui ab his fuere ꝓgeniti:& eteocle illo & po linice ſcribuntur:quia traditum fabule ſit: Sfingam mõſtrum: ex parte dimidia uirginis formam:præ ſe tuliſſe.Quo igiť pacto ta le quid ipſi monſtrabimus? idipſum poteſt de Epigonis dici deq; ſocioꝝ Herculis deſcenſu:& aliis quidẽ innumeris affirmari. Sed qui prudenter ac recte hiſtorias legerit: & cauere ne his fallatur: uoluerit:iudicabit:quibus nam ſit fidem adhibiturus:quaſue ſub ſigura & interpretatõne alia quadam accepturus: eoꝝ mẽtem ſcru tatus:qui illas commenti ſunt:& quibus minus credendũ ſit: ut ad quorundam gratiam ſcriptis:quod utiq; uel in omni euangeli ca hiſtoria ſeruari uelim atq; intelligi:nõ ꝑinde ad tenuẽ aliquã & irrõnabilẽ credulitatẽ ꝓmptiores quoſq; uocaturus:ſed hiſtorias & alioꝝ ſcripta legẽtibus:neceſſariã fore prudentiã:& acre ad inq rendum ſtudium:& aditum quendam penetrandi ad ſcribentium ſenſa demonſtraturus:ut inueniatur demũ qua mente quo ſenſu ſingula conſcripta ſint.Sed illud imprimis dicturi ſumus: ꝙ ſi is qui ſub columbe ſpecie ſpiritum ſanctum apparuiſſe diffidit: Epi curus aliqs eſſet:aut Democriti illius ſectator:uel ꝑipateticus eſſe deſcriberet̃:eſſet forſitã ad ſuſpitionẽ cõſentaneus locus:ficta hec eſſe que dicimus.Nunc uero neq; id quidem peruidit ſapientiſſi mus Celſus qđ iudeo impoſuit ut hec fateretur:q ex propheticis ſcriptis longeplura & mirabiliora crediderit: q̃ illud ſit ꝙ in colũ be ſpecie ſpiritus ſanctus uiſus narretur.Sed dixerit quiſpiam iu deo huic ſpiritus ſancti apparitionem minus credenti putantiq; poſſe ſe illam ut commentitiam criminari:heus tu? unde id pote ris demonſtrare:dixiſſe deum Adam uľ Euæ: uel Caim:uel Noe:

uel Abraham uel Iſaac: ipſi uel Iacob: que in ſcripta ſacris litteris ſunt: & fuiſſe illum homines hos allocutum? quinimmo ut hiſtoriam cum hiſtoria conferam: ſic iudeum iſtum affabor. uel tuus quidem Ezechiel ſic inquiens ſcripſit. Aperti ſunt cœli & uiderũt uiſionem dei: quam poſtmodum explicans & illud infert. Hec uiſio ſimilitudinis gloriæ domini: & dixit ad me. Si enim falſa ſunt o iudee que de Ieſu ſcribuntur: quandoquidem nequaq̃ ut putas aperte poſſumus: quemadmodum ſint hec ueriora arguer̃: ut que per Ieſum dumtaxat & uiſa & audita ſint: & ut tibi uidetur: ab altero quodã uno obſeruata: qui cum eo una ſupplicio ſit affectus: cur non potius & Ezechielem dixerimus: ut portentificum & inſueta quedam narrantem adapertos eſſe cœlos & reliqua item dixiſſe? Verum & ſi Iſaias inquit: uidi dominum Sabaoth ſedẽtem ſuper thronum excelſum & eleuatum: & Seraphin circa hunc ſtãtem: ſex ale uni & ſex ale alteri: & que inſequuntur huiuſmodi cetera: unde illud conſtabit uere hec eum uidiſſe? his ſane iudee fidẽ hauddubiã ut ueris & certioribus p̃ſtitiſti: & diuino ſpiritu quodam tenes non ſolũ ea ſpectaſſe ꝓphetas: ſed & ꝓnuntiaſſe & cõſcripſiſſe. At cui nam potius credendũ fuerit: ei ne qui patuiſſe ſibi dixerit cœlos: & uocẽ exaudiſſe: an ei qui dñm Sabaoth throno inſidentẽ excelſo ſullimiq; affirmet fuiſſe ſe contẽplatũ? Iſaie ne & Ezechieli: an Ieſu? illos q̃dẽ nil opepretiũ geſſiſſe: uel aliud q̃dpiã q̃d tãti ſit de ſe p̃ſtitiſſe cõpertũ eſt. At Ieſu: & reꝝ geſtaꝝ magnitudo: nõ modo ꝑ id tp̃is quo carnẽ hãc tulit: enituit: ſed ul' ad hãc tẽpeſtatẽ: eius uis ac potẽtia ul' eos ad meliora traducit: & potiores reddit q ꝑ ſe deo crediderit: q̃ aũt eius uirtute hec fiant argumẽto ſũt: q̃ & ip̃e affirmat & cõcipi aĩo & cogitatõe ſat poſſũt: cũ enĩ olĩ deeſſent q operãdo aĩaꝝ meſſẽ demeterẽt: nunc tñ affluẽtiſſima eſt operãtiũ copia: q paſſim in areas dei eccleſias. ſ. meſſem hãc cogãt & cõuehant: & his q̃dẽ iudeum nũc alloquor: cũ nihil interea xp̃anus uir q̃ſpiã Ezechieli & Iſaie diffidat: ſed pie crediderit ꝑ ea que nobis cõis eſt: credulitate ac fide: lõgeplurimũ Ieſũ eſſe his digniorem: cui fides p̃ſter̃ dicenti ſe ſpiritũ ſanctũ uidiſſe: & ut decẽs erat:

tradenti diſcipulis quod fuiſſet hauddubie conſpicatus: & quã au diſſet uocẽ: narrãti. accedet & alius quiſpiã inqens: haudquaq̃ om nes narrantẽ Ieſum hec audiſſe: qui de colũbe ſpecie & uoce celeſti cõſcripſerint. At ſpiritus ille qui Moyſem docuit: ut ueterem eius hiſtoriã a mundi creatione exordiret: & aduſq; Abrahe tpa ſui ꝓ genitoris que acta eſſent memoriæ proderet: uel eos inſtruxit per quos ſunt & euangelia ipſa cõſcripta: monuitq; id miraculi factũ: cum Ieſus baptizaretur. Qui autem fuerit eo dono ornatus: quod ſermo ſapientie dicitur: & cauſam explicabit: cur cœli patuerint: & columbe ſpeciem dicet: & quemadmodum ſub nullius alterius animantis figura: niſi columbe huius: ſpiritus ſanctus ſit Ieſu do mino uiſus. Qua de re plura dicere in preſenti ratio ipſa non exi git: eſt nanq; nobis propoſitum: Celſum refellere & coarguere non ſana mente iudeo impoſuiſſe ſuis ex dictis: eius rei incredu litatem: que ut decens erat: & geſta ſit: quin potius longe ſecus ac ille crederet coegit hũc dicere. Memini æquidẽ olim apud quoſ dam me diſputantem: qui apud iudeos ſapientes haberentur & docti: uſum fuiſſe ſermone huiuſmodi: aſtantibus nonnullis a quibus & iudicari poſſent que dicerentur. Dicite o uos cum duo quidam ad hominum genus hoc demigrauerint: quos mi ra quedam & ſupra humanam naturam geſſiſſe: ſit litteris prodi tum. Moyſem inquam: uobis qui leges tulerit: de ſe ſcribentem: & Ieſum ipſum qui nos inſtruxit: & nullum de ſe conſcriptum opus reliquit: ſed eius acta in euangeliis diſcipuli teſtificentur: quota nam fuerit iſta proportio: Moyſi quidem ut fides preſtet: ueluti uera fatenti: cum alioquin ab ægiptiis fuerint magicæ ar tis inſimulatus: & preſtigiis quibuſdam illa feciſſe ſit uiſus que fe cerit: Ieſu uero nil fidei adhiberi: quia illum uos incuſetis cum gentes utrumq;: Moyſem dico & Ieſum ſuo teſtimonio probẽt. uenerenturq; & adorent: ut quem ex deo ipſo prodiiſſe ſine ulla animi ambiguitate exiſtiment: & deum ipſum eſſe nil dubitent qui in humana carne iccirco deſumpta: ſe ad homines cõtulit: ut eſſet uniuerſis mortalibus ſalutaris: Sed Moyſem quidem iudei

admittunt: chriſtianæ uero fidei ſectatores: cum minus negent Moyſi ꝓphetiam: ut ex qua conſtare demõſtrent: que de Ieſu ſcribuntur: ſuſcipiunt ſedulo ueriora eſſe miracula: que de Ieſu diſcipuli conſcripſere. Quod ſi de Ieſu a nobis rationem exigitis: de Moyſe priores uos reddite: qui Ieſum multis ſeculis anteceſſit: ſic nos poſtmodum de Ieſu reddituri hanc ſumus: uobis uero refugientibus de Moyſe argumenta proferre: quo ad id temporis: & ipſi uos imitantes: nec de Ieſu quidem hec proferemus: nihil enĩ minus uoſ fateremini: q̃ nihil eſſe quod poſſit de Moyſe demõſtrari. Et audiſtiſ certe de Ieſu apertiſſima ſue diuinitatis inditia: cum ex lege: tum ex prophetis: & quod debet mirum uideri: ipſo ex Ieſu. in lege autem & prophetis conſtantibus argumentis: pretenditur Moyſem ipſum & ceteros iudeorum uates: fuiſſe dei prophetas: erit autem rerum huiuſmodi mirandarum plena lex ei & prophetarum inſuper uaticinia: qui ieſu ipſi: ſcribendo aſſeuerauerit columbam apparuiſſe: & celitus eſſe editam uocem cum baptiſmo ablueret᷑. Sed arbitror equidẽ argumento ſat fore: ꝙ obuerſatus ſit illi & uiſus in columbæ ſpecie ſpiritus ſanctus: opera illa miranda: que carpens Celſus: apud ægiptios ait ubi ea perdidiciſſet: geſſiſſe. Nec ſolum ad eam rem comprobandam his utitur: ſed etiam: ut decens eſt: que ieſu apoſtoli factitarunt. Non enim ſine uirtutum operatione: & mirabilium rerum eos mouiſſent quĩ & uerba inania & ſuperuacaneas diſciplinas conſueuiſſent audire: ut relictis patriis ſuperſtitionibus: ſuſciperent uel cum ſummo mortis diſcrimine eorum doctrinam: quinetiam uel ad hanc tempeſtatem: ſpiritus ſancti in columbæ ſpecie uiſi: ſeruant᷑ apud xp̃ianos ueſtigia: nã & adiuratos eiiciũt demones: & ſanitati reſtituũt multos: & pro ieſu uolũtate nonnulli que futura ſunt: preuident. uel ſi quod dicturus ſum irrideat Celſus: ſeu is quem induxit: iudeus: dicetur tamen: fuere nanq; quammulti qui uelut inuiti ad chriſtianam hanc conceſſerunt religionem: ſpiritu quodam de repẽte immutãte animum: ut reiecto mox odio: quo erga Ieſum uerbum detinebantur: ipſius ob gratiam ſe morti obtulerint: per

uiſumqꝫ & ſomnia imaginati q̃multa & certiora ſint:nam & iſti
uſmodi pleraqꝫ & ipſi uidimus:que ſi litteris demandemus: quia
his & interfuimus & contẽplati ſumus: erimus profecto infideli
bus ipſis abunde deriſui:exiſtimãtibus haudſecus hec nos eſſe cõ
mentos:atqꝫ ipſi ſua confingunt:ſed deus eſt noſtræ conſcientiæ
teſtis.Peruelim nanqꝫ non falſis quibuſdam aſſertionibus:ſed ua
riis nonnullis & apertioribus argumentis Ieſu confirmare doctri
nam. Cum autẽ Celſi iudeus ad Ieſum ignoret ſanctum ſpiritum
deſcendiſſe:eſſet utiqꝫ ſic appellandus.Heus tu:quis nam eſt ille q
in Iſaia ſic loquitur:& nunc dominuſ miſit me:& ſpiritus eius: q̃
in re cum anceps eſſet id dictum:utrũ ne pater & ſpiritus ſãctus:
miſerit Ieſum:an pater chriſtum & ſpiritum ſanctum.Alterum ta
men & ſecundum eſt uerius.Et quoniam ſaluator eſt miſſus:& ſpi
ritus ſanctuſ:ut prophete dictum adimpleretur:& neceſſe foret ut
prophetiæ adimpletio hec cum ſequentibus iungeret᷑: iccirco Ie
ſu diſcipuli litteris tradidere:quod geſtum fuiſſet.Sed uellem æq
dem Celſum iudei perſonam falſo inducentem qui Iohannem ali
quo modo admittit Ieſum abluiſſe baptiſmo:illud affari denunti
areqꝫ:Iohannem hunc:baptiſtam fuiſſe:& baptiſmi lauacro ĩ pra
uorum facinorum remiſſionem abluiſſe mortales:ex ſuis quendã
memoriæ prodidiſſe:qui Iohanne & Ieſu non multum fuere po
ſteriores.Ioſephus nanqꝫ decimo & octauo de iudaica antiqtate li
bro:Iohannẽ teſtificat᷑ baptiſtã fuiſſe:qui polliceret᷑ baptiſmo ab
lutis:peccatoꝝ purgatõnẽ.qui utiqꝫ Ioſephus etſi minus Ieſum ut
xp̃um crediderit:cauſam tñ̃ conqrens Hieroſolimitani excidii: &
cur eſſet templũ deletum:cum illud eſſet dicturus: cõſpirationem
quã iudaicus populus aduerſuſ ieſum feciſſet:fuiſſe hoꝝ omnium
cauſã & qa xp̃m ꝑ ꝓphetas iã pridẽ denũtiatũ ſuſtulerit:ip̃e uero
tãqꝫ inuitus:haudq̃q̃ lõge a uero aberrãs: eo inqt hec accidiſſe iu
deis:ut iacobus iuſtus ille uindicaret᷑:qui ieſu & frater eſſet qui di
ctus eſt chriſtus:hunc enim cum eſſet iuſtiſſimus contrucidarũt.
quem Iacobum Paulus coniunctiſſimus Ieſu diſcipulus aſſerit: ſe

ut domini fratrem conſpicatum.Et ſane non magis ob hanc ſan guinis propinquitatem q̃ ob morum ſimilitudinem & ſermonis mutui cum Ieſu comertium ut iuſtus diceretur effectum ē. Si igi tur ob Iacobi gratiam Hieroſolimoꝶ deſolationem contigiſſe iu deis ille affirmat:cur non æquius fuerit fateri ob chriſtum id fa ctum fuiſſe:cuius diuinitatem tam multi hominum conuentus teſtificãtur:qui ex abundãtioribus malis ad bonum conuerſi:& a conditore rerum omnium pendent:& cuncta ad eius referunt uo luntatem:itaqꝫ &ſi nihil iudeus de Ezechiele & Iſaia reſpõdeat:cõ mune illud utriſqꝫ faciẽtibus nobis:et ſup Ieſum patuiſſe cœlos:& uocem celitus auditam:& huiuſmodi quedam in hiſce prophetis & ceteris item comperientibus:litteris demãdata: quãtum tamen ſuppetent uires dicta hec confirmabimus: nam ſi per ſomnũ cre ditum eſt:fuiſſe nonnullos partim diuinora quedã imaginatos: partim futura:ſiue liquido ſiue perplexe:denuntiaſſe inſuper que ad hanc uitam ſpectarent: & id quidem prouidentiam admitten tibus perſpicuum ſit:cur debet abſurdum uideri:quod dormienti & ſomnianti perculerit animum:poſſe item per uiſum uigilanti & excito cuiq̃ mentẽ pulſare:ut uel ei rei conducat de qua ictus animus admonetur:uel conferat plurimum: ubi que audita ſunt referuntur.Et quemadmodũ imaginamur nõnũq̃ ſomniũ audiř: & ſenſibilẽ auditum pulſari:ſpectareqꝫ oculis:cũ neqꝫ aures ipſe ꝑ cutiantur nec oculi:ſed mẽſ ſola id patiatur:ita nihil erit abſurdũ: ſi hec ipa & ĩ ꝓphetis cõtigerit:cũ uľ uidiſſe eos mirabiliora q̃dã pſcribiť: uľ dñi uerba exaudiſſe:uľ recluſos cœlos ſpectaſſe: tãetſi minus crediderim cœlum illud ſenſibile patuiſſe:nec cœli corpus ubi patuerit:ſeiunctum eſſe:perinde huiuſmodi aliquid Ezechiel ille deſcribat:ne forte qui euangeliis libentius ſtudeat: iſtiuſmo di aliquid de ſaluatore admittat:tam&ſi ſimpliciores quoſdam il lud offendat:qui ob multam ſimplicitatem mundum mobilem faciant: & tale dirimunt corpus:quod eſt uniuerſo cœlo coniun ctum.Verum qui altius idipſum perueſtigarit: ſic inquiet. Cum

enim ſit: ut ſacre littere nominant: diuinus quidam & generalis
ſenſus: quem utiq; ſolus beatitudinem conſecutus: inuenerit:
ut Salomon inquit:& quedam ſint ſenſus huiuſmodi ſpecies: ut
uiſus:qui pro eius natura res contempletur longe corporibus po
tiores.Quibus in rebus Cherubin uel Seraphin preferuut: & au
ditus qui uoces ſuſcipiat que haudquaq̃ ex aere conſtent: & gu
ſtus item qui uiuente utitur pane:& celitus deſcendente: & mun
do tradente uitam.Odoratus inſuper ſit ſpecies quedā talia odo
rantis qualia deo eſſe in ſuauitatis odorē aſſerit Paulus. Et tactus
deniq; pro cuius uigore attrectaſſe ſe manibus Iohannes fatetur
que de uerbo uitæ tradunt: profecto perbeati prophete illi:diui
num hunc ſenſum adepti:& res diuinitus contemplati: & degu
ſtantes item & odorantes:ſenſu quodam:ut ita dixerim: minus ſē
ſibili:& deum uerbum ſic attrectantes:ut quod ab eo in ſe uirtu
tis deflueret conſolandi uim magnam haberet:intuebātur que ui
diſſe ſe ſcribunt:& audiebant que ſe aſſerunt audiſſe.Sic Iſaac:filii
eſt diuinarum ueſtiũ odoratus fragrantiā:& ſpũali q̃dā benedicti
one locutus: adiecit. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni: cui
bñdixit dñs.Nec ſecus et Ieſus leproſũ mente potius q̃ corpali teti
git ſenſu:ut eũ mũdaret:& ut æquidem reor:duplici lepra:nec ſen
ſibili ſolum manibus attrectando:ut intelligunt multi: ſed que
menti inſederat diuino eius hauddubie attrectatu: abſtergeret.
Sic eſt & Iohannes dicens teſtificatus:uidi ſpiritum deſcendētem
ut columbam de cœlo:& manſit ſuper eum: & ego neſciebam eũ.
Sed qui miſit me baptizare in aqua:ille mihi dixit:ſuper quem ui
deris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum: hic eſt qui
baptizat in ſpiritu ſancto.Et ego uidi:& teſtimoniũ perhibui:qa
hic eſt filius dei.Et Ieſu quidem patuere cœli: & tunc ſane preter
Iohannem ſcribitur nemo hiantes cœlos ipſos uidiſſe. ꝙ autem
futurum eſſet ut cœli aperirentur:diſcipulis ipſum id ſpectaturis:
predicens ſaluator ait: Amen amen dico uobis:uidebitis cœlum
apertum & angelos dei aſcendentes & deſcendētes ſup filium ho
minis:Haudſecus & Paulus ad tertiũ cœlũ ſublatus ē:cũ ꝑus illud

contéplatus eſſet apertū: ut Ieſu diſcipulus: explicare aūt cur inqat Paulus ſiue in corpore neſcio: ſiue extra corpus ignoro: deus ſcit. Haudquaq̄ preſentis eſt temporis. quinetiam illa his dictis adie cerim que putat Celſus Ieſum dixiſſe: patuiſſe ſcilicet cælos: & in columbæ ſpeciem ſpiritum ſanctum ſupra ſe apud Iordanē delap ſum: ſcriptura nequaq̄ id aſtruente: affirmaſſe Ieſum fuiſſe ſe iſtiuſ modi conſpicatum: non enim Celſus uir ſane ſtrenuus intellexit ei minus congruere: ut ſequentibus ſe nuntiaret quod Iohāni in Iordane flumine & uiſum fuiſſet & auditum: qui diſcipulis ſuis poſt tranſfiguratōnem in mōte factā: iniunxit ut nemini dicerēt: q̄ uidiſſent: quo adusq; filius hoīs a mortuis ſurrexiſſet. Licet etiā illud aduertere Ieſu conſuetudinis eſſe ubiq; inſiſter̄ ne de ſe aliqd iactet: unde & ita inquit: & ſi ipſe de meipſo dixerim teſtimoniū meum non eſt uerum: & quoniam omnem de ſe iactantiam ſuſtu lit: & ex operibus ipſis malebat ſe chriſtum eſſe ſignificare: q̄ uer bis: iccirco hunc in modum eū affant̄ iudei. Si tu es chriſtus dic nobis palam. Sed cum iudeus ſit ille qui apud Celſum huiuſmōi Ieſum alloquitur: quod enim ipſe de ſpiritu ſancto in columbæ ſpeciem uiſo tibi iam dicis: & alium quempiam unum producis: qui tecum ſit affectus ſupplicio: neceſſe eſt & hūc patefacere: quē admodum eam rem iudaicæ perſonæ impoſuit explicādam: que illi minus congrueret: non enim Iohannem Ieſu coniunctiorem uel diu cum eo uerſatum dicunt iudei: nec uno eodem ue tpe hos morte fuiſſe affectos. Quocirca uel in hoc uno conuincitur qui inſolenter ſe iactat noſſe omnia Celſus: neſcire prorſus qualia iudeo homini cum Ieſu loquenti: acomodet uerba. Deinde ne ſcio quo pacto quod ſummum erat inter cætera capita: que ipm Ieſum aſtruerent: per iudeorum prophetas denuntiatum: per Moyſem inquam & eius poſteros: uel alios qui ſe anteceſſerint: in illud decidit uolens: & ut ipſe arbitror: quia uerbo nequit & deo obſiſter̄: ut diceret neq; iudeos: neq; alias quaſuis hominum ſectas: tenere: ex ipis uaticiniis quicq̄ de Ieſu fuiſſe predictum: for ſitan & prophetias que de Ieſu extant: hic ignorabat: non enim

chriſtianorum dicta ille impugnãs: aſſerentium de ſaluatoris ad uentu q̃multos predixiſſe prophetas: iudaice perſone accomodaſ ſet: que potius per Samaritem quempiam uel Saduceum edicerentur: ſiquidem nec iudeus per ſe quidem hec cõmentitius aliqs diceret. Quód aũt iudeo dicendum attribuit Celſus: huiuſmodi eſt: propheta meus Hieroſolimis olim: uenturum dei filium dixit: pios quidem iudicaturum: & impiis illaturum ſupplicia. Non enĩ propheta aliquis unus: que de Ieſu conſtant: predixit. Atqui uel Samarite ipſi & Saducei: qui Moyſi dumtaxat libros admittunt: in his dixerint chriſtum denuntiari: nec tamen in Hieroſolimis: quarum nulla adhuc mentio fieret. prophetica dicta eſt aliqua. Sed peruelim æquidem omnes qui uerbi myſterium calũniant̃: in tanta uerſari inſcitia: quanta hic Celſus obuoluitur: nõ ſolum rerum: uerum & ſacre ſcripture ſimplicium litterarum: & cum iſti uſmodi fuerint: chriſtianam ita incuſent & carpant religionem: ut ne uel tenuem eorum dicta pſuadendi uim habeant: q̃ aliquos poſſint uel inermes & imparatos & ad tempus credentes: non a fide ſed ab exigua credulitate ſeiungere: nequaq̃ tamen iudeus fatebitur prophetam aliquem unum dixiſſe dei filium aduenturum. quod enim prophete dictitant illud eſt: ueniet chriſtus dñi: unde de hoc dei filio mox querunt a nobis & ſepe: perindeac nullus huiuſmodi ſit a prophetis predictus: nec tamen illud nos dicimus non eſſe illum per prophetas denuntiatum: ſed Celſum aſſerimus nil prorſus iudei hominis perſone qui minus huiuſmodi aliquid fateatur: conſentaneum impoſuiſſe dicendum: cum dicere illũ iſta confingat meus ꝓpheta ĩ Hieroſolimiſ olĩ: futuꝝ dixit ut dei filius aduẽtaret. Deinde tanq̃ nõ unũ hunc predixiſſent ꝓphete. pioꝝ eſſe iudicẽ dixit: & impioꝝ cruciatorẽ: cũ nihil interea uẽ loci meminerit: ubi ille ſit ortus: uel paſſiõis qua a iudeis eſſet affi ciẽdus: nec eius reſurrectõis: nec mirãdaꝝ reꝝ uirtutũq; q̃s eſſet facturus: faciat mẽtionẽ: ſed illđ infert: cur enĩ tu potius hanc tuleris laudẽ: ut & de te ꝓphete p̃dixerit magis q̃ tot ĩnumeri alii q poſt edita iſtoꝝ ſũt uaticinia nati: de qbus hec ſũt ꝓphetata: neſcio tñ

quo modo: cum uellet aliis illud aſcribere: poſſe uidelicet quempiam ſic opinari: hos eſſe de quibus prophete predixerint ſic inqt: & alii quidē ueluti furentes & ſpiritu perciti: alii uero & mēdaces & uani ſuperne concedere: dei filium dicunt. Non enim legimus iudeos fateri hunc in modum ſeſe iſta habere: uel geſta fuiſſe. Dicendum igit̃ primum: multos ꝓphetas quibuſuis modis de xp̄o fuiſſe uaticinatos: per enigmata multos & ſuboſcure: per allegoriam alios & uariis modis: pleroſq; etiā aperte & a ſuis ſcriptis nil diſcrepantes. Et quoniā peruerſe inquit in ſubſequentibus Celſus cū iudeum hos alloquentem inducit qui ex populo crediđiſſent: poſſe & prophetias que de chriſto circumferunt̃ uł rebus aliis cō uenire: age e multis perpaucas explicemus: de quibus ꝓferat qui uelit: uiolentum aliquid aut urgēs: quod illas euertat: uel eos poſſit a fide diuertere: qui feruentius credant: de loco igit̃ ubi Ieſus ſit natus: dictum huiuſmodi conſtat: ex Betlehem proditurus eſt dux qui regat populum meum. Et tu Betlehem Iuda nequaq̄ minima es ut ſis in principibus Iuda. ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael: & uie eius a principio dierum ſeculi: hec autem prophetia nulli quidem cōgruerit: ut apud Celſum inquit iudeus: qui uel furens uel circumforaneus ſit & qui ſuperne dicat ſe aduentaſſe. Sed liquido patet: ex Betlehem eſſe hūc oriundum: ꝙ autē in Betlehem ſit genitus Ieſus: ſi uelit aliquis poſt Michee uaticiniū: & poſt euangelii per Ieſu diſcipulos conſcriptam hiſtoriam: fieri alias certior: intelligat ut ſubſequenter in euangelio cū eius natiuitas enarrat̃: & in Betleem ſpeluncam oſtēdi: ubi ille ſit natus: quod utiq; & illis in locis percelebre eſt: uel apud eos quidem qui a fide ſunt alieni: fama & nomine circumfert̃: eodē & in ſpelunca Ieſum quendam quem chriſtiani adorent & demirent̃: genitum eſſe. Quinetiā ipſe exiſtimauerim: uel ante xp̄i aduentū: ſacerdotum principes ip̄os & populi ſcribas: ex prophetiæ claritate: ceteros docuiſſe: naſciturum in Betleem chriſtum: ita & eius rei famam ad iudeorum plurimos ꝑueniſſe: unde & Herodē conſtat: ut litteris traditū eſt: ſacerdotū ꝑncipes & ſcribas ppli ꝑ cōtatum:

ab his audiſſe: futurum omnino ut in Bethleẽ Iuda: unde & Da uid eſſet rex oriundus: naſceret̃ & chriſtus. Accedit etiam ꝙ in Io hannis euangelio legit̃: dixiſſe iudeos fore: ut chriſtus in Bethle em naſceret̃: unde & Dauid originẽ duceret. Poſt chriſti uero ad uentum: qui tollere preſumptã & ueram de eo ſtuderẽt opinionẽ: ut diuinitus fuerit de eius natiuitate predictũ: documenta huiuſ modi a populo ſuſtulerunt: nil ſecus atqꝫ hi factitantes: qui militi bus ſepulchrum cuſtodientibus: ubi a mortuis chriſtum uidiſ ſent reſurrexiſſe: & rem ut geſta eſſet renuutiarent: id ut dicerent perſuaſere: chriſti diſcipulos noctu ſe dormitãtibus: hunc ſuſtuliſ ſe: ea lege ut ſi ad Herodis principis aures id ꝑueniret: & ſe itẽ id rei geſtum fuiſſe perſuaſuros pollicerent̃: facturoſqꝫ ſe illos mole ſtiæ oĩs & curæ expertes. Sed grauis ꝓfecto eſt oĩs contentio: & de quauiſre preſumpta opinio: quia rebus apertis & clarioribus faciat ut occurſet̃: & ſectas & dogmata ne relinquãt mortales: qui bus inſueuerunt: que ue eorum deliniant animos & craſſiores effi ciant. Et ſane longe facilius homines ceterarum rerum ommiſerit conſuetudinẽ: uel ſi illis inheſerint adeo: ut diuelli non poſſint: q̃ conſueta maioꝝ decreta ut deſerant: tametſi res alias longa aſuetu dine comparatas: nequaq̃ contempſerint. Quo fit ut nec domoſ q dem nec urbes: nec uillas: nec aſſuetos homines facile quiſq̃ reliq̃ rit: qui hoꝝ captus iam pridem ſit uoluptate. Id igit̃ iudeoꝝ ple riſqꝫ cauſe fuit: ut cũ ꝓphetarum aptioribus dictis: & rebus haud dubie miris per Ieſum geſtis: & his que de eius paſſione ſcribunt̃ obſiſterent. Q đ autem his affectibus obnoxia ſit humana natu ra: his liquido patet: qui plane intelligunt ubi domeſticis fuerint & paternis traditionibus: & ſi fediores ſint: ſemel imbutĩ & preoc cupati: haudquaq̃ ſe poſſe uel immutari uel ab illis deſciſcere. Nõ enim ægiptio qs perſuaſerit: ut omnino contẽpnat que a maiorĩ bus ſuis acceperit: ne animal ſcilicet aliquod brutũ ꝓ deo ducat: uel ad mortem uſqꝫ nil caueat animantis huiuſmodi ut carnes de guſtet quod ſemel coluerit. Ipſi uero &ſi iſtiuſmodi de Bethleem ꝓphetica dicta expendimus conqrendo: & diligenter ꝑcurrrimus

neceſſario agendũ id duximus:ut poſſimus illis occurrere qui for ſitan eſſent id obiecturi:ſi enim tam clara de Ieſu erant apud iudeos hec uaticinia:cur ergo cum ad hos cõceſſiſſet: nõ eiuſ doctrinæ aſſenſi ſunt?& ad ea ſe trãſtulerunt que ab ipſo:ut potiora demonſtrabantur?at nemo ueſtrum hec uelim credentibus nobis obiecerit:cum uideat non aſpernanda de fide in chriſtum uerba paſſim per eos deferri:qui ea denuntiare perdidicerunt. Verum ſi prophetia alia quedam & ſecunda ſit opus:que nobis ſit apertius uiſa: de Ieſu predicere:illam protulerim que multis iam ſeculis Ieſu aduẽtum preceſſerat:& per Moyſem ipſum de Iacob conſcripta eſt: q̃ ferme moriens:& e uita iam exceſſurus: ſingulis liberis obuẽtura predixit:& Iude quidem:ut alia multa ommittã: id ſane uaticinatus eſt. Non deficiet prinecps ex Iuda:& dux de femoribus eius: donec ueniat qui mittendus eſt:qui uero in hanc legendã inciderit ꝓphetiam:que in uero longe eſt Moyſe ipſo uetuſtior: ſi infidelis fuerit:ſuſpicabitur forſitan hãc Moyſi eſſe: mirabiturq́ quonam modo potuerit illud predicere. Iudeorũ ſcilicet reges in populum dominari cum duodecim eſſent in Iuda tribus:que a Iuda tribu ducerent ortum:unde & omnis hic pplus iudei ſunt a dominãte tribu cognominati:inde & prpohetiam ipſam hanc demirabitur qui eam recte plegerit:quo pacto qui ex iuda tribu futuros principes dixit & populi duces: huius alioquin principatus terminos prefiniuit:affirmans non defuturꝫ ex Iuda ſceptrum: & ex eius femoribus ducem:donec q̃ mittendus eſt ueniat. Et ipſe erit expectatio gentium. Venit enim qui futurum erat ut mitteretur. dei chriſtus:diuinoꝝ ꝓmiſſionũ & princeps :qui preter ceteros ẽ ꝓclarius genitus qui ſe anteceſſerint:uel in poſterum ſunt futuri. & gentium ſane is eſt expectatio:per hunc enim ex omnibus gentibus deo credidere q̃multi: & ut Iſaias ait: In nomine eius ſperabunt gentes. Hic illis preterea dixit:exite:qui compedibus tenerẽtur:ut quiſq́ ſuoꝝ facinoꝝ cathenis cõſtringebat᷑: & qui eſſent ignorantia obcecati: prodite in lucem. Quinetiã & illud prophetarum uaticinio ita denuntiat᷑. Et tradite in teſtamentũ gẽtium:

ut confirmes terram & heredites hereditatem deſerti. Diceſq; qui in uinculis ſunt:exite:& qui in tenebris:in lucem ꝑdite.Quin & in huius aduentu uel illud completum eſſe licet ſpectare:& in om nibus uiis paſcent̃:& in omnibus ſemitiſ paſcua eorum.Sed cum Celſus qui nihil ſe preterire fatet̃ quod ad uerbi myſterium ſpe ctet:Saluatori obiciat paſſionem: ꝙ in ea nil ſit a patre adiutus: nec ipſe ſibi ferre opem potuerit:dicendum & illud erit:fuiſſe a ꝓ phetis cum ratõne predictum fore quandoq; ut hic pateret̃:quia mortalibus illud cõduceret: ut pro humano hic genere moreret̃: & liuorem tolleraret damnatus.Eſt autem ſuperiuſ dictum:cogni turos hunc eſſe qui ex gentibus ſunt:apud quos nulli eſſent pro phete:nec ſecus & illud:uiſum hunc hominibus:ſpeciem ignomi nioſam præ ſe tulliſſe:& Iſaias ſic loquitur. Ecce intelliget ſeruus meus:exaltabit̃ & eleuabit̃ & ſullimis erit ualde: ſicut obſtupue runt ſuper te multi:ſic inglorius erit inter uiros aſpectus eius: & forma eius inter filios hominum.Iſte aſperget gentes multas: ſu per ipſum continebunt reges os ſuum:quia quibus non eſt narra tum de eo:& qui non audierunt:contemplati ſunt.Quis credidit auditui noſtro & brachium dñi cui reuelatũ eſt?Et aſcendet ſicut uirgultum coram eo:& ſicut radix de terra ſicienti: nõ eſt ſpecies ei neq; decor:Et uidimus eũ & nõ erat aſpectus:& deſiderauimus eum deſpectum & nouiſſimum uirorum: uirum dolorum & ſcię̃ tem infirmitatem:& quaſi abſconditus uultus eius & deſpectus: unde nec reputauimus eum.Vere languores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portauit:& nos reputauimus eũ quaſi lepro ſum:& percuſſum a deo & humiliatum: ipe autem uulneratus eſt propter iniquitates noſtras:attritus eſt propter ſcelera noſtra: di ſciplina pacis noſtre ſuper eum: & liuore eius ſanati ſumus. Om nes nos quaſi oues errauimus: unuſquiſq; in uiam ſuam declina uit:& dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Ob latus eſt:quia ipſe uoluit:& non aperuit os ſuum:ſicut ouis ad oc ciſionem ducetur: & quaſi agnus coram tondente obmuteſcet: & non aperiet os ſuum: de anguſtia & de iudicio ſublatus eſt:

generationem eius quis enarrabit? quia abſciſus eſt de terra uiuen tium. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Memini æquidem his ipſis me prophetiis olim fuiſſe uſum: cum a quibuſdã: apud iudeos pro ſapiẽtibus habitis aliquid quererem: quas tum illi ita interpretati ſunt: perinde cum propheta de aliquo uno predice ret: de uniuerſo populo qui in diſperſionem fuiſſet: & plaga eſſet affectus: predixerit que eſſent his abuentura: ut q̃plurimi proſeli te efficerentur: quia ceteris gentibus interſperſi eſſent iudei: & hũc in modum inglorium euis aſpectum inter homines fore narra bant. Et item illud interpretati ſunt: quia quibus non eſt narratũ de eo: & qui non audierunt contemplati ſunt & uirum dolorum. Quãmulta tamen in ea queſtione protulimus: que plane argue rẽt de uno dumtaxat fuiſſe illa predicta: nec iure illos ad populũ uniuerſum referre quod eſſet de chriſto dictum. Petebam etiam in cuius perſona hoc diceretur: Ipſe peccata noſtra tulit & dolores noſtros ipſe portanit: & illud: Ipſe autem uulneratus eſt propter peccata noſtra: & attritus eſt propter ſcelera noſtra: & cui nam il lud tribuerent: & liuore eius ſanati ſumus. Liquet euim & pecca tores fuiſſe uel ſanitati ob chriſti paſſionem mox reſtitutos: ſiue eo ex populo fuerint: ſiue ex gentibus: qui hec ſecundum ꝓ phetam loquuntur: qui & eadem illa preuiderit: & ex ſpiritu ſan cto Ieſu perſone accomodauerit. Fx eo tamen hos maxime uide bamur urgere: quod dicitur propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Si enim pro iudeorum opinione de populo id a prophetis denuntiatur: quo pacto ex populi facinoribus: chriſtus dicitur in mortem abactus: niſi preter dei populum alius quidam fuiſ ſet? quis igitur niſi chriſtus Ieſus hic fuerit? cuins ſumus & liuore ſanati: qui in eum credidimus? Siquidem ille & principatus & po teſtates abegerit quibus antea premebamur: & omnium in con ſpectu & palam in ligno ꝓiicit. Sed uelle ſingula queq; propheta rum uaticinia iſtiuſmodi aperire: & nihil quod illis inſit indiſcuſ ſum relinquere: nõ huius eſt temporis: uerum hec alias pluribus & abũde iam diſſeruimus: & ut arbitror: neceſſitate aliqua ducti:

quia & apud Celſum Iudeus:ut liquet:iam pleraq; dixerit.At illđ
& Celſum clam habuit & preteriit plane huius iudeū: & ceteros
omnes qui Ieſu diffiſi ſunt:prophetas ipſos:duos chriſti predixiſ
ſe aduentus:alterum quidem & priorem:qui ut clementior: ita &
humilior fuit:ut uerſatus cum hominibus chriſtus doceret que
ad deum duceret uiam:ut nemini qui in humanis egiſſet: excuſa
tionis relinqueret locum:perinde futuri ignaro iudicii:ubi huius
omnes premonuiſſet: alterum uero glorioſum dumtaxat & diui
num:quod nullam habeat cum diuinitate coniunctam clementi
am. In cuius rei argumentum longum eſſet prophetias produ
cere:illud ſat in preſentia fuerit:quod in quarto & quadrageſimo
pſalmo dicitur.qui:ut cetera omittam:de dilecto inſcribitur canti
cum: ubi & aperte ex his deus denuntiatur. Diffuſa eſt gratia in
labiis tuis:propterea benedixit te deus in ſecula:Accingeř gladio
tuo ſuper femur tuum potentiſſime: Specie tua & pulchritudine
tua:intende:proſpere:procede & regna: Propter ueritatem & mā
ſuetudinem & iuſticiam:deducet te mirabiliter dextera tua: uel q̄
inſequuntur diligenter aduertito:in quibus & deus ipſe exprimi
tur.Sedes enim inquit:tua deus: in ſeculum ſeculi: uirga directio
nis uirga regni tui:Dilexiſti iuſticiam & odiſti iniquitatem:prop
terea unxit te deus: deus tuus oleo letitiæ præ conſortibus tuis:
& intellige quemadmodum cum deo loquens propheta cuius &
perpetua eſt & in ſeculum ſeculi ſedes: & uirga directionis uirga
regni eius:deum hunc ipſum dicat a deo fuiſſe unctum: qui eſſet
eius deus: & iccirco unctum: quia præ ſuis participibus & iuſtici
am ipſam dilexerit: & oderit iniquitatem. Quibus prophete di
ctis uiſus eſt admodum urgeri iudeus ille qui tunc ſapiens habe
retur:& hec ipſa uelut heſitabundus & dubius animi:ſue & iudai
cæ religioni conſentanea duxit:dixitq; ad uniuerſorum deum re
ferri: ſedes tua deus in ſeculum ſeculi: uirga directionis uirga re
gni tui:ad chriſtum uero dilexiſti iuſticiam & odiſti iniquitatē:
propterea unxit te deus:deus tuus oleo letitiæ præ conſortibus
tuis. Deinde & ſaluatorē ipm̄ huiuſmodi Celſi iudeus alloquit̃.

Si enim id dixeris: omnem hominem diuina prouidentia condi
tum: dei filium eſſe: qui ꝙ erit te inter & alium quendã: diſcrimẽ?
Iudeo itaq; ſic reſpondebimus. Omnem hominem: ut Paulus in
quit qui nil ultra ſub timore ſic cõſtitutuſ uel pedagogo: ſed uolũ
tate quod bonum eſt ſequitur: dei filium eſſe. Ieſus uero multo &
longiori admodum interuallo: quemuis hominum antecedit: qui
dei filii ſunt per uirtutem: ab hoc enim & illi: uelut ex fonte & ꝑn
cipio quodam deriuant. Quod autem Paulus ait iſtiuſmodi eſt.
Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timorẽ: ſed acce
piſtis ſpiritum adoptionis: in quo clamamus abba pater. Sed ut
inquit ſecundum Celſum iudeus infiniti Ieſum coarguent dictu
riq; ſunt: de ſe ſuiſſe predicta: que fuerint de Ieſu ipſo pronũtiata:
neſcio tamen an illud lateat Celſum: commigraſſe quoſdam ad ui
tam: uoluiſſeq; ipſum id factitare: quod Ieſus: & ſe ipſos dei filios
aſſeueraſſe: uel dei uirtutem. Sed cum ad uerum cuncta: ut quiſq;
locus acciderit: inueſtigemus: uel illud nos affirmabimus: anteꝗ̃
Ieſus dominus naſceret̃ fuiſſe apud iudeos Theudam quẽdam ſic
dictum: qui ſe magnum aliquem & ſupra hominem eſſe iactaret:
hoc mortuo: hi quos antea circumueniſſet paſſim diſperſi ſunt.
Poſt hunc ubi naſci uiſus eſt Ieſus: & orbis terrarum deſcriberet̃:
prodiit Iudas alter quidam & Galileus: qui ad ſe ex iudaico popu
lo ꝗ̃multos conſciuit. Quippe qui & ſapiens haberetur: & nouarũ
rerum inuentor. Is ubi penas fallaciæ luit: ſublata eius omnis eſt
diſciplina: que in paucis admodũ & pexiguis demum permanſit.
Quinetiam & poſt Ieſum deinceps uoluit & Samareus quidam
Doſitheus: Samaritis perſuadere: ſe chriſtum eſſe: quem Moyſes
predixiſſet futurum. Huius tamen doctrina uiſa eſt non multos
captaſſe: ſed qđ eſt in apoſtoloꝝ actis: ſapientiſſime Gamalielis:
ut ſcribitur dictum: non erit abſurdum uel illud inducere: Indu
ctumq; aperire: quemadmodum ſcilicet fuerint quos diximus: lõ
ge a dei promiſſiõe alieni: nec dei filii: nec ex dei potẽtia: Sed chri
ſtum Ieſum Gamaliel idem affirmat uerum dei fuiſſe filium: unde
ſic infert: ſi enim humanũ id fuit cõſilium diſſoluet̃: queadmodũ

& illorum quorum ſupra meminimus: ubi mortui ſunt: cōmentitia omnis ſublata eſt diſciplina. At ſi ex deo ille ꝓdierit: nequaq̄ po teritis huius doctrinā euertere: ne forte deprehendamini oppug naſſe: uoluit preterea & Simon Samareus ille & magus: per ma gicam artem quoſdam e medio tollere: & tunc ſane homines ſuis preſtigiis: ut puto: fallebat: nūc uero ex omnibus qui ubiq̧ terra rum ſunt: ne ad triginta quidem inueneris qui illum ſectentur. & forſitan plures dixi q̄ hi numero ſint. Sunt & circa Paleſtinam ip ſam perpauci admodum: in reliquis uero mundi regionibus: nec Simonis nomen eſt auditum: cum ipſe illud imprimis ꝑcuperet: ut de ſe fama paſſim diuagaretur: q̄ ſiqua forſitan eſt: ex actis apo ſtolorum innotuit. Sunt nāq̧ qui iſtiuſmodi de Simone hoc tra didere: chriſtianæ religionis ſectatores: & res ipſa apertius teſtifica tur: nil Simonem in ſe habuiſſe diuinitatis. Porro iuxta Celſum iudeus: magos illos quorum fit in euangelio mētio: per Ieſum ait fu iſſe Chaldeos dictos: & ad eius natiuitatē motos: ueniſſe: cū infās eſſet: ut deum ſe adoratum: id ipſum & Herodi tetrarchæ innotu iſſe: qui poſtmodum necatū eos miſiſſet: qui eſſent Ieſu ætate pa res: ut cum eis una & hunc trucidaret: ne ſi ſuperſtes foret & in ui rum euaderet: imperio potiretur. Aduerte uel ex hoc ipſo uti rem geſtam: & ſi non recte: auditu tamē iudeus perceperit: nec a Chal deis ſeiunxerit magos: nec plane quid hi profiteant̄ cognouerit: cum inter ſe tam moribus q̄ inſtitutis longe diſſideant. ſic ille in euangelica ſcripta mentitus eſt. Neſcio tamē quo pacto tacitus id preteriuit: quid magos deduxerit: non enim in oriente uiſam his ſtellam: ut ſcriptum eſt: ductricem dicit fuiſſe. Sed uideamuſ quid ſit ad iſta dicendum. ꝙ enim in oriente aſtrum ſit uiſum nouum quidpiam eſſe & inſuetum exiſtimamus: nec quicq̄ habere illud ſi militudinis cum conſuetis aliorum aſtrorum curſibus. que uel per ſi xam & minus uolubilem cœli ſperam agantur: uel per immobilē & inerraticam inferiorem hanc plagam. Sed id genus fuiſſe: cuius ſunt per temporum interualla comete: ſiue pogonie: ſiue pithoi: ſi ue: ut alias græci cōſueuere: uti hec inter ſe differūt aſtra: denoīare.

His igitur ſat fuerit hec confirmaſſe. Atqui obſeruatum eſt: cum magnis in rebus: tum in ingenti terrenaꝝ reꝝ uarietate: aſtra iſti uſmodi exoriri portenderecꝫ uel imperii immutationem & domi natus: uel belli originem: uel aliud quippiã: quod & accidere mor talibus poſſit: & terrena iſta concutere. Legimus autẽ in eo libro: quem de cometis Cheremon ſtoicus ſcripſit: uel in futuris & pro ſperis rebus crinitã ſtellã nonnunq̃ exortã: & de huiuſcemodi: ex ponit hiſtoriam: ſi igitur: ſiue in nouitate imperii: ſiue aliis maio ribus in terris caſibus: id oritur aſtrum: quod cometen nos dici mus: ſiue aliud huiuſmodi quippiam: quid mirum: ſi cum is na ſceretur: qui eſſet ad hominum genus noua quedam & inſolita ꝑ laturus: inducturuſcꝫ: non ſolum iudeis: uerum & græciſ: & q̃mul tis barbarorum nationibus: perutilem diſciplinam: ſtella ſit perlu cens exorta? Ipſe uero affirmare id auſim: nulla uſq̃ extare de co metis his uaticinia: ut ſub huius illiuſue regis imperio ſiue tem poribus: futurum eſſet ut cometes ſic oriretᷣ: cum tamen interea: de ſtella naſcẽte Ieſu oborta: Balaam ille uaticinatus ſit: inquiens: ut Moyſes ſcripſit. Orietur ſtella ex Iacob: & ſurget homo de Iſra el. ꝙ ſi ſcrutanda fuerint que nato domino: de magis & ſtella ſcri buntur: ſecus equidem græcos ac iudeos affabor. Nam græcis id dixerim: magos hoſce quia demonibus aſſueuiſſent: ut quos pro eorum conſuetudine & pro arbitrio inuocarent: iccirco id agere et demones colere: qa nihil diuinius his aut fortius: uel carminibus quibus hos prouocarent: potentius ducerent: & faterentur. ꝙ ſi maioris ac uere diuinitatis uis quedam appareat: tollentur mox demonum operationes: quippe qui nequeant obiectam diuinita tis lucem ſpectare. Iure ergo ſecundum hanc Ieſu natiuitatem: cũ celeſtis exercitus multitudo: ut Lucas ſcripſit: & ipſe teneo: deum collaudãdo: Gloria in excelſis deo: & in terra pax hominibus bo ne uoluntatis decantaret: demones ipſi deflaccuerunt: & infirmio res ſunt redditi: ubi eorum deprehenſe ſunt & conuicte preſtigie. Et actiones omnes non modo per angelos prorſus delete: qui ob Ieſu natiuitatem ad terram hanc celitus commigrarant. Sed per

Ieſu animam ipſam:& diuinitatem omnino ſublate.Magi itaq̧ q
Ieſum poſtea adoratum uenerunt:cum uellent que ſoliti fuerant
magicis quibuſdam carminibus factitare:apparẽtis ſtellæ cauſam
conquirentes:& non mediocrem eſſe hanc cõtemplati: cũ in cœlo
ſignum ſpectarent:quod diuina non humana preferret:cepit cupi
do animum:quid illud portenderet:peruidere. Et ut nobis appa
ret:cũ haberent & hi ex Balaã ꝓphetias:quas Moyſes ipſe:ut erat
ingenio acer:cõſcripſerat:& in his de ſtella qđ tradit̃ cõperiſſent:
intellexerũt hoĩem demigraſſe ad uitã:& natũ eſſe:quẽ ꝓphete:cũ
ſtælle inditio:iampridẽ uenturꝫ denũtiaſſent:& cũ hunc:ut potio
rem:demonibus p̃tuliſſent:qui ſe ſoliti eſſent uanis rerũ imagini
bus:ludificari:in Iudeam eundem adoraturi:ſe contulerunt:certio
res iam redditi:eſſe regem aliquem natum:ignari tamen quale hic
eſſet imperium habiturus:aut ubinamgentium naſceret̃:& ubi lo
cum perdidicerunt quo natus fuiſſet:ei qui ex deo eſſet homineq̧
mortali cõpoſitus:mumera hec detulere:aurũ ſcilicet in regiæ po
teſtatis argumentũ:myrrã ut morituro: thus ut deo. Sed cũ eſſet
hic deus qui hominum generi ſalutem afferret: qua in re & ange
los ſuperaret qui ſolent mortalibus opitulari: angelus tamen pre
ſtite pietatis uicem rependit:ꝙ Ieſum adoratũ ueniſſent: Siquidẽ
illos cõmonefecit ne ad Herodem redirẽt: ſed alio iter diuerterẽt:
& ſe ad ſua cõferrẽt.Fuiſſe autem Herodem nato dño molitum in
ſidias:ſi minus credat apud Celſum iudeus:nil mirũ. Eſt enim ce
ca nequicia & fatũ uincere nitit̃. Perinde ſit illo potẽtior:quo ma
lo & Herodes itẽ affectus:iudeoꝝ regem credidit natũ:& in hanc
credulitatẽ certiori aſſenſu deſcenderat:neſcius tñ utꝝ oĩo futurus
eſſet hic rex:& imperiũ habiturus:& eius ad hũc tollẽdũ inanes ſo
re conatus.uoluit igit̃ Ieſũ necar̃:cũ uario teneret̃ & altercãti iudi
cio:ꝑ cecũ & neqſſimũ demonẽ hauddubie cõcitatus:q a ꝑncipio
ſaluatori paſſet iſidias.Cũ illius p̃ſentẽ eſſet ac futurã metitus aĩo
magnitudinẽ: quam utiq̧ quibuſuis modis impugnandam ſuſce
perat:nimirum qui pro eius:ut malignitate:ita & liuor̃ id ageret.
Angelus itaq̧ rerum ſerie uti ſe habuere: ſeruata: &ſi nullam his

fidem prebeat Celſus: Ioſeph nuntiauit: ut cum puero & matre in ægiptum ſecederet. Cum Herodes interea in Bethleem & locis illis uicinoribus: omnes ſuſtulit pueros: ut una & iudeorum tolleret regem. Non enim peruigilem cuſtodem: id ẽ diuinam uim ille conſpexerat: que ad hominum ſalutem eos ſeruaret & tutaretur: quos dignos ſe duceret: quorum omnium princeps: ueneratione & excellentia longe preſtaret Ieſus: rex quidem: nec tamẽ qualem Herodes exiſtimabat: ſed tale huius erat imperium: quale deũ decebat: ut tanto regi: in eorum quibus imperaretur beneficium traderet. Et ita ut non mediocris aliqua huius eſſet in ſuos: & uulgaris bñficẽtia: ſed legibus uere diuinis ut hos erudiret erat futurũ: & ſubderet. cuius rei & Ieſus haudquaq̃ ignarus: talem eſſe ſe regẽ negando: qualem multi arbitrarent̃: docendoq; ſui regni preſtantiam inquit. Si enim meum eſſet ex hoc mundo regnum: miniſtri utiq; mei certarent: iudeis ne traderer. Nunc autem nõ eſt de hoc mũdo regnum meum. Hec quidem ſi Celſus nouiſſet nequaq̃ intuliſſet huiuſmodi. Si enim id illum ſollicitum habuit: ne ubi ip̃e iam adoleueris in regno ei ſuccederes: cur ergo ubi adoleuiſti: nõ regnas? Sed dei ipſe filius errabundus præ formidine latitans: ſurſum deorſumq; cercũuagaris? ipſe uero nec turpe dixerim & abiectioris animi eſſe: prudenter diſcrimina ſubterfugere: nec his ſeſe temere & impetuoſe ingerere: nõ quia mortem ille reformidaret: ſed quia ad hominum utilitatem in mundum prodierit: quouſq; tandem tempus ingrueret oportunum: quo ubi mortalem ſuſcepit naturam: humanitus & morti concederet: que & hominibus eſſet plurimum profutura. quod ſane ei iam liquet: qui Ieſum intelligit mortem ob hominum gratiam ſubiiſſe: qua de re ſupra: ſat pro uiribus diximus. Deinde: cum nec apoſtolo₉ numerum teneat Celſus: decem dixit uel undecim quoſdam: Ieſum ad ſe contraxiſſe: ſordidos homines & publicanos: & improbiſſimos aliquos nautas: cum his ſede hac illac diuagatum ac per laſciuiam cibos queſiſſe. Sed agedum uel de his breuiter diſſeramus: patent enim euangelica dicta legentibus: que utiq; Celſus legiſſe nequaq̃

uidetur:ex quibus conſtat duodenos Ieſum diſcipulos collegiſſe: inter quos & Matheum aſciuit: publicos procurantem quæſtus: quos uero confuſe nautas dixit: Iacobum forſitan & Iohãnem intelligit: qui relictis Zebedeo patre & naui: ſunt Ieſum ſecuti: nam Petrus & eius germanus frater Andreas: q̄a ex uſu haberẽt hamo piſces captare: ut uictus quererent neceſſitatem: haudquaq̃ erunt omnino inter piſcatores (ut ſcribit) annumerandi. Concedat̃ etiã & leui illum Alphei & publicanum fuiſſe Ieſum ſectatum: haud tamen ex diſcipulorum erat hic numero: ni forte id in aliquo exemplari quod fuerit ex Marci euangelio ſumptum: reperiatur. Aliorum autem geſta haudquaq̃ didicimus: quo fit ut priuſq̃ eſſent hi chriſti doctrina imbuti: cibos ſibi & ſua induſtria compararint. Ad hec illud dicturi preterea ſumus: qui enim quiuerint ſapiẽter & recte que de apoſtolis Ieſu feruntur inueſtigare: facile iudicabũt uirtute quadam diuina: Ieſu diſcipulos ad chriſtianam religionẽ q̃multos inſtituiſſe: reddidiſſeq; in dei doctrina obſequẽtiſſimos: non enim ulla his inerat ex arte: dicendi uis: ſiue pronũtiandi: uel pro græcorũ artificio dialectico quodam aut rhetorico: ordo aliquis aut modus: quo auditores allicerent. Quinpotius uidere uideor ſi ad multorum opinionem ſapientes Ieſus aliquos elegiſſet: qui & meditari: & eloqui poſſent: que multitudinem demulcerẽt: & ad eius diſciplinam uulgandam miniſtris his uteret̃: iure forſitan ſuſpicandum fuiſſet: haud ſecus ac ſolent philoſophi ſectarũ principes: cum eorum priuatas quaſdam producũt ſententias: & hos predicando que dei ſunt factitaſſe: ſic enim fieret ut non ultra argui poſſet: diuinam eſſe quam hi profiterent̃ doctrinam: quippe cum predicationis ſermo & perſuaſionibus niteret̃ & eloquentia: compoſitiſq; ex arte uerbis: ita nimirum credulitas omnis non in dei uirtute conſtaret: ſed in hominum ſapientia: nec ab ea quicq̃ differret: quam & mundi huius philoſophi in aſtruendis dogmatibus uendicant. Nunc uero quis hominum cum piſcatores uideat & publicanos: qui nec prima quidem litterarum elementa edidiciſſent: ut de his in euangelio ſcribitur: & Celſus ipſe

confidentiſſime credit: que de iſtorum ignaritate ſcribunt: non modo apud iudeos de fide in chriſto habenda concionantes: ſed apud ceteras nationes hunc predicando mirifice profeciſſe: non il lud mox querat unde nam his perſuadendi uis tanta obuenerit: non enim ea his inerant que multis ineſſe exiſtimantur: quis ue non id fateat adimpleſſe Ieſum diuina quadam in ſuis diſcipulis uirtute: quod dixerat: Venite poſt me: faciam uos homines expi ſcari: quam uirtutem: ut ſuperius diximus: & preferens Paulus in quit: & ſermo meus & predicatio mea non in perſuaſibilibus hu manæ ſapientiæ uerbis: ſed in demonſtratione ſpiritus & uirtute. Vt fides ueſtra non ſit in humana ſapientia: ſed in uirtute dei. Enimuero uel ex prophetarum dictis preſcientia quadam: denun tiatur euangelii predicatio: ut illud: dominus dedit uerbum euan gelizantibus in uirtute multa: rex uirtutum dilecti: ut & pro phetia ſic inquiens adimpleatur. Velociter currit ſermo eius. & ui dimus ſane in omnem terram exiſſe Ieſu apoſtolorum ſonum: & in fines orbis terræ uerba eorum. Quocirca uirtute quidem re plentur uerba: que cum pronuntiantis uirtute audiuntur. Quam utiq; prefert: cum animi habitus: tum uita: tum etiam continens quoddam uel uſq; ad mortem: pro ueritate certamen. Sed reddun tur pleriq; inanes & uacui: & ſi deo credere ſe per Ieſum profitean tur: qui diuina uirtute carentes: deduci ad dei doctrinam uident. Ipſe uero & ſi ſuperius de euāgelico dicto fecerim mentionem: per ſaluatorem ipſum pronuntiato: uel in preſenti: pro tempore utar. aſſerturus diuinitus fuiſſe illud ſignificatum: ut precognita ſit ſal uatoris noſtri euangelica predicatio: & chriſtianæ doctrinæ ſine preceptoribus ullis uis ipſa: que credentes diuina quadam potētia per obtemperantiam ceperit. Ait itaq; Ieſus: Meſſis quidem mul ta: operarii autem pauci. Sed cum uiles quoſdam & ſordidos Cel ſus publicanoſq; itē & nauticos hoīes dixerit Ieſu diſciplos: ul ad hec rn̄debimus. Videri hoc loco Celſū: & xpi calūniet doctrinā: ſacris litteris: ut libitum fuerit: fidem preſtare: diuinitatem uero ex libris aperte denuntiatū ubi minus admittit: euangelicis ſcrip

tis nil credere:cum neceſſe ſit potius:qui plane internoſcat quid ueri quidam cõſcripſerint:ex deteriorum ſcriptis: ut potioribus credat.Eſt enim litteris traditum Barnabam ipſum ac Paulum: perinde diſſentiẽtes:ab inuicem diceſſiſſe: hinc forte Celſus illud accepit ut diceret:diſſolutos quoſdam & improbiſſimos eſſe apoſtolos:& in ſuos Ieſum hos elegiſſe qui præ eorum nequitia omnem excederent impietatem.Cum illud etiam in euangelio Lucæ ad Ieſum inquiat Petrus.Diſcede a me quia homo peccator ſum domine:cum uero Paulus ad Timotheum ſic ſcribat: Et ego ultimus apoſtolus Ieſu factus: & illud fidelis ſermo: quia Ieſus chriſtus uenit in mundum ut peccatores ſaluos faceret: quorum primus ego ſum:neſcio quo pacto non hec animaduerterit Celſus: uel forte oblitus ẽ de Paulo aliquid dicere:qui poſt Ieſum in chriſto fundarat eccleſias:ſed iccirco iure id illum preteriit:quia de eo uel illud erat dicendum: quemadmodum fuiſſet dei eccleſiam inſectatus:& contra fideles acerbius contendiſſet: ita ut omni conatu adniteret̃ uelle chriſti diſcipulos trucidare: & demũ tantopere ſit immutatus: ut ab Hieroſolimis aduſq; Illyriam: euangelicis dictis loca uniuerſa repleuerit: & glorie duxerit euangelium ſic ꝑdicare:ne ſuper alienum fundamentum ædificaret: ſed ibi chriſti euangelium diuulgare ubi a principio nondum eſſet uulgatum. Cur igitur debet abſurdum uideri: cum uellet Ieſus hominũ generi patefacere qualem haberet animis ipſis medendi artem: ſi ſordidos quoſdam elegit & nequiſſimos homines:quos & eo prouexerit magnitudinis:ut & uitæ purioris & optimorum morum exemplo his eſſent: quos ad euangelium predicando duxiſſent.̃q; ſi anteacta uita ſit penitentibus exprobranda: licebit & Phedonẽ illũ uel philoſophantem iam carpere:ſiquidem hunc(ut eſt hiſtoriæ proditum)a meritoria cella ubi:ut proſtitutus :quæſtum corpore factitaret: ad philoſophiæ ſtudia Socrates tranſtuliſſet: nec ſecus & Polemonis incontinentiam illam & luxum: qui utiq; Xenocratem ad philoſophandum ſucceſſorem acceperit: philoſophiæ obiicere: cum longe potius id preſtiti per eam officii ſit

admittendũ:qa rationibus pſuadendo ualuerit hominẽ tot malis & his quidẽ tãdiu p̃occupatũ eximere. et apd̃ græcos quidẽ unus fuit hic Phedon:& neſcio utrum huic fuerit alius quiſq̃ ſecũdus: & unus Polemon:qui ab incontinẽti & perdita uita mox immu tati ad philoſophiam ſe contulerunt. Apud Ieſum uero non ſolũ duodeni illi:ſed longeplures iſtiuſmodi extitere: qui cũ eſſent cõ tinentium chorus effecti de priſtinis uiciis iſtiuſmodi ꝓloquun tur. Eramus enim & nos olim inſenſati:inobedientes errantes:ſer uientes deſideriis & uoluptatibus uariis:in malitia & liuore degẽ tes:& in alterutrum odio:ubi uero bonitas & humanitas apparu it ſaluatoris noſtri dei:per lauacrum regenerationis innouationis ſpiritus:quem effudit in nos habunde tales effecti ſumus. Miſit enim deus uerbum ſuum: & ſanauit eos ex corruptionibus ſuis. Quemadmodũ qui in pſalmis uaticinatus eſt: docuit. Addendũ ad hec & Chriſippum in eo libro quem de curãdis uiciis ſcripſit: ut in hominibus animi frenaret affectus:nihil prefiniendo quod nam ueritatis ſit dogma:pro uariis niti ſectarum opinionibus ut his medeat̃ qui uiciis occupent̃. Inquit enim &ſi uoluptas uitio rum eſt finis:uel ſic tamen illa curanda erunt:nec ſecus etſi tria bo norum ſint genera animi corporis & facultatum:nihilominus ꝓ ratione uitiorum huiuſmodi:& liberandi ſunt qui his detinent̃. Chriſtiane uero religionis criminatores:nequaq̃ uident quot ho minum uicia:quot habundantiſſimi fluxus quidam nequitiæ re primantur: quot demum agreſtes & feri mores: per chriſtianam doctrinam hanc mãſueſcant: cui uel dici gratias ab his oporteret qui de humana communione & manſuetudine ſe plurimũ iactãt: ꝙ noua quadam uia: a prauis facinoribus: homines ad meliora traducant:nec ſecus oportuit ut huius noſtre doctrinæ & uerita tem:quam ipſi prorſus ignorant:probarent: & plane teſtificaren tur:quantum humano generi illa conducat. Sed quoniam non ad peruicaciam ſed ad manſuetudinem Ieſus ſuos diſcipulos in ſtruebat:hunc illos in modum conmonefacit:ſi enim uos in ciui tate hac perſequentur: in aliam fugite: ſi in altera perſequentur:

rurſum & in aliam fugam capeſſite. Sic eos inſtituendo: exemplo his erat ad uitæ conſtantiam: que nullo pacto inſtituat frustra & intempeſtiue: aut temere adeunda eſſe pericula. Quod ſane Celſuſ incuſans calumniat᷑: cum iudeum inducit ita dicentem: tu quidē cum tuis diſcipulis hac illac fugitas: huic in Ieſum & eius diſcipulos criminationi perſimile illud dixerim eſſe: quod eſt memoriæ de Ariſtotile proditum: is nanq; cum aduerſum ſe: perinde impium: futurum eſſet ut cōcitati iudices conuenirēt: qa dogmata quedam eius philoſophiæ induxerat: que cōtra deorum cultum facer̄ Athenienſes exiſtimarent ex Athenis ſecedens: Calicidem ſe contulit: ubi & diu permanſit: quo ex loco familiaribus & notis ſcribentibus cum reſponderet. Ex Athenis inquit receſſimus ne cauſam demus Athenienſibus ſecundo ſcelus committere: quale in Socratem commiſerunt: ne ue contra philoſophiā iterato impietatis coarguant᷑. Ait preterea Celſus cum diſcipulis Ieſum p luxū cōgerēdo & laſciuiam cibos circumuagatum. uelim tn̄ hic fateat᷑: unde id luxus & laſciuiæ in congerēdis cibis de Ieſu acceperit: cū in euāgeliis legimus feminas quaſdam corpor̄ olim effectas & mirabiliter ſanitati iam reſtitutas: ex earum fortunis uictum diſcipulis ſuppeditaſſe. Verum quis unq̄ philoſophātium qui eorum incumberet utilitati: quos haberent familiaritate coniunctos: non ab his ipſis acceperit que ſibi neceſſaria forent? & hi quidem non indecēter ſed iure id agere uiderent᷑. Quod ſane cū Ieſu diſcipuli fecerint: culpant᷑ p Celſum: ꝙ incontinenter & per laſciuiā congerant cibos. Affatur deinceps Ieſum: hunc ī modū Celſi iudeus: q enī erat neceſſe uitādi interitus gratia infantem te adhuc: in ægiptum transferri? non enim deum decebat mortem uereri: at angelus de cœlo lapſus acceſſit: tibi iniungens ac tuis domeſticis: ut fugam capeſceres: ne tibi eſſet mors obeunda: ſeruare te aliter ibi ut propriū filium magnus hic deus nequibat: qui ad te duos iam angelos tranſmiſiſſet? putat autem Celſus nihil ineſſe diuinitatis humano corpori quod Ieſus geſtaret: ſed tale id eſſe effectum: quale inducunt Homeri commentitie fabule: irridēs etiam quem

in cruce Ieſus effuderat ſanguinem: ait non cruorem illum fuiſſe: qualis flueret beatioribus diis. Nos uero Ieſu credentes de diuinitate que ſibi ineſſet dicenti: Ego ſum uia ueritas & uita: & ſiqd huiuſmodi aliud: & ea que in humano corpore loquereť: nunc autē queritis me interficere hominem qui ueritatē locutus ſum uobis: humana ſimul & diuina natura compoſitum hunc affirmamus: opotuiſſeq; dicimus eum: qui proſpicere aliis uellet ut in hominiſ ſpeciem ad uitam hanc demigraret: nec temere mortis diſcrimē inuaderet: ſed per alumnos deduceret: qui eſſent ad rem omnem p angelum inſtituti: qui primum ſic diceret: Ioſeph fili Dauid ne timeas accipere Mariam: uxorem tuā: quod enim in ea natum eſt: ex ſpiritu ſancto eſt: ſecūdo illud cōmonefaceret. Surge accipe puerum & matrem eius: & fuge in ægiptū: & eſto ibi uſq; dū dixero tibi: futurum eſt enim ut querat Herodes puerū ad perdendū eū: hoꝝ autem mihi nil quippiam quod ſcriptum ſit admiratōne dignum uideť. Siquidē ī utramuis ſcripturæ partem angelus ferť: Ioſeph per ſomnium obuerſatus: iſta dixiſſe. Somniāti uero cuiq̄ demonſtrari que facienda ſint: uel aliis compluribus cōtigit. Cur igiť fuerit abſurdū q ſemel homo effectus ſit: uľ ꝑ humano quodam inſtinctu ut declinaret diſcrimina: non quia aliter id fieri nequiſſet: ſed ut recta & ordine ſuo ꝓcederent: que de Ieſu agerenť ſalute. Et ſane longe melius fuerat ut puer Ieſus Herodis inſidias euitaret: & cum alumnis una in ægiptū ſecederet: quoaduſq; mortem ſubiret qui paraſſet inſidias: q̄ prouidentiam: inquantum homini licuiſſet: que de Ieſu iam habereť: interpellare: uel Plutonis caſſidē: ut ſub eo lateret: illi imponere (ut fabule ferunt) quē tollere omnino uellet Herodes: uel in eo tutando iſtiuſmodi aliquid machinari: uel haudſecus affligere qui ad Ieſu interitum cōceſſiſſent: q̄ Sodomitani illi ſunt afflictati. Preſidiū nanq; ꝑcipuū illđ & admirabile quod p deū mox poterat Ieſu ipi afferri: nequaq̄ ſatis ei ualebat: qui docere alios uellet ex deo diuinitatem fuiſſe ſe aſſecutum: & hominem eſſe: quod utiq; & dei ſe eſſe proprium filium ꝓferebat: deūq; uerbū: & dei uirtutē: q dei ſapientia xp̄s uocitareť:

e quibus autẽ conſtet poſt aſſumptã humanitatẽ Ieſus: & compo ſitus ſit: haudquaq̃ eſt preſentis tp̃is explicare: quandoquidẽ obo ritura eſſet (ut ita dixerim) quæſtio ꝓpria quedã & nil ſupuacua ſuo loco: credentibus. Inquit preterea Celſi iudeus: pindeac græ cus aliquis ſtudioſus: & græcoꝝ diſciplina inſtructus: pſcos olim per ſe fuiſſe: & Amphioni eacoq;: & Minoi diuinam ſobolem im partitos: nec tamen his fidẽ ipſi preſtitimus: dũ facta quedã: cum magna: tũ & mirãda præ ſe iſti tulerũt: & q̃ hauddubie hũanum modũ exceſſrit: ita ut nec fides his detrahi poſſe uideret̃: ipe uero quid facto geſſeris uel uerbo: mirandũ: quod nobis conſtaret nil pretuliſti: tam&ſi in templo te ad id prouocantibus: ut ſignificati one aliqua clariore & argumẽto: dei te filiũ patefaceres. Ad quod ſic eſt reſpondendũ: uelim equidem græci oſtẽdant uel in ptem p iſtos quos meminerũt: rem aliquã geſtam: p̃claram & celebrem: que uel ad poſteros tendat: & tãti ſit: ut fabulæ aſtruant fidẽ: nar ranti: a deoꝝ hos ſemine prodiiſſe. ſed nihil oſtẽdent: & ſane nec paruo quidẽ interuallo iſtoꝝ de quibus iſti ſcripſerũt res geſte in feriores eſſe conſtabũt: q̃ ea fuerint que per ſe geſſerit Ieſus & con firmauerit. ꝙ ſi forte ad fabulas nos traduxerint græci: uel eoꝝ hi ſtorias: nolintq; his temere nos fidẽ prebere: ipſi uero noſtris &ſi apertiores ſint: nil pænitus credãt: illud plane aſſeuerauerim: Ieſu opera: ubiq; terraꝝ innotuiſſe mortalibus: ſeu qbuſuis locis: ubi dei inhabitent p Ieſum eccleſie: & hominũ in xp̃i fide: cõuentus: quos ut mlˈtoꝝ: ita & prauoꝝ facinoꝝ penituerit. Accedit etiã ꝙ ieſu id nomẽ: & mẽtes hominũ emotas ſiſtit: demones ꝓpellit: & morbos ingerit: & mirabilẽ quandã humilitatem & animi habitũ facit remiſſiorẽ: affert & humanitatẽ: bonitatem: mãſuetudinem: his precipue: q neq; bonoꝝ preſentiũ gr̃a: nec ob humanã aliam quampiam neceſſitudinem: quicq̃ diſſimulant: ſed toto animo capiunt que de deo: & chriſto: & futuro iudicio predicant̃. Poſt hec Celſus neſcio quo pacto ſuſpectans q̃ p Ieſum geſta fuiſſe de monſtrabunt̃: magnitudine quadã preſtare: ex quibus: &ſi q̃plu rima ſint: perpauca diximus: ſimulat ut uera iſta ſe conceſſuꝝ que

litteris tradita ſunt quemadmodū .ſ.ille multoꝶ curauerit ualitu dinem:& mortuos excitarit:uel ꝙ paucis panibus quorū uel reli quie ſuperfuiſſent ubetiores: ad ſacietatem aluerit multos.uel alia pleraq; per diſcipulos mirabiliter edita:que & noſſe ſe arbitratur. Quinetiam & illa adiecit.Age credamus te iſta geſſiſſe:moxq; hec ipſa cum magoꝶ operibus confert & his communia facit: ut qui ſe mirabiliora facturos polliceantur: nec ſecus Ieſum feciſſe mira quedam affirmat:atq; hi ſolent qui ab ægiptiis ipſis ediſcunt:que illi foro in medio factitarent:& perpaucoꝶ obolorum precio:gra uem eorum traderent diſciplinam:abigerētq; a corporibus demo nes:& morbos propellerent:reuocarentq; ad ſuperos herōum ani mas:cenaſq; lautiores & menſas:libaſq; & ciboꝶ condimenta pre ferrent inſolita.mentirenturq; & beluarum motū que in uero mi nus conſtarent:& alioquin huiuſmodi uiderent̃: & uiſum preſti giis fallerēt. Cum itaq; inquit:hec faciant illi:nun erit neceſſe dei hos filios ducere:uel non potius artes quaſdam que geſſerint nun cupare:hominum ſane perditorum & infelicium:ʼ uides ne ut ex his fere magicam aſtruat Celſus:ʼnec ſane intelligo utrum hic ille fuerit.qui ipſam hāc impugnando:q̃multos conſcripſerit libros: uerumtamen quia probare uidetur que ante ꝓpoſuit: magicis cō parat rebus que de Ieſu ſcribunt̃:& eſſent forſitan comparanda:ſi ut magici ſolent preſtigiis ille que geſſerit: pretendiſſet: nūc uero magorum nemo per ea que facit ad morum immutationem ſpe ctatores inuitat:nec eos deum ut uereantur inſtituit: qui eius ſpe ctacula demirent̃. Nec nititur quidem:his ita ut uiuant perſuade re:qui ſpectando aſſiſtunt:ut iuſtum a deo iudicium ſint pro me ritis relaturi.Ergo nil horum effecerint:quia nequeunt magice ar tis ſectatores:uel forte nolunt:que homines moderantur & corri gunt: exercere:ut qui haud ſecus ac ceteri ſint: fediſſimis ac ſordi diſſimis facinoribus obuoluti.at Ieſus ex rebus ipſis mirādis que factitaret ad morum caſtigationem omnibus inuitatis:qui eius fa cta intuerent̃:quo pacto non erit exiſtimandus nō modo ſuis di ſcipliſ:ſed & mortalibus ceteris optīæ uitæ exemplū exhibuiſſe:ʼ

ita ut diſcipuli ipſi ad homines pro dei arbitrio edocendos incita rentur: & ceteri omnes ubi ex Ieſu: cum dictis: tum moribus: tum mirabilibus factis: quemadmodum eſſet uita ducenda perdidiciſ ſent: æque omnia facerent omnipotenti deo ut gererent morem. ꝙ ſi Ieſu uita erat huiuſmodi: cur quiſpiam hunc cum magicis hi ſce nefanda patrantibus iure contulerit? & non potius ſecundum diuinam illam promiſſionem deum eſſe crediderit? qui & in hũa no uiſus ſit corpore: ut generi noſtro coduceret? Deinde confun dens Celſus ſermonem: heretica quedam dicta: ueluti ad commu nem chriſtianoꝶ criminationē inducens: ſic inquit. Nõ enim dei eſt corpus quale tuum hoc eſt: nos uero ad hec ſic reſpondemus. corpus quidem hunc accepiſſe humanum: ut a femina genitum: ubi ad uitam hanc demigrauit: & mortis humanæ ſuſceptibile: quocirca fatemur & inter cetera humani huius ſuſcepti corporis gratia: acerrimum effectum eſſe hunc certatorem: fuiſſeq; & ĩ cun ctis: ut ceteri homines pertentatũ. Nec tamē mortalium more: ut peccato obnoxium: ſed cuiuſuis criminis prorſus expertem. No bis enim iam liquido patet ꝙ nihil commiſerit: nec inuentus ſit dolus in ore eius: nec peccatum cognouerit: & quemadmodũ ut puriorem hunc tradiderit deus pro omnibus qui deliquiſſent: ſa tis eſt cognitum. infert deinceps hec Celſus: nõ enim fuerit id dei corpus quod ita ſit ut ipſe fuiſti o Ieſu: ꝓſeminatum: ſuſpexit ta men ꝙ ſi quemadmodum ſcriptum eſt ille ē genitus: poſſe & eius id corpus: pro diuino apud multos haberi uł ex certioribus argu mentis quibus dei id eſſe corpus cõſtaret. Sed nullam his Celſus adhibet fidem que de Ieſu ex ſpiritu ſancto conceptione ſcribun tur: eoq; & illud intuliſſe uidet̃. Non enĩ fieri poteſt ut dei ſit cor pus quod ita fuerit preſeminatum: uti ipſe fuiſti. Sed de his ſatis. affirmat preterea diuina huiuſmodi corpora: nec ali cibo: quemad modum poſſe ſe dicit ex euangelicis ſcriptis oſtendere. Ieſu cor pus & cibo nutritum: & quibus ueſci ſit ſolitũ. Sed eſto dixerit ie ſum cum diſcipulis paſca feciſſe: nec ſolum illud eſſe prefatum: De ſiderio deſideraui hoc paſca manducare uobiſcũ. Sed cum his una

æſitaſſe.dicat inſuper uel ſitibundum ad Iacob fõtem bibiſſe: ſed parua quedam hec fuerint ſi cum his que de Ieſu corpore nos ipſi fatemur:iam conferantur.Liquet enim ubi iam reſurrxit in æſum piſcem cepiſſe: nimirum q corpus ex femina genitũ noſtro huic ſimile deſumpſiſſet:ſed dicet Celſus:non enim humana hac uoce utetur diuinum aliquod corpus:neq; perſuaſionibus niterur huiuſmodi:uel hec quidem parui momenti ſunt dicta:& admodum contemnenda.Poterit nanq; huic reſponderi: uel Pythium illum Apollinem:qui apud græcos credit deus: uel dydimeũ uoce hac uſos: qua & Pythia uates: ſiue que Meleti uaticinata ẽ: haudtamẽ iccirco:uel Pythius ille per græcos diuinitatis expers arguit: uel alius quiſpiam græcorum deus:qui aliquo uno in loco preſideat. Erat autem hoc longe rectius:ut uerus deus uoce hac uteret: que ui ſua quadam efficeret:ut pronuntiando:ineffabilem immodum auditoribus ſuaderetur.Deinceps Ieſu ipſi conuiciatus: ad hominem inquit Celſus illud ſpectare:qui & deo fuerit infenſus: & improbus magice artis ſectator:cum ipe potius ob eiuſ impietatem: & prauas opiniones ſit deo infenſior: tam&ſi uel nomina ipſa & res uti ſe habent ſi inquirantur:nec dari qdem poterit homo quẽ oderit deus: quãdoquidem amet ille que ſunt uniuerſa:& nihil reſpuat eorum que fecerit. Non enim quidpiam condidiſſet quod ipſe haberet inuiſum.q; ſi prophetica dicta nonnulla illud pretendant odiſſe deum que fecerit: explicatur tamen per alios cur illud pretenderint: nam & ſacre littere frequẽter de deo ita loquũtur:perinde obnoxius ſit humanis affectibus. Sed quid erit huic reſpondendum:qui in his ſuis demonſtratiuis:ut ipſe affirmat:& ueris ſermonibus:arbitretur utendum eſſe cõuiciis & maledictis: perinde contra Ieſum is agat: ut magnum aliquem & perditum hominem.quod ſane non argumentum eſt rem demonſtrantis: ſed imperiti & inſulſi hominis uicium id patientis: poteſt nanq; qui de re aliqua diſſerit placide illam inueſtigare:& ſcrutari pro uiribus:& edicere que hanc ſubſequuntur. Sed cum in his deſinat Ieſum alloqui apud Celſum Iudeus:& nos item primo quem ad

hunc ſcribimus libro: finem iam facimus. ne & ipſi huius dicaci tatem imitando dum meras ineptias refutamus: lõgiores forte: q̃ dicendi ars poſtulat: ſimus. deo autem ueritatem probãte: que fal ſos perdat: pro prophetica optione illa: ſermones: diſperde illos domine: ſecundo facturi libro inicium ſumus: quo & ſecundam Celſi refutabimus fictõnem: in qua iudeus inducitur alloquẽs in Ieſum credentes que deinceps ſequunt.

Lacet ſecundũ hunc primo & ſuperiori libro ſubiungere: quo Celſi dictis reſpondimus: que ille ueri ſermonis titulo annotarat. Nam ubi ſatis ſcribendo cõplexi in eo ſumus: que neceſſaria uidebant̃: ad eum uſq; locum pdu ximus: quo Celſus ipſe iudeum confinxerat: Ieſum dñm alloquentem: ad eas deinceps ca lumnias reſponſuri: quas ille iudaico populo in chriſtum credẽti eſt obiecturus. Et illud equidẽ imprimis exegerim: cur Celſus qui ſemel confictas pſonas in animũ induxit producere: nõ impreſen tia & iudeũ commentus eſt: qui ex gentibus fideles appellet: Sed eos dumtaxat impugnet: qui ex iudeis chriſtianã ſint fidẽ ſectati. Sic forte pſuadendi uim maximam uiderent̃ habere: que ipſe cõ ſcriberet. Verum qui cuncta ſcire ſe profitet̃: que eſſent iudeo: ut diceret: conſentanea: haudquaq̃ pſpexit. Cuiuſmodi igit̃ Celſi iu deus ad eos ediſſerat: qui ex iudeis crediderant: noſcẽda iam ſunt. Ait enim relictis hos patriis legibus p Ieſum illectos: ridicule ad modum fuiſſe illuſos: & ultro in nuncupationẽ aliam conceſſiſſe: & aliam uitam: Cũ minus intelligat: iudeos qui Ieſum fide & cre dulitate ſuſceperant: nil patriam legem deſeruiſſe: quippe qui ſecũ dum hãc uiuerẽt: & ex legis huius paupertate denominent̃. apud iudeos nanq; ebion pauper dicit̃. & ebionei utiq; nũcupant̃: qui ex iudeis Ieſum ut chriſtum admiſerant. Et Petrus quidem uidet̃ iudaicos iuxta Moyſem ritus ſeruaſſe: ut qui nondum a Ieſu pdi diciſſet: a legis littera ad ſpiritus legem tranſcẽdere: uti Apoſtolo rum ex actis didicimus. Poſtera autẽ die iter illis faciẽtibus & ap propinquantibus ciuitati: Aſcendit Petrus in ſuperiora ut oraret circa horam ſextam: & cũ exuriret uoluit guſtare: paranribus autẽ eis: cecidit ſuper eum mentis exceſſus: & uidit cœlum apertum: & deſcendẽs uas quoddam uelut linteum magnum quatuor initiis ſummitti de cœlo in terram in quo erant omnia quadrupedia &

ſerpentia terræ: & uolatilia cœli: & facta eſt uox ad eum: ſurge Pe
tre & occide & manduca: tum ille abſit dñe: quia nunq̃ manduca
ui omne cõmune & immundum: & uox iterum ſecundo ad eum:
que deus purificauit: tu cõmune ne dixeris: hoc eſt inquinatum:
Aduerte itaq; quemadmodum ex dictis hiſce iudaicos præferat ri
tus: ſiquidem Petrus que munda eſſent atq; immunda adhuc ob
ſeruaret. Quinetiam ex inſequentibus demonſtratur: uiſione ip
ſum indiguiſſe: qua moneretur ut Cornelio qui ſecũdum carnem
Iſraelita non eſſet: & his qui ſecum una uerſarentur: fidei uerba
communicaret: u t qui uel ad id temporis iudeus exiſteret: et pro
iudaicis traditionibus: cõtẽptis ceteris: q extra iudeoꝝ eſſent reli
gionem: iam uiueret. nec ſecus & Paulus in ea quam ad Galathas
conſcripſit epiſtola: id patefacit: prius enim q̃ uenirent quidam a
Iacobo: cũ gentibus edebat: cum autẽ ueniſſent ſubtrahebat & ſe
gregabat ſe: timens eos q ex circũciſione erant: & ſimulationi eius
conſenſerunt ceteri iudei: ita ut Barnabas duceret̃ ab eis in eam ſi
mulationẽ. & erat ſane id cõſentaneũ ut qui ad circũciſionẽ eſſent
tranſmiſſi: ne a iudaicis deſciſcerent ritibus. Siquidem qui colũne
eſſe uidebant̃ dexteram Paulo dediſſent & Barnabe ſocietatis: ut
ipſi in circũciſionẽ abirẽt. Hi uero gẽtibus p̃dicarent. Sed q̃d di
xerim qui circũciſis p̃dicãdi id munus ſuſceperãt a gẽtibus ſe ſub
traxiſſe cũ Paulus ip̃e iudeis ſit iudeus effectus: ut his lucrifaceret:
quo circa ut in ipſis apoſtoloꝝ actis eſt lr̃is traditũ: & oblationẽ
ad altare is offerebat: ut iudeis pſuaderet a lege ſe nil deſciuiſſe. q̃
ſi tenuiſſet hec omnia Celſus: nunq̃ ꝓfecto iudeũ introduxiſſet:
iudeos fideles huiuſmõi alloquentẽ. Quo enim malo exagitati o
ciues patriã legẽ deſeruiſtis: & ab eo cũ quo nup diſceptabamus il
lecti: ridicule adeo eſtis iam circũuenti: a nobiſq; ultro ab alienati
in aliã quandã denominationẽ: & uitã aliã cõceſſiſtis: Verũ ubi ſe
mel ad Petri mentionẽ deuenimus: & eoꝝ qui in circũciſione xpia
nam religionem docerẽt: haud ſane abſurdum fore iam duximus:
uel Ieſu dicta nõnulla pro eoꝝ interpretãtoine ex euangelio Iohã
nis proferre: ſcriptum eſt enim Ieſum ita profatum. Adhuc multa

habeo uobis loqui: ſed non poteſtis portare modo: cũ autem ue
nerit ille ſpiritus ueritatis: deducet uos in omnẽ ueritatẽ: Non enĩ
loquet᷑ a ſemetipſo: ſed quecũq; audiet loquet᷑: Et querimus que
nam eſſent hec multa que Ieſus haberet ſuis diſcipulis dicere: &
illi haudquaq̃ poſſent tũc ferre: & dixerim equidẽ nun illđ Ieſus
apoſtolis: tanq̃ iudeis moſaice legi ſecundum litterã aſſuetis & ali
tis: quod diceret habuit: que nam ſcilicet uera lex eſſet: et quorum
cœleſtiũ uł demõſtratione uel umbra iudeoꝝ cultus ꝑficeret᷑: aut
quoꝝ nã futuroꝝ bonoꝝ umbrã lex ipſa cõplecteret᷑: q̃ de eſcis
& potu: ſollẽnitatibuſq;: kalẽdis inſup & ſabbatis ipſis caueret: &
fuiſſent hec ſane q̃multa q̃ haberet hic dicere. Sed cũ ꝑſpiceret gra
ue admodũ eſſe ex mortaliũ animis dogmata quedã et opiniones
eruere: q̃ ꝓpemodũ & his eſſent ingenita & uſq; ad uirilẽ coaluiſ
ſent ſimł ætatẽ: ita ut ꝑſuaſũ iã habeãt diuina hec eſſe: & ab iis ipis
diſcedere impiũ fore. & eadẽ hec ex excellẽti illa ſecundũ xp̃m: hoc
eſt ueritatis cognitõne arguere nullius eſſe momẽti: ſed dãnoſa &
inutilia: idip̃mq; auditoribus ꝑſuaderi: ĩ aliud quidẽ & cõmodius
tp̃s ſeruauit. hoc ẽ ubi & paſſus eſſet & reſurrexit. Fuiſſet enĩ haud
dubie nec oportune preſtitũ his auxiliũ: q nondũ id aio caperẽt:
cũ forte uel p̃ſumptã eoꝝ eſſet id euerſurũ de Ieſu opinionẽ: quã
iam aio cõcepiſſẽt. & xp̃m hũc eſſe dei uiuẽtis filiũ crederẽt. Aduer
te preterea uti nõ negligẽdus ſit ſenſus: cũ audimus: uobis multa
habeo dicere: ſed nõ poteſtis modo ea portare. Sunt nãq; ꝓculdu
bio pleraq;: ſpiritualiter de lege expoſita: q̃ minus poterãt tũc ferr̃
diſcipuli: qui & nati inter iudeos fuiſſent & educati. Sed arbitror
equidẽ quia figurã lex p̃ferebat: & uera eſſent & certiora q̃ erat ſan
ctior ille ſpiritus edocturus illud Ieſum dixiſſe: Cum uenerit ille
ſpiritus ueritatis deducet uos in omnẽ ueritatẽ: ſubindeac diceret
rerum ipſaꝝ aperiet ueritatẽ quarum figuras ipſi ut attigeritis ue
ro cultu uos colere deum exiſtimabitis. Et ſane pro Ieſu promiſſi
one in Petrum deuenit ueritatis hic ſpiritus: qui illum huiuſmõi
de quadrupedibus reptilibuſq; & uolatilibus cœli affatus eſt. Sur
ge Petre: & occide & comede: & ſecũdo ad eum in ſuperſtione ſua

pſeuerantē uox illa cœlitus edita.ad quā ille.Nequaq̄ dn̄e:qa nūq̄ comedi omne cōe & īmundū:Et cū ſpūs idē dixiſſet q̄ deus purifi cauit:tu cōmune ne dixeris:ꝑfecto ad eſcarū doctrinā: q̄ & uerio res eſſent & ſpiritales:īſtituit: ita ut poſt eā deīceps uiſionē:uerita tis ſpiritus ille q Petrū in omnē deduceret ueritatē q̈multa illū cō monefecerit:uel adhuc ī carne agentē:dū interea & Ieſus ſecū diuer ſaret̄:q̄ ferre ip̄e non poterat. Sed de his aliud erit diſerēdi tp̄s:ut explicemus :que Moyſi lege recondita ſunt. Nunc uero propoſi tum eſt coarguere Celſi inſcitiam:apud quem iudeus ſuis ſic ciui bus dicat & Iſraelitis in Ieſum credentibus: quo malo perciti: & patriam legem relinquitis? & que poſtmodum ſubſequentur: quo enī pacto a patria hi lege deſciuerint: q audiētibus & legi mi nus obtēperātibus huiuſmōi exꝓbrarēt.dicite mihi qui legē legi tis cur legi nō obſequimini?ſcriptū ē enī:Habraā duos hūit filios q̄ ſūt p allegoriā dicta.ueꝝ quo modo patrias hi deſtituerīt leges q in eoꝝ dictis pr̄ia illa & auita cōmemorādo: aſſidue uſurparēt? uel forte lex ip̄a nullā facit de hmōi mētionē: nimiꝝ et ī Moyſi le ge cōſcriptū ē:bouē triturātē nō frenabis:nū de bobus cura ē deo? an nr̄i cauſa hec oīa dicit:unde & q̄ deinceps ſequūt̄ cōfuſius certe apud Celſū iudeus eloquit̄:cū poſſet id dicere:quo magis pſuade ret:Ex uobis enī nōnulli ſub allegorie et explanatōis p̄textu pr̄ios ritus deſeruerūt:qdā uero:ut pollicēt̄:et ſi hec ſpiritaliter explicāt nihilominus et pr̄nas obſueruāt traditōnes: pleriq; etiam uel nil explanando & Ieſum uolunt ut a ꝓphetis denuntiatū: uel Moyſi legē ꝓ patrio more ſeruaſſe:pinde in lr̄a dumtaxat & dictionibus omnē habeāt hi ſpiritus ſenſum:ueꝝ unde id Celſo:cū uellet q̄ ſin gulis locis occurrerēt:apire:ut impiiſſimas hereſes ſubſequēter cō momoraret: et a Ieſu pænitus alienas: et alios quoſdā qui reꝝ cō ditorem reliquerint.nun Iſraelitas hic ignorauit: &ſi in Ieſum cre dentes?nil tamen iccirco a patriis ritibus excidiſſe: uerumtamen haudquaq̄ erat Celſo propoſitū:ſtudio ueritatis que locus quiſq; exigeret inueſtigādo:conqrere.ut ea admitteret q̄ rectiora forſitan comperiſſet. Sed pro humani ingenii more: ut aduerſando & ad

id ſolum intentus: ſtatim que audierit confutet: iſta conſcripſit. ꝓ inde apud Celſum iudeus ex iudaica plebe iudeos hunc in modū alloquitur. nuꝑ uero uel pridie cum illum cruciabamus uos ſedu centem: a lege patria deſciuiſtis: cum nil plane intelligat: ut ſupra oſtendimus de quibus hec diceret. Poſt hec autem inquit: mirum ſane nobis & graue illud uidetᷣ: cum uobis initia e nr̄is ſacris deſu mitis: progredientes uero & aucti illa uituperatis: preſertim cū nō aliunde liceat uobis niſi noſtra ex lege: ueſtri dogmatis ꝓferre ꝑn cipia. Fateor equidē chriſtianos cū ex ſacris & moſaicis litteris: tū prophetaꝝ ex ſcriptis ſumpſiſſe initium: quod utiqꝫ ubi deſump tum eſt: ex huiuſmodi ſcriptoꝝ narratione & aptiori reꝝ cognitō ne plurimū his contuliſſe perſpicuū eſt: qui ex reuelatione myſte rium quererēt: ab eternis ſeculis in ꝓpheticis uocibus occultatū: & dn̄i noſtri Ieſu xp̄i aduentu deniqꝫ reuelatum. non ut uos affir matis: in progreſſu uituperāt: que ſunt in lege conſcripta. quinpo tius honoris plurimum huic adiecere: cum plane oſtendunt quā habeant legis hec ſcripta in eius archanis & ſapiēter dictis: ꝓfun ditatem. que tamē iudeis minus ſunt cognita: ſed ſuperficie tenus: & in fabulæ morem illa perlegunt: cur enim fuerit abſurdum: ſi noſtre religionis principium: hoc eſt euangelii: lex ipſa ſit? Siqui dem Ieſus ipſe dominus noſter ad eos ſic inquiat: qui ſibi minus confiderent. Si Moyſi creditis & mihi credite: de me enim ille ſcripſit. Si autem illius ſcriptis non creditis. quomodo & me is uerbis creditis. Nec ſecus & Marcus ex euangeliſtaꝝ numero unus ſic inqt: Initiū euāgelii dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i ut ſcriptū eſt: i Iſaia ꝓpheta. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā: qui preparabit uiam tuā ante te. Quid igitᷣ contra nos Celſi iudeus cū id inqt in tulerit? ſi enī qs uobis ꝑdixit filiū dei eſſe uenturū: is hauddubie noſter eēt ꝓpheta: & nr̄i dei uľ uates: ueꝝ cur dari xp̄ianæ r̄ligioni id crimini poterit: ſi Iohannes fuerit qui dn̄m baptizauit: iudeus: nō enī ex eo ꝙ ex iudea ſit hic oriūdus: colligitᷣ neceſſe fore ut fi delis qſqꝫ ſiue ex gētibus ad xp̄i doctrinā acceſſerit: ſiue ex iudeis: Moyſi legē obſeruet. deinde & ſi eadem ſepius repetat Celſus: que

de Iohanne iam dixerat: ꝙ ſcelerum pænas apud iudeos hic tulerit: nos tamen huic iterato reſpondendum eſſe nil duximus: quippe qui ſuperiore ſumus reſponſione contenti. Sed cũ pro leuibus quibuſdam & ſuperuacaneis ducat Celſi iudeus: que de mortuoꝝ reſurrectione: & dei iudicio: premiiſq; iuſtoꝝ: & impiorum incendio conſcribunt̃: nil noui affirmans in his inſtructum iri chriſtianæ fidei ſectatores: putat ſane ſe poſſe iam Celſus chriſtianam religionem euertere. Sed illud dicendum: Ieſum hunc noſtrum cum iudeos uideret pro prophetaꝝ doctrina nil facere: in parabolis quidem edocuiſſe regnum dei ab his iri aliquãdo ſublatũ: & gẽtibus ut traderet̃: futurum. & licet quidem facile peruideri preſentiũ iudeorum dicta: facta ue omnia poſſe ꝓ fabulis duci. Non enim eã ſunt hi lucem adepti: qua ſacras lr̃as noſcant. Chriſtianoꝝ uero rebus eam uim ueritatis ineſſe: que & attollere poſſit & immutare hoĩs animũ: & perſuadere non eã cuiq̃ eſſe conuerſatiõnẽ adipiſcẽdam: quam inferiores iudei aliquo terraꝝ orbis ſunt nacti: ſed diuinam illam atq; celæſtem. quod ſane quiſpiam ex his poterit conſpicari qui rerum earũ ſenſuum magnitudinẽ contemplet̃: que in ꝓphetis continent̃ & lege: & ceteris item: q hec ipſa quiuerint patefacere. ſed eſto. & Ieſum omnia ꝓ iudeoꝝ ritu & conſuetudine factitaſſe: & ſi lubet: uel ſacrificia iuxta hos obtuliſſe: quid tamẽ hoc ad illud cõtulerit: quod negant huic oportere: tanq̃ dei filio ut fides preſtet̃: eſt igit̃ Ieſus: dei hauddubie filius: qui & legẽ tulerit & ꝓphetas hos dederit: quam legem haudquaq̃ ipſi qui ex eccleſia ſumus: excedimus. Iudeorum tamen fabulas auerſamur & fugimus. Myſtica uero: cum legis: tum ꝓphetarum: contemplãdo adepti: & continentiores efficimur & erudimur. ꝓphete nãq;: ut qui dictoꝝ ſuorũ ſenſa in aptiori hiſtoria haudquaq̃ prefiniũt: nec q̃ in lege ſcribunt̃: uti ꝓnuntiant̃ & terminãt: nõnunq̃ hiſtoriã explicaturi id inqunt. Aperiã in parabolis os meũ: loquar ꝓpoſitiones ab initio: & alibi itẽ ut ſuboſcurã inteligãt legẽ: in q̃ ꝑcipiẽda & dei ope indigeant: ꝑcibus iſta depoſcunt. reuela oculos meos ut intelligã mirabilia tua: hoc eſt tua ex lege: illa ꝑcipiam. Oſtendãt

p̄terea uelim: ubi nam aliquid in Ieſu dictis inueniat': qđ uel paululum inſolentiæ p̄ferat': nam quo pacto inſolens & ſup̄bus uidebit' qui huiuſmodi dicat': Diſcite a me q̄a mitis ſum & humilis corde: & inuenietiſ requiē aĩabus ueſtris. uel quo modo ſup̄biæ is arguet': qui ubi cenatū eſt: ueſte depoſita: & linteo circūcinctus: effuſa in peluim aqua: ſinguloꝝ diſcipuloꝝ ablueret pedes: & hos ꝓferre nolentē arguerit. dixeritq; niſi hos lauero: mecū partē non es habiturus: uel cur dici elatus animo poteſt: qui illud ꝓtulerit': Et ego factus ſum inter uos nō ut recūbens: ſed ut miniſter. Oſtēdat inq̄ uel quiſpiā in quem nā ſit ille mentitus: ꝓferat inſup ſiue paruis ſiue magnis in rebus mēdacia: ut Ieſū arguat uanitatis. pōt & aliter iſte coargui falſo dixiſſe Ieſum fuiſſe magnū in modū mētitum: nā ut haudquaq̄ mēdaciū fuerit alio quodam mēdacio maius: ita nec mētiri maiorē in modū quis poterit: ſicuti nec uero dici quid uerius poteſt: nec ſumme ueꝝ. ꝓducat preterea aliquis: & precipue Celſi iudeus: quid nā irreligioſe cōmiſerit Ieſus': nun enī irreligioſum hic dixerit a corporali circumciſione ſecedere: ſabbatiſq; ipſis & diebus ſollēnibus: & calēdis: mūdiq; & immūdi diſcretione ſeiūgi': que oīa corp̄alia ſunt: animū uero ad dei legē tranſferre: ut digniorem & ſpiritalem & ueram & cum eo qui pro chriſto legationis munere fungeret': ſcire ſe iudeis iudeū efficere: ut iudeis cōducat: & his qui ſub lege eſſent: ut legi ſe obnoxiū reddere: ut & iſtos adipiſcat': Quinetiam & alios pleroſq; uiſos eſſe Celſus affirmat: q̄ circūueniri ſe patiant': q̄lis hic Ieſus erat: ueꝝ haudq̄q̄ iure pleroſq; hic dixerit: nec paucos quidē: ſed unū aliquē ꝓferat Celſi uelim iudeus: qui ſe talē p̄ſtiterit: q̄lem ſe Ieſuſ: qui doctrinā & dogmata (ut ommittā q̄ illi ineſſet uirtutē) hominū generi ad uitæ cōmoditatē induxerit: & ex abūdanti nequitia mortales auerterit. ſubdit p̄terea: iudeis: ab his crimini dari qui in xp̄m credidederint: q̄ Ieſu non ut deo fidem preſtiterint: qua de re ſupra reſpondendo ſatis iam diximus: cum demonſtratum eſt: hunc quidem nos & deum noſſe: & ſecundum aliquid hominem dicere. Verum quo pacto hec inquit iudeus': nos enim qui mortalibus

uniuerſis ſignificamus: uenturum a deo qui iniuſtos ſit ſuppliciis affecturus: uenienté hunc iniuria ipſi affecimus. Ad hec aũt reſpõdere: cũ inſulſa admodũ ſint: non æquũ nobis uidet᷑: nec ſecus res ea ſe habet: ac alius quiſpiam dictum id uſurparet. Quo eni̅ pacto & nos qui ad cõtinẽtiam multos i̅ſtruximus: impudice nũc aliqd & petulantius ageremus? ul᷑ qui iuſticiã predicando extuliſſemus mox & iniuriã i̅tulerimus improbãdo? ut eni̅ hec uſurpari ab hominibus poſſe reperiunt᷑: ſic & q ꝓphetis ſe fidẽ preſtare affirmãt: aduenturũ quãdoq; xp̄m denuntiantibus: ſi iuxra ꝓphetarum uaticinia uenieẽti minus crediderit: hũanũ eſſet. q̄ ſi alia fuerit i̅credulitatis huiuſce cauſa adiicieẽda: dixerim eq̄dẽ uel id p̄dixiſſe ꝓphetaꝝ nõ neminẽ. auditu audietis & nõ intelligetis: & uidentes uidebitis & neſcietis. Incraſſutum ẽ enim cor populi huius. Sed dicãt uelim: q̄d nam iudeis audieẽtibus uel quid uidentibus ſit p̄dictũ: ita ut nec intellexerint que dicerent᷑ nec eſſent que uiderentur aliquando uiſuri. Atqui nimirum uidẽtes hi Ieſum nil prorſus quis eſſet intelligebant: & ubi hunc audiſſent: eius ex dictis nil animo concipiebant que illi ineſſet: diuinitatem: que dei curam de iudeis iam habitam ad eos trãſſerret qui in ſe ex gentibus crederent. licet igitur illud ſpectare poſt Ieſu aduentnm deſtitutos prorſus fuiſſe iudeos: & eoꝝ nihil his reliquum eſſe: que habuiſſe olim exiſtimabant᷑: & ſi magna quedam & excellentia. Quinpotius nec inditiũ aliquod relictum his eſſe: quo diuini quidpiam apud ſe reſtitiſſe ſignificet᷑. nõ enim apud hos ul᷑ ꝓphete ſunt aliqui: uel ꝓdigioꝝ ulla ueſtigia reperiunt᷑: qualia apud xp̄ianos q̄mlta: & maiora lõge: q̄ apd̄ eos extiterit: & q̄ ip̄i: ſi fides nobis preſtãda ẽ: uidimus. infert p̄terea illud Celſi iudeus: cur eni̅ iniuria illũ affeciſſemus: q fuiſſet a nr̄is iampridẽ denũtiatus? nũ ut grauioribus q̄ ceteri ſuppliciis afficeremur? uel ad id quidẽ ſic reſpondendum: Iccirco lõge plurimũ iudeos: q̄ ceteroſ homineſ ꝓ uero illo dei iudicio: pænaꝝ daturos: uel dediſſe iampridem aſſeuerauerim: qa in Ieſum minus crediderint: & in eũ cõtumelioſi aliaſ fuerint. quod enim hominũ genus preter iudeos ob auitã religionẽ propriis depellit᷑ ſedibus?

quod uticꝫ ſunt:ut degeneres & uiliores:ppeſſi:nec adeo ſuorum gratia commiſſoꝝ:q̃ eoꝝ que contra ieſum petulãter ſunt & teme re auſi.inquit deinde iudeus: cur enim ꝓ deo eramus hunc habi turi:qui:ut cetera ommittã:nihil eoꝝ uti accepimus: que pollice retur re confirmaret? & ubi nos hunc criminis arguendo damnã doqꝫ duximus cruciandũ:latitans ipſe & fugitãs:turpiter eſt inter ceptus?& ab his quos diſcipulos diceret:ꝓditus?addit etiã:ſi enĩ is deus fuiſſet:nec fugã capeſſeret:nec uinclis cõſtrictus potuiſſet abduci.nec decuit eum per domeſticos quoſdã & familiares: q & preceptor eſſet ſaluatorqꝫ & angelus haberet:& ſũmi dei iã filius: deſtitui ſtatim & ꝓdi.Ad hec ſumus huiuſmodi reſponſuri: nec ipſi quidẽ Ieſu corpus uiſibile illud atqꝫ ſenſibile deũ eſſe exiſtima mus:at quid dixerim corpus: ſed nec animã ipſam: de qua dictũ eſſe id conſtat:Triſtis eſt anima mea uſqꝫ ad mortẽ. at deus eſſe is credit:q iuxta iudeos id inqat.Ego ſum deus omnis carnis:& an te me non eſt factus alius deus:& poſt me non erit:uel is quidẽ ꝓ deo habẽdus eſt q ꝓphete aĩa ſiml & corpor utat:ut organo. iux ta gentiles uero ꝓ deo habet:qui iſta enuntiet:harenaꝝ equidem & numerũ noui:& maris ſpacia:ſurdum intelligo:& mutũ audio: nec ſecus iuxta hos & deus ille putat:qui p Pythiã uatẽ & loquit & audit.Et iuxta nos deus uerbum: deiqꝫ uniuerſorum & filius: in Ieſu hec ꝓferebat. Ego ſum uia ueritas & uita:ego ſum porta: & ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi: & huiuſmodi alia. In eo igitur iudeos nos acriter incuſamus:quia illum deũ eſſe nõ crediderũt:quem eoꝝ ꝓphete multis in locis teſtificati ſunt:ma gnam eſſe uirtutẽ & deum & omniũ deũ & patrem.Dicimus nãqꝫ in mũdi quã Moyſes ſcripſit creatione:iubẽdo prẽm dixiſſe: Fiat lux & firmamẽtũ & cetera q̃ deus ut fieret mãdauit: et ad filiũ uer ba hec habuiſſe:Faciamus hoĩem ad imaginem et ſimilitudinẽ no ſtram:& q̃cunqꝫ ſunt per patrẽ iniuncta fuiſſe uerbum hoc & filiũ executũ.Et iſta certe cum dicimus: nõ ipſi affiximus ſed iudeorũ uaticiniis:ut queqꝫ ferunt: fidem preſtamus:in quibus de deo cõ fectis operibus ita edicit.Ipſe dixit & facta ſunt:Ipſe mandauit &

creata ſunt. Si enim deus mandauit & opera iſta ſunt condita: qs alius poſſet offerri qui tanta dei mandata pro uoluntate propheti ci ſpiritus exequi potuiſſet: preter eum: qui animatum: ut ita dixe rim: uerbum eſſet & ueritas? eum autem qui in Ieſu id loqueret: Ego ſum uia & ueritas: nec euangelia ipſa circumſcriptum aliquē factum intellexiſſe: nec extra Ieſu corpus fuiſſe & animam: & ſi plu ribus liqueat: paucis tamen id confirmabimus: hunc ſe in modū habentibus. Iohannes baptiſta illud uaticinatus dei filium nō ſim plici corpore & anima hac proditurum: ſed ita ut uniuerſa pertin gat: de illo ſic inquit: Medius ueſtrum ſtetit quē uos neſcitis: ipſe eſt poſt me uenturus: ſi itaq; is intellexit ibi dei filium eſſe ubi & Ieſus ſtaret uiſibile corpus: cur medius ueſtrū ſtetit quē uos neſci tis ediceret? & Ieſus ipſe cū eoꝝ mētem quos iſtruebat erigeret: ut maiora quedam de filio dei ſentirēt: ſic inquit. ubi enim duo aut tres fuerint in noīe meo congregati: ibi in medio eorum ſum: nec abſimilis quidē eius eſt ad diſcipulos ſuos cū dicit: ꝓmiſſio: Ecce ego uobiſcum ſum: omnibus diebus uſq; ad conſūmationē ſecli. Hec aūt dicimus nil dei filiū a Ieſu dn̄o ſeparantes: quippe cū Ieſu corpus & aīa poſt diſpenſationē in unū cū dei uerbo coierit: nam ſi ut Paulus docet: q dn̄o adheſerit unus fit ſpūs: & quiuis intelli gat: qd dn̄o ſit adherere: ita ut qui ei ſe applicuerit unus ſit cū dn̄o ſpūs: quo pacto nō diuinius fuerit & lōge p̄ſtātius: ut unū ſit illđ qđ a ſecl'o fuit: cū dei uerbo unitū? ieſū nāq; iudeis: dei eē uirtutē: ex his plane innotuit: q̄ apđ eos mirāda is geſſit: tā & ſi Celſus hec ſuſpicet magicis p̄ſtigiis geſta: et olim iudei neſcio unde Belſebul ꝑceptis opibus: in Belſebul demonioꝝ hoc p̄ncipe: eiicere ieſum demonia affirmaſſent: quos noſter ſaluator: ut abſurdiora quedā locutos coarguit: nondū finem habere neqtiæ regnum affirmās. quod utiq; his liquido patet: qui prudenter euangelica ſcripta ꝑle gerint: de quibus ut plura nūc differam haudquaq̄ p̄ſentis ē tpis. Verū qd unq̄ Ieſus promiſerat: quod minus perageret? producat id Celſus & patefaciat: ſed nequaq̄ id quiuerit: quandoquidem putet: ſiue ex falſis auditionibus: ſiue ex euangelica lectione: ſiue

ex iudeorum narratiunculis aduerſus Ieſum:& nos iſta inferre.ſed cum rurſum illđ affirmet iudeus:dicatq;:poſtq̃ autem criminis il lum conuicimus: damnatum duximus cruciandum: oſtendant quo pacto illum conuicerint: qui falſa eſſent in hunc teſtimonia machinati: niſi forte id dixerint permagnum id eſſe cõtra Ieſum deprehenſi facinoris argumentum:quod accuſatores obiecerant. & huiuſmodi eſt.hic enim dixit:poſſum templum hoc dei deſtru ere & triduo illud reædificare:cum ille de ſui corporis templo lo queretur:& longe aliter illi exiſtimarent:ut qui audire & noſſe: ꝓ loquentis uoluntate neſcirent: de lapideo templo hec dici: quod in maiori haberent iudei honore:q̃ decuit: & illud:uero dei tem plo & uerbi:& ſapientiæ ac ueritatis preferrent. Dicat preterea ali quis: cur enim ignominioſe latitans ieſus hic fugitabat? Atqui uelim quid ſit ignominia dignum oſtendat. Sed cum affirmet & compreheſum fuiſſe: dixerim equidem cum inuiti homines com prehendantur:haudquaq̃ captum uideri poſſe ieſum:quippe qui tẽpore ſuo & oportuno in hominũ manus uenire:ut dei agnus: minus deſugerit:ut mundi tolleret ſcelera. Nam cum uideret in quit quecunq; ſuper ſe eſſent uentura proceſſit:& dixit. Quẽ que ritis? illis autem reſpondentibus:ieſum nazarenum: ego ſum di xit. Stabat autem & iudas cum eis qui tradebat eum:ut autem di xit quia ego ſum:abierunt retro: & ceciderunt in terrã. Deinceps iterum ipſe eos interrogauit: quem queritis? hi autẽ iterato dixe runt ieſum nazarenũ. Reſpondit eis tũc ieſus:dixi uobis qa ego ſum:ſi igitur me queritis:ſinite hos abire. Quinetiam & ferre ſibi opem uolenti:& ſacerdotum ꝓncipis ſeruum percutienti: precidẽ tiq; aurem:dixit:conuerte gladium in locum ſuum: omnes enim qui acceperint gladium:gladio peribunt:an tibi uidetur:quia nõ poſſum rogare patrem meum: & dabit mihi hic pluſquã duode cim legiones angelorum: quo igit᷑ modo adimplebuntur ſcrip ture? quia ſic oportuit fieri. Quod ſi forte aliquis putet eorum hec eſſe ſigmenta: qui euangelia conſcripſere: cur non potius & conficta hec fuerint:que ex odio & liuore: cũ Ieſu ipſi:chriſtianis

obiiciunť:uera autē: que illi enuntiauerint qui ꝑ ſuapte in Ieſum
uľ eximia caritate:eiuſq; hortatu atq; doctrina: nullū recuſauerint
ſubire diſcrimen: qui fieri itaq; potuit:ut Ieſu diſcipuli: qui id tol
lerantiæ & cōſtantis aduſq; mortē & ptinaciſſime firmitatis: mira
quadam animi ꝓmptitudine præ ſe tuliſſent:infecta quedā de pre
ceptore cōfinxerint:ʼ& his quidē qui recte ſapiunt: pſpicuum eſt:
fuiſſe diſcipulos de his que īris demandarent certiores effecti: qn̄
iccirco tammulta ac tanta ſint illi ppeſſi:quia Ieſum dei filiū crede
rent.Ait preterea Ieſum ab his ꝓditum eſſe:quos ipſe diſcipulos
nuncuparet:pinde ex euangeliis illud didicerit Celſi iudeus: qui
ob Iudam unum & ꝓditorem multos iccirco diſcipulos dixit: ut
incuſatum facinus augeret.Non enim adhuc que de Iuda ſcribun
tur omnia hic circumſpexit:quemadmodū de preceptore proden
do uaria quedam & altercātia animo agitaret iudicia.utq; nec ꝓr
ſus & mente nil dubia illi ſit aduerſatus:nec integro animo in ma
giſtrum diſcipuli ſeruarit pudorē.Qui enim inquit hūc tradidit:
id dederat uenienti:ad comphendendū Ieſum multitudini ſignū:
quemcunq; oſculatus fuero:ipſe eſt: tenete eū.Fit itaq; ut hunc ſit
ille in partem reueritus:nam alias nihil in eum pudoris ſeruaſſet:
ſi palam & audacius:non diſſimulanter & p oſculū hunc ꝓdidiſ
ſet:nun igiť non omnibus id factū perſuadebit: quid nā eſſet ani
mi Iude:ʼut ſcilicet cum auaricia ſimul:& praua preceptorē traden
di cū uoluntate:haberet etiā ex Ieſu doctrina immixtū aliqd qđ
eius animo reſediſſet:ita ut bonitatē quandam pretenderet.Scrip
tum eſt enim: Videns autem Iudas qui tradidit eū ꝙ damnatus
eſſet:penitentia ductus retulit triginta argēteos principibus ſacer
dotum:& ſenioribus dicens:peccaui tradens ſanguinē iuſtum:hi
autem dixerūt:quid ad nos:tu uideris: & ꝓiectis argēteis in tem
plo receſſit:& abiens laqueo ſe ſuſpendit.ꝙ ſi Iudas ut argēti pcu
pidus & pecuniaꝝ ſubtractor:que pauperum ratōne in loculis cō
debanť: penitēs ſacerdotū principibus ipſis & ſcribis: argenteos
triginta reſtituit: liquet ſane Ieſu olim doctrinā ingerere potuiſſe
aliqd huic penitudinis:cū ea non prorſus a ꝓditore reſpuereť uel

paruifieret:at illud peccaui tradens ſanguinē iuſtū:confitentis erat ꝙ deliquiſſet. Aduerte autem q̄ uehemens illi & ardentiſſima ob orta ſit pænitenti triſticia:ut nec uiuere quidem poſt cōmiſſum facinus tollerarit: ſed abſceſſerit ſtatim: ꝓiectis in templo argen teis:& gulam abiens laqueo fregerit. is nempe in ſe ſententiam tu lit: hauddubie preferens: quantum in ſe ualuerit: ut facinoroſo & proditore: Ieſu doctrina: cū aſpernari haudquaq̄ omnino poſſet q̄ a Ieſu dn̄o didiciſſet. an forte: uel ea que plane demonſtrant non prorſus uel poſt auſum in preceptorē ſcelus: a dn̄o hūc deſciuiſſe: figmenta quedam & fabulas dixerint qui Celſum ſectant᷑ ? & ueꝝ id eſſe & certius: e diſcipulis aliquem unum hunc ꝓdidiſſe? uel il lud ſi lubet & noſtris ſcriptis adiecerint: ꝙ uel totis animi uiribus hunc ipſum Iudas prodiderit. quod utiꝗ uel hiſce ex ſcriptis per ſuaderi non poteſt ut credulitas æque ac diffidentia hoſtem omni no quempiam reddat. ꝙ ſi de Iuda uel mitius aliquod dictū pro ferri fuerit neceſſe. pſalmo illo centeſimo & octauo dixerimus de Iuda uaticiniū contineri: cuius tale pricipiū ē. Deus laudē meā ne tacueris. ĩ quo pſalmo illđ predicit᷑: Iudā a numero ſe ſubtraxiſſe apoſtoloꝝ: ubi iam deliquiſſet: & alium eius in locum fuiſſe ſuffe ctum: quod ſane expreſſit cū inquit: & epiſcopatum eius accipiet alter. Sed eſto: ab alio quodam diſcipulo hic proditus ſit: qui lon ge fuerit Iuda ipſo deterior: ut qui perceptam a Ieſu omnem pæ nitus eiecerit diſciplinam: & huius prorſus ſit expers effectus: qd illud ad Ieſu & chriſtianæ religionis criminationem contulerit? uel quo pacto id chriſti doctrinam ut falſam coarguet? ſed ad ea iam reſpondebimus que ſubſequunt᷑: tam&ſi ſuperius ſatis oſten dimus: non fugitantem fuiſſe Ieſum comprehenſum: ſed ultro ſe: & noſtri ob gratiam offerrentem. cui rei & illud eſt conſentaneū: &ſi uinctus eſt ſponte tamen uincula ſubiiſſe: ut nos docendo cō monefaceret: pro fide: ac pietate: non inuitos debere mala iſta ſuſci pere. Sed puerilia inquit iſta uident᷑. Nam & optimus imperator qui multorum milium ductet exercitum nunq̄ proditus eſt: nec Archipyrata improbus aliquis: & perditiſſimoꝝ prefectus: q ſuis

eſſe uſui uideret᷑:hic uero a ſubditis proditus: nec more boni im
peratoris prefuerat:& ubi diſcipulos circumuentos decepit:haud
ſaltem ut archipyrata:ut ita dixerim:aliquis quos circumuenerat
ſibi cōciliauit.At poterit qs o Celſe hiſtorias proferre q̃multas: q̃
& imperatores tradant fuiſſe a domeſticis interceptos & ꝓditos:
& Archipyratas:quia cōuenta & pacta minus ſeruaſſent: a ſuis cō
prehenſos.Sed concedamus nec proditum unq̃ fuiſſe imperatorē:
nec Archipyratam aliquem interceptum: uerum quid nam ad ea
id fecerit que contra Ieſum intuleras? ꝙ eum e diſcipulis aliquis
unus ꝓdiderit? Sed cum philoſophiam & profiteat᷑ Celſus & ia
ctet: ab eo queremus:nun in Platonis calumniam illud conceſſe
rit:ꝙ Ariſtotiles poſt annum uigeſimum quo hunc audierat: li
brum deſcedens: quem de immortalitate animæ ille conſcripſe
rat:improbarit. Et Platonis ideas ꝓ nugis duxerit? Quinetiā ue
lut dubius & heſitans illud rogauerī:nun nō & dialectica ualebat
plurimum Plato? uel haud ſatis hic poterit que poſt Ariſtotelis
ab ſe diceſſum excogitarat:probare & confirmare? nun & iccirco
falſe erūt Platonis ſentētie?nū inq̃ ubi uera ſenſiſſe Plato cōperie
tur:quemadmodum aſſerturi ſunt qui eius philoſophiam ſectan
tur:improbitatis & in preceptorem ingratitudinis ariſtotiles ar
guetur?quin & Chryſippus ille in ſuis ſcriptis perſepe cleanthum
carpit:quia ꝑter eius ſentētiam: noua quedam adinueniſſet: quo
uſus & preceptore ſit adhuc iunior:cum & philoſophiæ haberet
nonnulla primordia:tam&ſi Ariſtotiles iam annos uiginti ferat᷑:
Platonem audiſſe docentem:Chryſippus uero non breui tempo
re apud Cleanthum permanſerit.At Iudas neq̨ ad tertium annū
cum Ieſu uerſatus eſt.Enimuero in libris qui de philoſophoꝝ ui
ta conſcripti ſunt:iſtiuſmodi quiſpiam compererit multa: qualia
Celſus ob Iudam:Ieſu ipſi: ut criminoſa obiecit.Pythagorei nāq̨
cenotafia:hoc eſt noua ſepulchra his extruebant:quos ubi ad phi
loſophandum induxerāt:ad priſtinam & priuatam uitam rediiſſe
conſtabat. Nec tamen propterea Pythagoras ille oratione erat
& argumentis infirmior:neq̨ ab eo qui poſtmodum profluxere:

his minus ualebant:dicit deinceps Celſi iudeus: cum enim q̃mul ta habeam & certiora que poſſem de Ieſu narrare: & que in eum ſunt gaſta: & ſcripta longe aliter ſint: ac eius diſcipuli conſcripſe runt: uolens tamen illa pretereo. Verum que nam illa ſunt uera? nec qualia in euangeliis ſunt litteris prodita: que iudeus hic pre terit? nun oratoria arte hic uſus: ſimulat ſe habere quod dicat: cum nihil habeat aliunde quod afferat: niſi ex euangelio: ut & auditorem:ut uera narrans percellat: & Ieſum apertius carpat: & euis doctrinã calumniet?:Illud aũt & diſcipulis crimini dat:perin de commenti ſint. preuidiſſe ſe Ieſum:& predixiſſe que ſibi conti gerant. Et id quidem & uerum eſſe & certius: uel nolente Celſo monſtrabimus:& ex aliis multis: que prophetice ſunt per Ieſum denuntiata: in quibus predixit:qualia eſſent cum chriſtianis:tum poſteris nationibus euentura: quis enim illud non obſtupeſcat per ſe longe ante predictum?ante reges & preſides ducemini pro pter me in teſtimonium illis & gentibus: uel ſiquid aliud eſt de ſuorum diſcipulorum futura perſecutione huiuſmodi prenuntiatũ? cuius enim uel dogmatis tutandi gratia: uel cuiuſuis ſectæ: que per homines ſit adinuenta: alii crucientur: ut ex Ieſu accuſatori bus aliquis: dicere id iure queat? cum enim uideret Ieſus impro batum iri decreta impia queuis & falſa: placuit ſua: perinde pre ſagiẽdo & predictionibus aſtruendo futura:extollere. Nam ſi do gmatum cauſa ad reges & principes deduci neceſſe foret: qui nam eſſent potius deducendi q̃ Epicuri qui prouidẽtiam ſuſtulere: uel Peripatetici: qui nihil affirmant preces prodeſſe uel ſacrificia:diis oblata.Sed dicet quiſpiam & Samaritas ob eorum in deum pieta tem & cultũ perſecutionibus exagitari.Ad quod ſumus iſtiuſmo di reſponſuri.Sicariorum gens illa ſi preter conſtitutas his leges ſummam obſceni partem precidat: quod uticꝫ iudeis dumtaxat permiſſum eſt: morte afficitur: ita ut ea in re nec iudicem audias habentem de ſontibus quæſtionem:ſi forte pro iudeorum ritu & cultu uiuere ſicarius pergat.Et abibit is quidem illeſus ſi animum immutarit: ubi uero in ſententia circumcidendi ſe pſtet: ad uiam

que ad mortem ducit impingitur. Sed ſatis ſit demõſtraſſe: exitio illis circumciſionem futuram qui hanc patiantur. Chriſtiani uero dumtaxat pro ſaluatoris his dictis ante reges eſtis ducendi & preſides mei ob gratiam: uel ad ultimum uſq; ſpiritum per nepharios principes permittuntur: ut chriſtianam abnegando religionem & pro communi conſuetudine diis ſacrificando: iuſq; iurandum per hos factitando: domi tuto ut uiuant. Verum aduerte quemadmodum non niſi multa cum poteſtate ſit illud pronuntiatum: Quicunq; confeſſus me fuerit coram hominibus: confitebor & ego eum coram patre meo: qui in cœlis eſt: Et quicunq; negauerit me coram hominibus: negabo & ego eum coram patre meo. Proinde conſcende mecum: & ratione & animo Ieſum dominum contemplare: iſta dicentem: & uide utrum ne effecta iam ſint que ille prophetando predixerit: ni forte ipſe diffidens: nugari Ieſum hunc dixeris & ineptias fundere: nec uera eſſe que narret. quod ſi dubius animi fueris utrum illius dictis aſſentiaris nec ne: aduerte utrum que dixerat peracta iam ſint: & eius doctrina ſit firmior reddita: ita ut reges & principes curæ id habeant: ut qui Ieſum fatentur e medio tollant: quod utiq; ubi aduerteris dices profecto: magnam a deo poteſtatem hunc accepiſſe: ut eius doctrinam in hominum genus diſſeminaret: quam ſane cum certior eſſet plurimum ualituram: hec portulit. Quis enim non admiratione afficiatur: qui ratione ad eum & cogitatu tranſcẽderit: q huiuſcemodi edoceret. Predicabitur autem euangelium hoc in uniuerſo mũdo: in teſtimonium ipſis & gentibus: & pro Ieſu predictionibus perſpexerit huius & euangelium ubiq; terrarum: tam græcis q̃ barbaris: ſapientibus item & inſipientibus predicatum: mortalium nãq; uniuerſam naturam uerbum peruicit: cum uirtute depromptum: nec humanum genus aliquod licet ſpectari: quod non huius ſuſceperit diſciplinam: Apud Celſum uero iudeus qui Ieſu rebus diffidit: & quod omnia ſibi obuentura prenoſceret: intelligat quemadmodum ſtãtibus adhuc Hieroſomimis: & ĩtegre cultus omnis iudaicus & rite in his ageretur: predixerit quecunq; erat futurum: ut

a Romanis ciuitati impenderent: non enim ulli affirmẽt: ſine ſcriptis euangelicam tradidiſſe doctrinam: qui Ieſu tunc eſſent cõiunctiores & hunc audirent: uel auditores ſine litterarum monumentis preteriiſſe: que Ieſu res geſtas complecterentur: in his quippe id ſcribitur. Cum uideritis Hieroſolimam exercitibus circumdari: tunc cognoſcetis quia adpropinquat deſolatio eius. Nec tamẽ cum hec ſcriberentur exercitus aderant qui Hieroſolimam obſiderent. Nerone ſiquidem imperante obſideri cepta hec eſt. Et ſub Veſpaſiani imperio Titus filius eã deleuit. Et ut Ioſophus ſcribit ob Iacobi iuſti necẽ fratris Ieſu: qui dicitur chriſtus deleta eſt. Cũ alioqn quod uerius eſt: propter Ieſum ſit chriſtum dei euerſa. Poterat autem Celſus uel admittendo uel concedendo preſciſſe Ieſũ: que ſibi eſſent in poſterum occurſura: uideri quidem & id paruifacere: quod utiq; fecerat cum & Ieſu uirtutes extenuaret: magicis illas preſtigiis editas olim affirmans. & ſane id dicere potuiſſet: Quemadmodum pleriq; uel uaticiniis uel auguriis: uel ſacrificandi peritia: uel geniturae ſupputatione: que ſibi uentura eſſent preuiderint: ſed noluit illud pinde maius aliqd Celſus concedere. ꝙ uero uirtutes & mira de ſe ederet Ieſus: utcunq; admittens: ſub magicae artis obtemptu: uiſus eſt carpere. Atqui flegon in decimotertio: uel quartodecimo: ut arbitror annalium libro: uel futurorũ quorundam prenotionem detulit chriſto: cum de Petro confuſius pleraq;: & de chriſto ediſſerit. & plane teſtificatur: pro huius predictionibus: & res occurriſſe. Cum alioquin ex his que ex preſcientia ſucceſſere: & id quidem inuitus: diuine eſſe potentiae definiuit: tanq̃ nil eſſe miranda conſtaret que olim patres ſanxiſſent. Addit preterea & Ieſu diſcipulos: cum in rebus perſpicuis commentari nil quirent: illud ut dicerent excogitaſſe: Ieſum omnia preuidiſſe: cum eorum uerioribus dictis nil innitatur: nec inniti quidem uoluerit: qui hec conſcripſerunt: & plane fatentur Ieſum diſcipulis huiuſmodi predixiſſe. Omnes quidem uos ſcandalizabimini in me in hac nocte: quod utiq; his obturbatis & formidine demum correptis: uerum eſſe: rei euentus probauit.

Petroq; item & illud denunciaſſe: priuſq̄ gallus cātet: ter me nega bis: ſic Petrum tertio Ieſum negaſſe. & diſcipulos perturbatione affectos eſſe & ſcandalo: quis enim uel ſi geſta hec ſint: chriſtia nam doctrinam argueret: quia ita res cōtigiſſet: Tam & ſi uti par erat per eos fuiſſent hec potius ſilentio ſupprimenda: qui homi nes uellent euangelium lectitantes inſtruere: ut mortem pro chri ſtiana religione aſſeueranda contemnerent. Nunc uero ſpectātes illi uirtute dei uerbum homines prouecturum: huiuſmodi con ſcripſerunt: que nullam in partem: neſcio quo pacto lectoribus ipſis officerent: nec abnegandi iuſticiam prebitura eſſent quādoq; occaſionem: Sed ſtulte admodum Celſus: diſcipulos dicit ut ea que de Ieſu traduntur repudiarent huiuſmodi conſcripſiſſe: ſiqs aliquem dixerit iuſtum: eundem & impium arguit: qui uero reli gioſum: homicidam pretendit: qui immortalem: mortalem demō ſtrat: Ex his omnibus preferens Ieſum hec predixiſſe: que nuſpi am protulit. Hinc enim repugnans & diſſimile huius eſt argumē tum: ſiquidem nihil fuerit his dictis abſurdius: ut qui eam men tem ſuſceperit: que eſſet hominibus profutura: & quemadmodū uiuēdum his eſſet decerneret: ſubueritus ſit: uti par erat: p̄ xp̄iana religione mortem ſubire: niſi uniuerſis conduceret: cum hominū gratia moreretur: ut alibi cum de morte hac ipſa ſermo per nos haberetur: oſtendimus. Exiſtimat deinde Celſus quodcunq; de paſſione fatemur obiectum: confirmaturum potius crimen q̄ ſol uere: non enim nouit quanta Paulus ea de re philoſophetur & diſ putet: & q̄ multa ſint a prophetis iam tradita. At latuit Celſum: hereticum quempiam illud dixiſſe: uidetur Ieſus perpeſſus hec eſſe: cum alioquin nil pateretur: non enim ſciens id hereticus dixit: nimirum qui neq; illud protulerit: quemadmodum im piis quidem ſit uiſus hominibus huiuſmodi pati: cum nil patere tur: ſed aperte hunc pati fatetur: nos tamen: quod per hereticum dicitur: uidetur illud: haudquaq̄ cum perpeſſus eſſe conſtruendo: coniungimus: ne & falſa huius reſurrectio arguatur: ſed uerior. ſiquidē qui in uero mortuus eſt: ſi reſurrexit: uere utiq; reſurrexit:

qui uero mori uidetur:in uero non reſurrexit. Atqui cum chriſti Ieſu reſurrectionem irrideant infideles: & Platonem in medium producturi nos ſumus tradentē: Erum Armeniū quempiam poſt duodecimum: ubi e uita exceſſit diem: ſurrexiſſe e rogo: & renunciaſſe que apud inferos agerētur. preterea hiſtoriæ proditum eſt: e ſepulchris iam multos:non ſolum qua die his conditi ſunt: ſed ſubſequenti & poſtera: ad ſuperos remeaſſe: quid igitur mirum qui preter omnium opinionem & ſupra humanam naturam fecerit pleraq;: & adeo clara:ut cum hec gererentur ex aduerſo facile cōſpicari quis poſſet. ſi circa eius finem & obitum:plus quippiam q̄ ceteri hominum habuiſſet? ut uolens ſcilicet anima corpus relinqueret:& ubi nōnulla extra corpus adminiſtraſſet: rurſum ad corpus hoc ipſum pro arbitrio redeat. Conſtat ſane apud Iohannem eſſe hec litteris tradita que dixerat Ieſus: Nemo tollet animam meam a me: ſed ego ponam eam:& poteſtatem habeo ponere eam:& iterum poteſtatem habeo ſumendi eam: & forte iccirco anticipando exceſſit a corpore ut illud ſeruaret: ne & ei cum latronibus qui ſecum eſſent affixi patibulo crura ſuffringerentur: nam primi inquit milites crura fregerunt:& alterius qui cum eo erat cruci ſuffixus. Cum autem ad Ieſum ueniſſent: uidiſſentq; ꝙ iam expiraſſet non frgerunt eius crura. Ad illud preterea eſt: quod Celſus ſic inquit iam reſpondendum. Vnde igitur id credi poteſt: ut mortuus aliquis ſit immortalis? Ediſcat qui uelit non eſſe mortuum aliquem immortalem: ſed qui a mortuis reſurrexit: non enim ſolum eſt qui moritur non immortalis:ſed ne Ieſus quidem compoſitus: priuſq̄ moreretur: erat utiq; immortalis: quippe qui moriturus eſſet: nemo ergo mortem iam obiturus eſt immortalis: ſed tunc ſane fit immortalis: cum ultra non eſt moriturus. Chriſtus autem reſurgens a mortuis iam non moritur: mors ei ultra non dominat̄. Tam&ſi nolint hec:qui minus capiunt:noſſe. uel illud quidem ſtolide dictum: quis enim uel deus: uel demon: uel homo prudentior: qui preſciret ſibi hec euentura:ſi liceat: non ſtatim declinet? ſed in ea ultro incidat que iam ꝓuidiſſet? & Socrates

quidem cum uenenum ebiberet:moriturum ſe preſciebat: & pote
terat quidem ſi Critoni is credidiſſet carcerem exeundo: eorum
nil pati:ſed:ut æquius illi eſt uiſum:potius duxit ut philoſophus
mori: q̃ non philoſophice impoſterum uiuere: & Leonidas Lace
dæmoniorum prefectus: ubi ſe uidit cum his ſimul qui ſecum eſ
ſent iam moriturum: non illud curauit: ut turpiter uiueret: ſed
ſociis hec ille prefatus eſt: Eya comites prandeamus ut paulopoſt
apud inferos cenaturi. Quibus itaq; curæ fuerit hiſtorias haſce
colligere:comperturi haud dubie ſunt iſtiuſmodi pleraq;. uerum
quid mirum ſi Ieſus: & ſi preſciret uentura: nil hec declinabat: ſed
in ea incideret que preuidiſſet: quandoquidem & Paulus huius
diſcipulus: ubi audiſſet qualia eſſent aſcendẽti ſibi Hieroſolimam
occurſura: ſimul & diſcrimina inuadebat intrepidus: hos incre
pans qui ſe deplorarent: prohiberentq; ne Hieroſolimam mox
ipſe iniret. Ne forte iudei qui ſe acerrimo odio inſectarentur: ubi
primum ſpectaſſent:ut iudaici dogmatis deſertorem comprehen
ſum necarent. Quod ſane poterat illi contingere: ut qui a patriis
traditionibus deſciuiſſe ſit uiſus:& priſtinos illos in perſequendis
chriſtianæ fidei ſectatoribus: ferociſſimos ſpiritus ommiſiſſe:
ubi exinſperato occurſantem ſibi dominum & obiurgantem ui
diſſet. Quinetiam e noſtris pleriq; cum minus id ignorarent ſi
chriſtianos ſe faterentur: mortem eſſe oppetituros: ſi uero nega
rent: ſe liberos fore: & nihil habituros negocii:& eorum ſubſtan
tiam prepturos: contempta tamen hac uita: mori pro fide uirili
ter maluerũt ut mox uitam aſſequerentur eternam:q̃ frui preſenti
bus hiſce et momentaneis bonis.q̃ merito ipſi cõtẽnerent adeo &
puifacerẽt: ut aliter lõge uiderent̃ ſentire:ac ceteri hoĩes:q uitã exi
ſtimant ſine his nullo pacto poſſe cõſtare:ut q eoꝝ beatitudinẽ in
eo ſtatuerit:ut ſi optõ det̃:terrena hec potius:qa & uiſunt̃ et attre
ctant̃: quoad ĩ hũanis egerint:malint: q̃ bona illa cæleſtia: q̃ nec
uideri nunc poſſunt:nec attrectari. Porro & illud:ut ſtulte dictũ:
adiecit Celſi iudeus:quo pacto inqẽs ſi uel eũ q ſe ꝓditurus eſſet
ꝑdixit: & q ſe eẽt abnegaturus: nõ tñ hũc illi ut deũ extimeſcebãt

& uerebant̃: ita ut iſte nõ ꝓderet: ille ut nõ abnegaret: Sed nequaq̃ uidit ſapientiſſimus Celſus q̃ iſta inter ſe inuicem aduerſentur: nam ſi ut deus iſta preuiderat: haudquaq̃ erat poſſibile euis ut pre ſcientia mentiretur: nec fieri poterat: ut qui precognitus fuerat ut proditurus: ne proderet: nec qui abnegaturus arguebatur: ne ab negaret. ꝙ ſi poterat fieri ut iſte non traderet: ille uero non abne garet: ita ut nec prodere illud: nec abnegare: ad eos pertingeret: q antea id didiciſſet: haud ſane de cetero ueridicus eſſet qui diceret: hic quidem proditurus me eſt: ille uero abnegaturus: nam ſi ſe proditurum hic preſciebat: nequitiam utiq; nouit: unde profectu ra eſſet proditio: que tamen prorſus a preſcientia auertebatur: & rurſus idem ſi eum qui ſe negaturus eſſet animo concipiebat: ut nil fragilitatis ignarus: qua ad negandum ille compelleretur: pre dixit fore: ut ſe negaret: fragilitas tamen haudquaq̃ confeſtim hec poterat a preſcientia iri ſublatum. Sed unde nam illud adinue nit iudeus ut diceret: at illi quidem & hunc: nulla eius habita rati one: & prodiderunt & abnegarunt. Oſtendimus autem falſo hũc illud eſſe commentum: ut qui Ieſum prodiderit: ſic prodidiſſet: ut preceptorem quem perderet aſpernaret̃: nec ſecus & de negan te eſt iam demonſtratum: ꝙ ubi Ieſum is abnegaſſet fleuit amari us: accedit & leuius illud quod Celſus inquit. Nam & ſi forte ho minum aliquis cui parentur inſidie: idq; ꝑſenſerit: ſi eius rei inſidi atores commonefecerit: auertuntur hi ſtatim & cauent. pleriq; in ſuper de inſidiis paratis premoniti: eaſdem illas inſidiantibus cõ pararunt. Porro haud ſecus ac libro finem impoſiturus ſic inquit. Neq; enim quia iſta predixit eo & patrata ſunt: nec ſane fieri id li cuit: ſed ubi facta hec ſunt: falſum eſſe arguitur illum huiuſmo di predixiſſe. Fieri enim omnino non poteſt: ut qui prius hec audiſſent q̃ audita exequerentur: uel Ieſum prodiderint: uel ab negarint. Superioribus autem Celſi dictis iam refutatis uel con cluſio eius illa refellitur: qua dictum id improbatur ipſe dixit & facta ſunt: dicimus nanq; geſta hec eſſe quia poterant geri: ubi pacta ſunt: & uerum eſſe arguitur quod ille predixerat: nam & re

rum euentu futurorum ueritas iudicatur. Falſitatis ergo illud con uincitur quod Celſus ſic intulit. falſum eſſe oſtenditur illum hu iuſmodi predixiſſe. Quinetiam fruſtra id dixit: fieri enim omni no non poteſt: ut qui prius hec audiſſent: uel Ieſum prodiderint: uel abnegarint: uideamus deinde quemadmodum & illud ſic in quiat Celſus. Hec quidem qui deus eſſet predixit: & fieri omnino oportuit quod ille predixerat. Deus itaq; ſuos diſcipulos & pro phetas: quibuſcum & commeſſatus eſt & compotauerat: eo rede git: ut & impii fuerint & irreligioſi: cũ magis oportuiſſet ut eſſet ille in omnes beneficus: & in cõuiuas ipſos precipue: nam qui uel mortalis hominis menſæ adhibitus ſit: haudquaq̃ molietur inui tanti inſidias: qui uero cum deo ſit commæſſatus inſidiator effici tur: & quod eſt profecto abſurdius: deus ipſe ſecum ueſcentibus inſidiatus eſt: ut hos proditores & impios redderet. Vel his qui dem: quando tibi id lubet: exilioribus Celſi meo iudicio argumẽ tis occurram. Celſus enim iccirco putat e preſcientia quadam ali quid eſſe ante predictum: quia ſit uaticinio confirmatum: nos ue ro illud nil concedendo haudquaq̃ futuri cauſam eſſe dicimus ua tem: quia fore id dixerit: ſed quod erat futurum: Futurum uero: & hauddum uaticinio editum: uaticinanti cauſam prebuit: ut illud prediceret. Et ſane id omne in preſcientia eius conſiſtit qui illud ſic fore uaticinetur. Siquidem fieri poteſt ut hoc illud ue effici que at uel minus: & horum alterum in aliquid demum ſit euaſurum. Neq; id plane dicimus ꝙ preſcius aliquis perinde facultate adem pta: ut fieri aliquid poſſit uel minus: illud hunc in modum affir met & dicat: futurum id erit omnino: nec fieri aliter poteſt quin fiat. Et huiuſmodi aliquid aſtruat aduſq; rei cuiuſpiam que ꝓ no ſtris ſit uiribus pertingere preſcientiam: ſiue iuxta diuinas litteras dixeris ſiue iuxta græcas hiſtorias & eam orationẽ: que apud dia alecticos ſuperuacanea dicitur: cum ſophiſma ſit: quo ad Celſi ta men opinionem haudquaq̃ ſophiſma fuerit: cum alioquin quoad ſanã & uerã orationẽ ſophiſma uideat᷑. Vt aũt hoc ipm intellgat᷑: utar equidem ſacris ex litteris cũ ꝓphetiis de Iuda cõſcriptis: tum

ſaluatoris noſtri & preſciētia: quēadmodum eſſet hic ſe ꝓditurus: Ex græcis uero hiſtoriis uaticinium illud deſumam: quod ad Laium habitum eſt. impreſentia illud concedens uerius eſſe: quando quidem nihil offendit: qui de iudeo nunc habetur: ſermonem. in triceſimo & octauo pſalmo cuius principium eſt. Domine laudē meam ne tacueris: ex perſona dicitur ſaluatoris: quia os doloſi ſu per me apertum eſt: ita ut ſi ea que inſequuntur obſerues: profecto intelliges fuiſſe preſcitum qui eſſet dominum proditurus: & quemadmodum Iudas ipſe cauſa fuerit proditionis: & ob improbitatē: dignus his ſane: que in pſalmo quodam cum execrationibus proferuntur: hec enim inquit perpetiatur: qui nec recordatus eſt miſericordiam facere: & perſecutus hominem eſt mendicum & inopem. Poterat ergo & miſericordie Iudas non obliuiſci. & quē inſectatus eſt non inſectari. Quod utiq; cum facere poſſet: haud tamen id fecit: ſed prodidit. Quo fit ut dignior prophetiæ ſit maledictis & quibuſuis execrationibus que aduerſum ſe inferuntur: & ſane quis non hunc ut proditorem & de clementiſſimo preceptore tam peſſime meritum: execretur: & horrendum in modum inceſſat conuitiis: & ſi fieri poteſt: e terris exterminet nomenq; ſimul aboleat ne in poſterum ſit cuiq̄ auditum: quandoquidem ea animi ſeuitia fuerit: & tāta ingratitudine: perinde ſui nil compos arreptus: ut eum quem ad ſalutē humani generis ueniſſe ſat noſſet & tam ſūmis ſe beneficiis affeciſſet: iudeis infenſiſſimis hoſtibus: & quod acrius eſt incuſandum: pecunia: proderet: & ubi iam prodidiſſet: ſceleris patrati admonitus: ut quod atrocius longe exiſtimaret q̄ ut mereri ueniam poſſet: ut deſperans laqueo uitam finiret. Sed ad oraculum redeo quod apud græcos de Laio habitum eſt: & uerbis utar ſiue ſimilibus: ſiue his cōſentaneis que tragicus ſcripſerat. Fertur autem Laio huiuſmodi predixiſſe qui futura prenoſceret: noli diis inuitis in uxore fecunda liberos proſeminare: nam ſi ex ea filium tuleris: ubi is adoleuerit & te ſublaturus eſt: Et domus tua per ſanguinem omnis tranſibit: qua in re illud arguitur: potuiſſe id fieri ne in uxorem q̄ fecundior eſſet filiū

Laius proſeminaret.non enim quod fieri non poterat: iniunxit illi oraculum: nam&ſi proſeminare hic poterat: neutrum tamen horum ut faceret: cogebatur. Subſecutum eſt autem ut qui minus cauiſſet in uxore filios proſeminare: Tragedias de ſe ipſo & filiis & iocoſta compoſitas:ſuſtineret: uerumtamen ſuperuacanea illa oratio quam dialecticam diximus: cum ſophiſma ſit: & ad egrotantis cauſam faciat: alioquin ueluti ſophiſma quoddam & captiuncula egrotantem deterret: ne medici ad ſanitatem utatur officio: quod utiq; ſophiſma ita ſe habet. Si preſtitutũ eſt tibi ex morbo ut cõualeſcas:ſiue medicũ introduxeris:ſiue minus:cõualiturus es.At ſi fato debet͂ ne ex morbo aſſurgas:ſiue medicũ ĩtroduxeris:ſiue non introduxeris:haudquaq̃ aſſurges.ſi uero ex fato ut ex morbo aſſurgas uel non aſſurgas impendet: fruſtra ergo introduxeris medicũ. Nec ſecus illd̾: & lepide qdẽ adiecit: Si p̄ſtitutum eſt ut ſuſcipias liberos: ſiue cum femina congrediare:ſiue minus: liberos ſuſcepturus es. At ſi preſtitutũ eſt ut liberos nullos ſuſcipias: ſiue cum muliere coieris ſiue minus: liberos nequaq̃ ſuſcipies. Verum ſi preſtitutũ eſt tibi ut liberoſ ſuſcipias ſiue nullos ſuſcipias:fruſtra ergo cum muliere coieris.quemadmodum enim hac ipſa in re: quia fieri non poteſt: ut qui cum muliere non coeat: ſuſcipiat liberos: haudquaq̃ fruſtra aſſumitur ut cum muliere is coeat.ita ut a morbo quis ſulleuetur cum id medice artis interuentu efficitur: neceſſario admittitur medicus: & illud falſum eſſe deprehẽditur: & fruſtra medicum introducis. Hec autem omnia eorum cauſa ipſi protulimus que ſapientiſſimus Celſus hunc in modum produxerat. Deus enim ille cum eſſet:predixit:& erat omnino neceſſe ut fieret quod ille predixerat.q̄ ſi illud omnino pro neceſſario capit: id equidem illi haudquaq̃ conceſſerim: erat enim poſſibile ut ne pænitus fieret.Si uero omnino illud :in eam ſententiam dixerit: hoc eſt: futurum eſt illud: quod uerum eſſe nil prohibetur.Tam&ſi fieri poſſit ut minus fiat: haud ſane orationem perturbat: neq; id ſequeretur quia de prodituro ſe & negaturo iamdudũ p̄dixerat Ieſus: iccirco & ĩpietatis ſe cauſã fore &

ſceleſti facinoris: is nanq̨ cum deprauatos Iudæ mores ſpectaret: qui non humanum in modum cognoſceret quid eſſet in homine: preuideretq̨ qualia ille eſſet ob auariciam auſurus: & q̄ minus cō ſtanter ſentiret de preceptore que decuit: poſt alia pleraq̨ & illud predixit: qui mecum intingit in parapſide manum: me tradet. Ad uerte autem q̄ leuiter iſta & falſo Celſus decernat: qui enim morta lis hominis menſe particeps fiet: haudquaq̄ illi parabit inſidias: q̄ ſi huiuſmodi uiro nemo inſidiet̄: longe magis qui cum deo ſit commeſſatus: non illi inſidias nectet. Quis enim non illud intel ligit fuiſſe multos qui ubi ſalis & menſæ participarunt: ſuis tamē fuerint cōuiuatoribus inſidiati. Iſtiuſmodi exemploꝶ plena eſt tā græcorum q̄ barbaroꝶ hiſtoria: parius enim Iambicus poeta qui dam: Lycamantem quendam uituperans: quia cum ſale & menſa pactas conuentiones repudiaſſet: ſic eum affatur: iuſiurandum in gens illud ſoluiſti: ſalem ac menſam: quinetiam qui perdiſcendis hiſtoriis accuratius ſtudet: & ita ut his ſe ꝓrſus addixerit: relictis ceteris diſciplinis ad recte uiuendum lōge plurimum neceſſeſariis: uel alia pleraq̨ exempla huiuſmodi: ſi libet: protulerit: quibus plane ſit oſtenſurus: quot nam mortalium per inſidias hi circum uenerint quos menſe adhibuiſſent. Proinde Celſus: ut aptiori bus argumētis & ſequellis quibuſdam eius colligeret dicta: ſic in tulit. Et quod utiq̨ abſurdius eſt: deus ipſe quibus & menſam cō municaſſet: molitus inſidias eſt: nam proditores & impios red didit. Quemadmodū Ieſus per inſidias proditores diſcipulos & impios fecerit: nil habet unde coarguat: niſi ex illa: ut ipſe putat: ſequella: quam quiuis poſſet facillime confutare. dicit preterea. Si enim hec illi ita ſunt uiſa: & ut patri morigerus cruciabat̄: liquet ſane cum deus hic eſſet: & pati uellet: neq̨ dolentia neq̨ grauia ei fuiſſe: quibus pro arbitrio uteretur: Nec tamen hic uidit quem admodum ſubſequenter ſibi contraria intuliſſet. nam ubi illud conceſſit cruciatus hunc ſubiiſſe: quia ei ita ſit uiſum: & ut patri obſequeret̄ ſe ſe obtuliſſe: liqdo patet ſuppliciis ꝓculdubio fuiſſe affectum: nec fieri id potuiſſe quin illi dolerent que a tortoribus

inferrent: non enim uolenti dolor ingerit. ꝙ ſi uolūtarie patiēti:
nec dolentia erant nec grauia illa ſupplicia: cur illud cōceſſit fuiſſe
hunc cruciatum? nonne id ille aduerterat ꝙ qui ſemel naſēdo cor
pus ſuſcepit illud hauddubie ſuſcepiſſe: quod & doloris ſuſcepti
bile eſſet: & rerum earum que ſolent corporibus moleſtiores eſſe
& graues: ſi tamen moſteſtiam capimus non ultro ſubitam: ut igi
tur quia id libuit corpus ſuſcepit: nullius prorſus nature alterius
niſi carnis humanæ: ſic etiam ſimul cum corpore: & que illud uel
dolore afficiunt: aut angunt admiſit: que ne pateretur in eius
poteſtate non erat: deſtinantibus aliis: & doloribus illum illatis
& pænis excruciare. Superioribus aūt ſatis reſpondimus: quemad
modum ſi noluiſſet ille in hominum manus uenire: nunꝗ uenif
ſet. Venit autem ut illud exequeretur: quod erat a ſeculo deſtina
tum: & ſibimet placitum: ut eſſet eius ex morte omnibus profutu
rus. Poſtea uero cū uellet Celſus oſtēdere ꝗ huic accidiſſent: ango
ribus fuiſſe & pænis referta: nec fieri potuiſſe: ut eo uolēte aliter ſe
iſta haberent: ac eſſent: ſic inquit. Cur enim merens ille precatur:
& mortis formidinem optat excedere: dicens: O pater ſi poſſibile
eſt: tranſeat a me calix iſte. Vel in his quidem aduerte Celſi mali
gnitatam: qui cum nil prorſus illorum ueritatis ſtudium explicā
de admittat: qui euangelia conſcripſere: ſiquidem ea hi potuiſſent
ſilentio preterire que hic crimināda exiſtimat: nec uero id egerint
rationibus multis quas poterit aliquis oportunius reddere: euan
gelium interpretando explicaturus: ipſe tamē euangelicū dictum
incuſando deprauat: quaſi tragediam agat: & illa apponit que mi
nus conſcripta ſunt: non enim uſpiam reperit Ieſum eius obitum
deploraſſe: corrumpit preterea eius dicti & irridet ſententiam: pa
ter ſi fieri poteſt: tranſeat a me calix iſte: nec tamen illius in pa
trem: cum pietatem tum eius animi magnitudinem prefert: mox
ꝗ & illud quod adſcriptum eſt adiicit: non temen ut ego uolo
ſed ut tu. nec Ieſu quidem: ut patri placitum erat: ad ea que ipſe
perpeſſurus iam eſſet obtemperantiam ſimulat hic ſe perlegiſſe:
que utiꝗ cum illud inquit ſignificatur: ſi autem fieri non poteſt

ut tranſeat a me calix iſte:fiat uoluntas tua.haud ſecus hic faciens atq; impii ſolent:qui puerſe intelligunt:que ſacris ſunt litteris tra dita.& iniuſticias in excelſum loquunť. Id nanq; quod loquitur deus:Ego interficiam:audiſſe iſtos ſat conſtat:& nobis pſepe obii ciunt:at ubi & ego uiuere faciam acceperunt:nil prorſus de cetero dicti huiuſmodi reminiſcunť: ſignificantis eos iri a deo diſperdi tum:qui ad cōmunem perniciem uitam hāc ducunt.& ſane ꝙ pra ue & nequiter egerint:a deo perdunť: qui uero peccato ſunt mor tui: gloria ſempiterna donantur. Sic itaq; illi percutiā illud intel lexerunt:cum nondū intelligant ego ſanabo: quod utiq; pſimile eſt uſurpato medicoꝝ ſermoni: qui affecta corpora attrectando: uulnera quidem faciāt grauiora:ut ab his & noxia demant:& que ſanitatem intercipiūt: tollāt:cum alioquin dolore medendo affici ant:nec ulcera dirimant:ſed corpora curando ſanitati reſtituunt: qualem aīo iam deſtinauerant.Sic igiť & Celſi iudeus illud expo nens:pater tranſeat a me calix iſte:nil tamē explicat:que ſubſequū tur:& Ieſu ꝓmptitudinem ad paſſionem confirmāt uel conſtanti am preferunt.preſertim cū habeant hec:pro diuina ſapientia inter pretationem multiplicē & copioſam: ut quā Paulus dicat his tra ditam eſſe:quos iure pfectiores appellat:cū inquit.Sapientiā autē loquor quidem in perfectioribus: ipſi uero in preſentia breuiter ueluti pretereuntes cōmemoremus:que ad ꝓpoſita faciunt. Dixe ramus ſuperius Ieſu hec uerba eſſe:ut omnis pmogeniti creature. Ego ſum uia ueritas:& uita:& huiuſmodi alia:illa uero eiuſdem: ut hominis:nunc autem queritis me interficere:hominem qui ue ritatem locutus ſum uobis: quā audiui a patre meo. & hic quidē eius humanitas: & hunanæ carnis infirmitas a ſpiritus ꝓmptitu dine differunt.Nam carnis infirmitas tunc ſane cum illud inquit pretendiť.Pater ſi fieri poteſt: tranſeat a me calix iſte. ſpiritus ue ro tunc promptitudo noteſcit:cum dicit:ſed non ut ego uolo ſed ut tu.ꝙ ſi dictoꝝ ſeruanda ſeries eſt:aduerte id prius eſſe ꝓnuntia tum:quod ut dixerit aliquis ꝓ carnis humanæ fragilitate offerť: deinde que pro ſpiritus ꝓmptitudine: & hec qdem pleraq; ſunt:

Sed primum illud & unicum eſt. Pater ſi fieri nō poteſt:ut tranſeat a me calix iſte niſi bibam illum:fiat uoluntas tua. Aduertendū p̄terea haudquaq̃ Ieſum dixiſſe abſcedat a me callx iſte:ſed id omne pie & cum ueneratione fuiſſe pronunciatū. Pater ſi fieri poteſt: trāſeat a me calix iſte. uidimus neſcio quē hec dicta ita interpretantem. Cum enim inquit ſaluator proſpiceret: qualia eſſet iudaicus populus ꝑpeſſurus:ut ea que in ſe auſi eſſent iudei: uindicarent̃: non alia ratione impulſus:niſi eius quadā in hos & ſūma clementia:cum nollet ppl̄m pati:que erat futuꝝ ut pateret̃:id inq̃t:Pater ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte: ꝑindeac diceret: quandoq̄dē ex hac mea calicis potatiōe: Iudeoꝝ es gentē penitus deſerturus: p̄cor:ſi fieri pōt:a me ut calix iſte abſcedat:ne portio tua q̄ deſeuit in me īportunius a te penitus deſerat̃. Accedit etiā ꝙ ſi ut Celſus affirmat Ieſum nec dolor ullus afficiebat:neq; urgebat & meror: ut non ſatis intelligā quo pacto & poſteri ad tollerandos ob uerā religionem:labores:Ieſu exemplo hoc uterent̃: qui &ſi fuiſſet humana ꝑpeſſus:re tamen nil pati Celſo ſit uiſus. Talia inſuper Celſi iudeus affat̃ Ieſu diſcipulos:ꝑinde hec illi cōfinxerint. Neq; eni &ſi falſo iſta cōmenti eſtis:occulere perſuaſionibus potuiſtis. Ad quod reſpondebimus:fuiſſe quidē ad hec occultāda uiam illā facillimam:ſi nequis hec a principio conſcripſiſſet:quis eni ſi non euāgeliis continerent̃:exprobrare nobis hec potuiſſet que Ieſus eſſet ex diſpenſatione quadā locutus? Nun Celſus nec illud cognouit: non eorundē eſſe alios fallere: & de Ieſu nōnulla cōfingere q hūc & fateant̃:& deū eſſe affirment:uel ꝓphetarum uaticiniis prenuntiatū? Hec ſane argumento ſunt:nouiſſe illos nil ueritatiſ preferre figmenta. Conſtat igit̃ nihil hos fuiſſe cōmentos:ſed pro eorum ſcriptis ſenſiſſe:neq; ut fallerēt: rem euangelicā cōſcripſiſſe: Quippe quoꝝ animus ab omni eſſet deceptione alienus. Nec in eo quidem quod ſenſerant:& ꝙ Ieſum deū putarēt:hi fallebant̃: deinde eſſe aliquos ex fidelibus inquit: qui ueluti debachantes miro ſtudio ꝓdeunt ad euangeliū a prima ſcriptione adulterandū:tripliciter:quadrupliciterq; idipm & immutandū: ut ea poſſint in q̄bus

coarguunť negare. Euangeliũ eqdem adulteraſſe alios nullos ꝑter marchioniſtas quoſdam hereticos norim: & Valẽtii ſectatores: & eos forte qui a Lucano quodã ꝓdierant: id tamẽ quod obiicit Celſus: haudquaq̃ erit xp̃ianæ diſciplinæ uitio dandũ: ſed his q euangelia deprauarũt. Et quemadmodũ philoſophiæ: quia ſophiſte ſiue Epicurei: ſiue Peripatetici: ſeu quiuis alii que falſa ſunt ſenſerit: haudquaq̃ crimini aſcribunť: ſic nec xp̃iana & uera religio eſt incuſanda: ſiqui forſitan uel euangelia aliter atq; ſe habeant conſcripſerunt: uľ hereſes quaſdã & opiniones induxerint: a diſciplinæ uoluntate & ſenſu: quã Ieſus inſtituit: alienas. Sed cũ deinceps Celſi iudeus xp̃ianis ꝓphetas obiiciat: qui de Ieſu q̃multa ꝑdixerant: ad ea q̃ ſupius diximus: uel hec adiecerimus. neceſſariũ fuiſſe oĩo qui hoĩbus pceret: ut prophetias iſtas aptius explicaret: & ubi ea explicando ꝓbaſſet que credibilia uiderenť: tunc demũ exprome ret que ad confutandũ: ut uiſum eſſet: ualerẽt: uſum hũc ꝓphetico rum dictoꝝ p xp̃ianos ſuſceptũ: ſic enim uideri forſitan poſſet nõ paucis uerbis que per nos tradunť arripere: ꝑſertim cũ inquiat: uľ innumeris aliis poſſe ꝓphetica iſta & aptius longe accomodari q̃ Ieſu: & erat quidẽ neceſſe: ut firmioribuſ his chriſtianoꝝ & ualidiſſimis argumentis: diligenter obſiſteret: & ad ſingula queq; ꝓphetarum uaticinia demonſtrare: quemadmodũ aliis lõge magis hec poſſint & aptius q̃ Ieſu ipſi cõgruere. nec ſane hic intellexit queadmodũ ſi a quoq̃ dici id poſſet in xp̃ianos: credi forſitan potuit: ab his iri obiectũ qui a ꝓpheticis eſſent lr̃is alieni: nũc uero quod nequaq̃ iudeus ꝓtulerat: iudei pſone dicendũ impoſuit Celſus. Nõ enim aſſentieť iudeus uel innumeris aliis accomodari aptius poſſe q̃ Ieſu ipſi dicta prophetica. Sed ut ei uidebiť ſingula explicando interpretatus: deducere demũ ad xp̃ianoꝝ opinionẽ illa & obfirmare conabiť. Nec attulerit quidẽ q̃ credi ſine ulla cõtrouerſia poſſint: id tamẽ efficeř ptẽtabit. diximus aũt ſupra ubi ad illđ puenimus: p ꝓphetas denũtiari futuꝝ: ut xp̃s ad hominũ genuſ ſe cõferẽdo: aduẽtu duplici utereť: itaq; haudquaq̃ erit neceſſe ut ad id quod offerť rñdeamus: pinde ſit a iudeo prolatũ: nã magnũ illum

& potentē:& terræ totius:& omniū gentiū & exercituū dn̄m:qui uenturus ſit fatent̃ ꝓphete.Sed illud arbitror Celſum iudaice:& pro illoꝝ iracūdia ꝓtuliſſe:ut uel nullis certioribꝰ argumētis ad credulitatē ſaltē Ieſu ipſi cōuiciet̃:haudquaq̄ prophetas tale exitiū ac peſtē denūtiaſſe: tā&ſi nec iudei ipſi nec Celſus:nec alius qſpiā ulla ſignificatōe id q̄at arguer̄: poſſe quod exitiū et peſtē appellat: tot hoīes ex tā habūdantibus malis auerſos:ad eā uitā traducere: que & continētior ſit:& uirtute tā p̄dita.hmōi preterea Celſus ad iecit.Deū aūt nemo dei filiū ex ſignis hiſce & uanis auditionibus & tā ignobilibus argumētis aſtituet.Enimuero oportuit ut uanis his auditiōibus patefactis:uel rōne aliqua ignobilia hec argumen ta eſſe cōuinceret & demōſtraret:ut ſi qd credibile xp̄ianus dicere uideret̃:impugnare illud contenderet:& mox cōfutare:q̄ ille pro ferret.Quod aūt de Ieſu iā dicit: &ſi huius quidē magnitudinem p̄fert:haud tn̄ noſſe hic uoluit nec q̄ de eodē clariuſ explicāt̃.uteni ſol inquit dū lucē ceteris prebet: & uniuerſa illuſtrat: ſe ſe p̄us ad aperit atq; oſtētat:ſic & dei filius:ut faceret oportebat.At dixerim equidē id illū egiſſe:quippe ī cuius diebus ſit exorta iuſticia:& pa cis facta ē copia:q̄ eius in natiuitate occepit: deo ipſo per eius do ctrinā cōſtituēte: ut gētes omnes & natiōes ſub unius eſſent roma ni p̄ncipis ditione:ne ſub pretextu multiplicis & uarii p̄ncipatus: & alienos inter ſe gentiū mores: ſi nihil adinuicē cōuenirēt: graui us eſſet apoſtolis exequi:q̄ p Ieſum iniūgerēt̃ dicentē. Ite & doce te oēs gētes.Et liquet ſane auguſto cæſare imperāte Ieſum eē dn̄m natū:cū īperator idē:ut ita dixerim:p orbē tarraꝝ: uniuerſam tūc hominū multitudinē exæquaſſet:alias enī impedimento fuiſſent: tā multa & diuerſa imperia:quo minuſ Ieſu doctrina in mundum uniuerſū diſp̄tiret̃: nec ſolū ob ea quā diximus cauſā:ſed qa coge rent̃ hoīeſ & militare:& bella pro tutanda p̄ria gerere.qđ utiq; an te Auguſti tp̄a cōtigit.Accedit etiā ꝙ ut ſupiori tēpeſtate inter la cedæmonios fuetat & Atheniēſes bellū ſuſceptū:ſic eſſet neceſſe ut ceteri ſe inuicē oppugnarēt. quocirca q fieri poterat:ut trāquillior hec xp̄i doctrīa:q̄ nec inimicos qdē uindicare īiurias ſinat:diutius

pmaneret:niſi paſſim uniuerſa fuiſſent ob Ieſu aduentū ex turbu lentiſſima illa diſſenſióe:ad cócordiā reuocata:ꝑinde Celſus xp̄ia nos incuſat tanq̄ mēdaces & falſa cōmentos:cū dei filiū p ſe uerbū eſſe affirmāt:& putat quidē quod criminini dat ſic cōfirmare. Cū enim inquit uerbū hi aſtruūt dei filiū eſſe: arguemus haudquaq̄ uerbū hūc eſſe purū ac ſanctū:ſed hominē fede abactum:& morte affectū. Vel de hoc quidē ſuperius Celſi criminationibus obſiſten do ſūmatim ac breuiter diximus:cū Ieſum oſtēdimus:oēs p̄moge nitum creaturæ:corpus humanū & aīam ſuſcepiſſe:& quemadmo dum deus de tātis his rebus creādis mādauerit: que & creata ſūt. & qui mandatū accepiſſet hmōi deus eſſet hic uerbū. Et qm̄ Celſi iudeum conſtat hec dicere: nihil abſurde eo dicto utemur. Miſit uerbū ſuū & ſanauit eos:& liberauit eos a corruptionibus eoꝝ cu ius dicti iam ſupra meminimus. Ipſe uero iudeoꝝ neminē audiui qui uel ad res contēplandas ſapiētiſſimi habeant:ut uerbū:dei fili um fateret:uti Celſus ꝓnuntiauit.idip̄m & iudei pſone hūc ī mo dum ut diceret accomodauit. Si enī eſt uobis dei filius uerbū: & nos laudamus:ipſi uero iā ſupra diximus nec magū Ieſum fuiſſe nec inſolentē: eoq; nec neceſſariū duximus eadē illa repetere. Ne ad Celſi ſupuacanea dicta:ut ſepius iterata: iam reſpōdēdo: & nos in eandē incidamus dicacitatē. Veꝝ cū Celſus Ieſu ꝓgeniē carpat: que de hac partim apud xp̄ianos ſunt cōquiſita:ptim nōnullis in crimē obiecta de genealogia hac uariātibus:haudquaq̄ expreſſit. nō enī nouit haud falſo inſolētiſſimus homo q xp̄ianorū res oēs tenere ſe ꝓfitet:ſacris lr̄is prudēter addubitare. Dicit aūt q genea logiā hāc colligūt a ꝓthoparēte illo et iudeoꝝ regibus: Ieſū iactā ter extollere:et putat hic ſane ſtrenuū aliqd ꝓduxiſſe & pmagnifi cū:inqens:nec fabri uxor:cū tāti generis eēt:id ignorabat:ueꝝ qd iſta:cū de deo & uerbo cepta ſit diſputatio:ſed eſto ignorauerit il la:qd tn̄ id ad ꝓpoſita fecerit: ſed uelim ut hoꝝ fuerit ꝓrſus hec neſcia:at vn̄ tibi id liqt:illā id p̄teriſſe:nū a p̄mo hec hoīe nō ortū ducebat:ul' huius genus nō & regios illos cōtīgebat ꝓpinqtate & ſāguine:quos cōſtat iudeis impitaſſe:ul' forte neceſſariū exiſtimat

Celſus:& inopes ipſos ex his eſſe ꝓgenitos qui inopia ceteros an tecedāt.uel ex regibus reges.uidetᷣ aūt mihi dictis his immorari ſupuacaneū eſſe:cū ad liquidū pateat uel nr̄is tpibus qui opulētio res extiterāt:& glīa pſtitiſſent:ad eā inopiā fuiſſe redactos:qua ui derentᷣ Maria hac ipſa ex uirgine lōge inferiores:ſic cōtra ex igno bilibus quibuſdā & obſcuriſſimis genere:& gentiū duces ꝓdii ſſe & reges.Veꝝ quod nā inquit egregium et inſigne facinus patra uit hic Ieſus:quādoquidē mortales ille cum illudēdo:tum pdic en do futura:aſpernaretᷣ:rogāti ergo ſic rn̄debimus:poſſumus enim uel pclara admodū geſſiſſe Ieſū ꝓferre facinora:ex his pcipue q̄ il li acciderint:q̄ ue in euāgeliis cōſcribuntᷣ.ut.ſ. cōtremuerit terra: & reſciſſi lapides ſint.& monumēta patuerint:& uelū tēpli a ſupio re ſit ad inferiorē ptem diſciſſū: ut oborte ſint tenebre & interdiu ſole ipſo deficiēte.At ſi crediderit euāgeliis Celſus: qn̄quidē incu ſandos eſſe xp̄ianos exiſtimauit:& nullā his adhibet fidē: q̄ manē tem in Ieſu affirmant diuinitatē:ſic illum affabor. Heus tu ſi nr̄is rebus ꝓrſus diffidis:at ſaltē culpādas ne cenſeas:uel ſi his ipſis cre dideris:demirare dei uerbū hominē eſſe effectum:& ꝓdeſſe huma no generi uoluiſſe.quin & preclaꝝ Ieſu opus id fuerit:ut ulˡ in ho dieruum hunc diē eiuſ noīe inuocato:ſanitati reſtituantᷣ quos ipē uoluerit.De ſole aūt Tiberii ceſaris tpe obſcurato: quo impante: Ieſus creditᷣ cruci fuiſſe affixus:& de magnis terræ tunc motibus factis:ſcripſit Flegon in teciodecimo uel decimoq̄rto:ut arbitror: de tpibus libro.At Ieſum illudēs ad eius opinionē Celſi iudeus: ſcire ſe fateᷣ Euripidis bachū iſtiuſmōi dictitare. ſoluet me demō ipſe ubi mihi libuerit:Tā&ſi cōſtet iudeos non multū gētiliū ſcri ptis operæ impēdiſſe.ſed cōcedamus his iudeoꝝ aliquē ſtuduiſſe: ueꝝ quēadmodum Ieſus:quādoquidē ſeipm̄ non ſolueritu inctū: ſoluendi ſe id habuerit ptātem:ulˡ ex nr̄is ſcriptis ītelligat Celſus: ſi his modo fidem pſtiterit: & Petrū ſciat ruptis p angelū uinclis: carcerē quādoq; egreſſū:& cū ſilla Paulū in Macedoniæ philippis: cōpedibus ſatis coercitū: fuiſſe diuina uirtute ſolutum: cum ſpon te ſua carceris porte diſpatuiſſent.ſed nihil erit abſurduuı ſi iſta

Celſus irrideat:uel ſi nullã huiuſce rei plegit hiſtoriã: nã & reſpõ dere forſitã uideret̃ & carminibus magos uincula ſoluere: & por tas recluder̃:ut q̃ magoꝝ ſunt nr̃is cõſociaret:q̃ uere ſunt hiſtoriæ ꝓdita. Sed nihil inqt qui Ieſum hũc condẽnauit: ꝑpeſſus tale qd piã fuit: q̃le Pentheus ille furẽs iã & diſcerptus:nec uidit hic ſane nõ magis in hũc ſnĩam tuliſſe Pylatũ:ut qui nil ignoraret ex liuo re illũ tradidiſſe Iudeos:q̃ in iudeoꝝ & gentẽ:que a deo ipſo iccir co dãnata ſit: & dſcerpta: & in oẽs terrras diſſeminata:quod utiq; dirius fuit:q̃ Penthei illius dilaceratio. Veꝝ cur uolens id Celſus negat & reiicit qđ de Pilati uxore legitur:̃cui cũ interdiu fuiſſent pleraq; obuerſata:adeo fuerit ex eo exterrita:ut ad uirũ p̃mitteret qui hm̃oi nũtiaret. Nihil tibi & uiro huic iuſto:nã multa hodie ꝑ uiſum huius ſum gr̃a paſſa. Rurſus itaq; celſus: q̃ Ieſu preferũt di uiuitatẽ ſilentio premẽs:ex his q̃ in euãgelio de illo ſcribuut̃:hũc ip̃m ad eius opinionẽ uituperat:cũ illos ꝓducit qui Ieſu illuderẽt & circũponerẽt palmas:& ex ſpinis coronã:& calamũ manibus ge ſtandũ offerrẽt. Sed unde nã iſta ꝑdidiciſti o Celſe:̃nun ex euãge liis ipſis:̃ipſe ergo & ſolus uitupatione hec digna exiſtimabis:̃ q uero illa cõſcripſerãt:nequaq̃ ꝓſpiciebãt teip̃m ac tui ſimiles qñq; hec irriſuros:̃& ex his alios ſumpturos exẽpla:irriſores hos contẽ nendi qui eũ irrideãt q ob pietatẽ & optimũ cultũ : ꝓmptius mor tem obierit:̃qn potius iſtoꝝ ueriratis ſtudiũ demirare: & ea q̃ ho minũ gr̃a ſit ſpõte Ieſus puroq; & ingẽti aĩo paſſus. Non enĩ eſt ſa cris lr̃is proditũ:eius mortẽ hũc deploraſſe: neq; indignius aliqd quia dãnatus eſſet:pronũtiaſſe: cur etiã inquit:̃&ſi nõ antehac: at in pñti diuinũ de ſe non aliquid p̃fert:̃ & ex ea ſe ignominia uen dicat:̃in eoſq; qui ſe & p̃rem afficiũt cõtumelia:non æquitatẽ exer cet:̃dicendũ itaq; haud ſecus uel a græcis queri hec poſſe:prouidẽ tiam inducẽtibus & ſigna ꝑ deos edita: cur enĩ qui diis & cõtume lias ĩgerũt & prouidentiã adimũt:non ab his crucianṫ:̃quẽadmo dum itaq; ad hec reſpõſuri ſunt græci: & nos itẽ uel lõge rectius: rñdebimus:fuiſſe p̃cipuũ illđ diuitatis ſignũ &cælitus editũ:ſolis deffectũ:& hm̃oi cetera admirãda:q̃ utiq; deſignarẽt diuinũ aliqd

Ieſum in ſe habuiſſe:& lõgeplurimũ q̃ ceteri oẽs:q patibulo fuiſſet affixi. Verꝫ quid nã inquit e corpoꝛ:in crucẽ ſublato cruor dfluxit: qualis ſolet immortalibus diis defluere:ꝰ hec qudẽ uel ludẽs garrit. Nos uero ex euãgelicis & certiſſimis dictis q̃ ſerio:nõ ioco ſcribuntur:uel Celſo ĩuito mõſtrabimus:nõ ſanguinẽ homericũ illũ & fabuloſũ:huius ex corpe pfluxiſſe:huic enĩ ferme iã mortuo ex militibus:unus lãcea latus pupugit: e quo ſanguis ſimľ & aquã exiuit: & q uidit teſtatuſ ẽ:& uerꝫ ẽ teſtimoniũ eius:& ille ſcit qa uera dicit. Liquet ſane in cadaueribus aliis cõſtringi cruorẽ:nec puriſſimã ĩde aquã defluere. At Ieſu in demortuo corpe illud erat mirãdũ ꝙ ſanguis eſſet eius ex latere & aqua pfuſus. ꝙ ſi is q ut Ieſũ & xpianos incuſet:ex euãgelio dicta quedã ptulerit a uero ſẽſu penitus deprauata:et ſubticuerit:q̃ Ieſu aſtruũt diuinitatẽ:audiꝛ uoluerit argumẽta & ſigna:q̃ illũ oĩo deũ eſſe affirmãt:euãgeliũ legat:& ĩtelligat tãdem Centurionẽ & q ſecũ fuſſent:Ieſũ mortuũ aſſeruãtes:uiſa terræ cõcuſſiõe:& hiſ q̃ fiebãt pſpectis:ingẽti formidĩe captoſ:dixiſſe: Vere dei filius erat iſte.deſumens pinde ex euãgelio Celſus dictiones nõnullas:e quibus carpe ſe arbitratꝰ aceti potiõnẽ & fellis: Ieſu ipſi ex ea cõuitiatꝰ:pinde auidius in potũ prueret:ſitim nil tollerãs:ut quiuis hominũ tolleraſſet.Verꝫ & ſi id quidẽ interptatiõnẽ ſuo habeat loco:nunc tñ ut huius dictis rñdeã:cõem illã ptulerim: & pphetas dixerĩ uľ id pdixiſſe:extat enĩ ex xp̃i pſona pſalmo octauo & ſexageſimo illđ inſcriptũ:Et dederũt ĩ eſcã meã fel:et ĩ ſiti mea potauerũt me aceto.Vľ ſi iudei ip̃i aliter ſentiũt.dicãt qs alius ĩ ppheta ſic loquitꝰ:ꝰ & oñdant ex hiſtoria aliq̃:quiſ nã hic fuerit qui & in cibũ fel ſũpſerit & acetũ ĩ potiõnẽ:uľ audeãt ſaltẽ xp̃m fateri quẽ ipſi expectẽt:hec oĩa incurſurꝫ:ut & ip̃i id affirmemus. qd ergo illos offendit ſi pactũ iã ẽ:qđ pphete pdixerãt:ꝰ tã&ſi idip̃m iã mľtis ſeculis ante denũtiatũ:cũ aliis pphetarꝫ pdictionibus:mouere eũ ſat q̃at q ſcrutãdo:res uniuerſas expẽdat:xp̃m ut credat pſciuiſſe pphetas:& Ieſũ dei filiũ eẽ aſſentiatꝰ.deĩde ſic noſ affatꝰ celſi iudeuſ.horꝫ igitꝰ uos o fidiſſimi nos coarguitis qa deũ hũc eſſe nil arbitramur nec uobis id aſſentimur tãta illũ hominũ gr̃a fuiſſe ppeſſũ: ut eius exẽplo & nos illata ſupplicia contẽnamus: & ad hec dixerĩ eqdem.

Iccirco iudeos nos crinis inſimulare: qa cũ in lege & ꝑphetis xp̃m denuntiãtibus coaluiſſent: neq̃ ea q̃ p nos afferunt xp̃m hunc eſſe aſtruẽtia rn̄dẽdo diſſoluũt: nec diſſolui poſſe hec negãt nec ubi minus hec ſoluerit xp̃o qui ꝑphetaꝝ uaticinio denũtiet: affimãt ſe credere: qui clare ĩ his quos ip̃e inſtruxerat: & ubi carnẽ aſſũpſit: demõſtrat: ad hominũ utilitatẽ hec ſe ꝓtuliſſe: cũ ꝓmũ illũ aduẽtũ agitaret iã aĩo & non ut hominũ geſta antea iudicaret: q̃ ſua doctrina quid agendũ eſſet & teſtimonio cõfirmaſſet: ut prauos quidẽ uellet pænis afficere: bonos uero ſalute donare. Sed & ĩ hominum genus mirũ ĩ modũ & diuina quadã uitute eius diſſeminar doctrinã: quẽadmodũ & ꝑphete futuꝝ id cõfirmarũt. nec ſecus & illiſ id crini damus: quia Ieſu præ ſe ferẽti quid ĩ ſe uirtutiſ hr̃et: minus crediderit: ſed ĩ Belſebul dixerit demonioꝝ hũc ꝓncipe: hũanis ex animis demones abegiſſe. ul' id ꝓterea illoſ culpamuſ: ꝙ ieſu ſummã illã benignitatẽ atq̃ clemẽtiã carpſerit: q̃ nil ꝑrſus uel urbes: uel opida: ul' iudee ſuburbana q̃uis pinde aſpernatus preteriit: ut ubiq̃ dei regnũ dunũtiaret: et hũc ut uagũ & errabundũ & corpuſ ignobile inſtabilitatis inſimularit & incõſtãtiæ. tã&ſi haudquaq̃ ignobile illđ & uile habendũ ſit corpus: qđ labores tã multos ꝓtulerit: ut illis cõduceret qui paſſim audire ſe poſſẽt. Veꝝ quo pacto & illđ nõ apte falſũ eſſe arguit: qđ infert Ceſi iudeus: cũ neminẽ Ieſus ꝑter ſex quoſdã haberet: quibus q̃ ipſe doceret pſuaſiſſet: nec quẽpiã ſuis dictis obtempantẽ: & pænas hic tulit & crucẽ. At q̃ nã de cauſa alia ĩ ieſũ apđ iudeos: ꝓncipũ ſacerdotũ ſeniorũq̃ & ſcribaꝝ cõcitatus ẽ liuor: niſi ꝙ hominũ mltitudo iã pſuaſa: hũc ſeq̃bat: ita ut uel in ſolitudĩe et deſertis ĩ locis icirco detineret: quia ꝓdicãtẽ hũc audiret auidius: & eodẽ tenore accomodatius ea tradentẽ q̃ ſinglis cõuenirẽt: nec ſecus & mirabilia factitantem: q̃ utiq̃ uel eos obſtupefacerẽt qui ſuo ſermoni: &ſi apte ꝑnũciato: nil crederẽt: cur etiã uel aptiſſimũ non illud fuerit mẽdaciũ: nec ſuis hũc pſuaſiſſe diſcipl'is nec morigeros hos habuiſſe: tã&ſi præ timore ſint uiſi nõnunq̃ hũanũ aliq̃d fuiſſe ꝑpeſſos: cũ nondũ eſſent ad animi magnitudinẽ illã ꝑuecti: non eni ꝓmũ illđ de xp̃o iudiciũ cõceptũ aĩo depoſuerãt. Nã Petruſ ubi Ieſum negauit ſentiẽs quo maloꝝ iã ꝑueniſſet: foras egreſſus: fleuit

amare:ceteri uero ſunt merorę ꝑculſi:quē ex his cōcepiſſent:que in Ieſum uiderāt cōtigiſſe:nimiꝝ qui adhuc eius admiratōe detinerentur:& ubi his ſepius ille apparuiſſet efficacius impoſteꝝ ſunt & fortius cōfirmati:q̄ ꝓus fuiſſent:ut crederēt Ieſum dei filiū eſſe. Et Celſus quidē preter philoſophi dignitatē:hūanam hāc excellentiā non in ſalutari doctrina cōſiſtere & puris moribus imaginatᷣ:ſed in perſonaꝝ inductōibus quas ip̄e ſibi preter ꝑſone cōditionē cōfinxerit. Nā & illud aſſūpſit:ut dicat:q mortale aliquid ſibi ut deus deſūpſerit nō mortē obire:uel ſi forte hāc obeat:nō tn̄ eā q̄ exēplo eſſe aliis q̄at ut re ipſa adacti:ꝓ pietate & dei hoc cultu & ipſi oppetāt mortem. Et ſane hec Celſus ī eoꝝ cōſpectu & iactat et gl'atᷣ q ī ueri falſiqꝫ cultus diſcretōe fallūtᷣ:et pios qdē ꝓ ipiiſſimis ducūt a deoqꝫ ꝓcul aberrāt:ita ut cuiuis potius ꝑtinaciſſimā mētē q̄ illi accomodēt et ſūme eē id pietatis exiſtimāt:& tūc p̄cipue cū ſeſe ad eorum internitōnem ꝓripiūt:qui ad unius & ſingularis dei ſe cultū aptiſſime ul'ad mortē uſqꝫ addixerit. Quietiā iudaicę interuētu ꝑſone Celſus:Ieſū incuſat:qa ſe minus oīum maloꝝ exptē:et puriorē p̄tulerit. At uel ſi ꝓ eius eloq̄ntia Celſus oſ̄dat quoꝝ nā maloꝝ īmunē nō ſe p̄tulit Ieſus:ᷣſi enī his ait q̄ mala ꝓprie ſunt:ieſū minime caruiſſe:oſ̄dat ipſe aptius qd nā ille malefice geſſerit:ſin uero ꝓ malis īopiā ducit & crucē:et patas illi ꝑ hoīeſ prauos inſidias:arguitᷣ & Socrati plane fateri q̄ mala ſūt cōtigiſſe:cū ſe neq̄rit demōſtrarᷣ:nō his malis fuiſſe obnoxium:quanta preterea uel aliorum ſit inopū multitudo apud græcos philoſophātium:qui & paupertatem ultro ſuſceperint:per multi græcoꝝ ex aliorum ſcriptis intelligunt. Siquidem de Democrito litteris proditᷣ ꝙ relicto peculio ad philoſophiam ſe cōtulit: de Cratite uero ꝙ a curis ſe uendicaſſet:ubi ex diuenditis poſſeſſionibus conflatum argentum dono Thebanis dediſſet: de Diogene inſuper ob nimiam rerum tenuitatem:ꝙ dolium inhabitaret:cum alioquin a mortali nemine qui uel mediocriter ualeret ingenio:inter malos ſit habitus. Verum quandoquidem non prorſus uitiorū expertem Ieſum Celſus eſſe peruelit: oſtendat quis nam eorum quorum oratio plurimos oblectarit:&ſi multa conſcripſerit:quod in Ieſu coargui poſſet: litteris demandauit:ᷣuel ſi ex iſtis nil habeat

cuius Ieſū inſimulet:ꝓferat unde nō illđ acceperit:ut hūc nō ꝓrſus irrephenſibilē dixerit? Atqui Ieſus ea ꝑor ipe pegerat q̄ faciēda aliiſ iniūxiſſet.ſiquidē ex ſuis opibus optīe geſtis:illis cōduceret pluri mum:q ſuis dictis uacarēt:cū illū uiderēt ꝑus q̄ diceret executum q̄ euāgeliū ubiq; terraꝝ ꝑdicaret:uel euis doctrinā diſcplī:ī oēs:gēteſ denūtiaſſent.qn & illđ ꝑdixerat fore ut ad reges & principes duce rent:quo fit ut alia nulla de cauſa niſi eius doctrīa hūc demiremur & quotidie magis ſuſceptā ī eo fidē & ualidiuſ obfirmemus.Sed ne ſcio qbus nā aliis uel maioribus uel aptioribus argumētis depoſce ret Celſuſ:certiora ut faceret Ieſus q̄ ipe prediceret:ni forte uti appa ret:ignarus ipe uerbū Ieſū hominē factū: nollet ut humanū is nil pateret:neq; ut exemplar hoībus fieret ꝑcipuū:ad oīa:utcūq; icide rint tolerāda:&ſi miſerrima hec & ignominioſiſſima admodū Cel ſo appareāt:nimiꝝ q ut Epicureuſ homo ꝓ ingēti malo laboreſ du cat:ꝓ ſūmo bono & uoluptatē:qđ tn̄ ex philoſophis nemo aſtru xerit q diuinā inducat ꝓuidentiā:fortitudinēq; & tolerantiā:& ani mi magnitudinē uirtutē eſſe affirmet:Ieſus uero nil quicpiā fidei q̄ in ſe haberet ex his que toleraſſet imminuit:ſed illā potius in his ualidorē effecit:q eā admittere fortitudinē uelint: & q ab ſe fuerint illud edocti:uitā quidē:beatā aliquē ducere certiorē & uerā: non in hoc mundo intelligi:ſed ī eo qđ ipe futuꝝ ſeclm dixit: & calamito ſum eſſe ꝑterea affirmauit:qđ in pn̄ti ſeclo uiueret:& aīæ eſſe ꝑmū id & ingēs certamē. Nos inſup ita Celſus affat:nō enī eſtis uos id aſſerturi: ꝙ ubi nemini potuit ī terris q̄ uellet ille pſuadere ad infe ros ſit tandē demiſſus:ut illis pſuaderet.atq uel Celſo īuito dicturi ſumuſ ul cū ī hūaniſ ageret ieſus & ī corpe adhuc pmaneret:nō pau cis illū ſed tā mltis pſuaſiſſe:ut præ eoꝝ iā mltitudie quoſ dicto au diētes haberet:pate ſibi īſidie ſint:& ubi e uita exceſſit:depoſito cor pore in aīam nudam redactuſ: cum animis etiā corpe uacuis nuda tiſq; uerſabatur: ex his ad ſe reuocans quos uel ſequi ſe uellet: uel pro cognitis ſibimet rōnibus aptiores uideret:ut ad ſeipm cōciret. Subdit deinde noſcio quod ſtolide dictū ſic Celſus:&ſi abſudiora quedā q̄ reſpōdeatis excogitaſtis:in qbus eſtis ridicule circūuēti: exiſtimatis tamē uera quedā uos reſpōdere:qd īpedit quo minus

& dãnatos alios qui infeliciter euaſerũt angelos diuinos quoſdam eſſe exiſtimemus? Q đ aũt nil habeat ꝓrſus cũ his ſimile: qui per magicã artẽ infelicius ſe morti ſubtraxerit: q̃ ſit Ieſus perpeſſus uł aliud qduis cũ his cõe cuiuis hominũ perſpicuũ eſt: nõ enĩ poterit quiſpiã demõſtrare magicũ aliquod opus: a multis & prauis q̃ in ter hoĩes uigent: auertiſſe facinoribus aĩmos: nec ex tã habũdanti nequitiæ fluxu: ad officiũ traduxiſſe. At Celſi iudeus Ieſum p̃do nibus cõparãdo id inquit. poſſet enĩ ſimili impudentia de Pyrata quouis & homicida: affectis ſupplicio dici. nõ enĩ p̃do hic aut car nifex erat & ſanguinarius: ſed deus: quippe qui ſuis latrocinia una exercẽtibus iãpridẽ p̃dixerit: tales datuꝝ ſe pænas: quales iã pertu lit. Primũ aũt ad id rñdẽdum: nõ enĩ qa latuꝝ ſe Ieſus iſta p̃dixe rit de eo tenemus q̃ & recte ſentimus: ſed illđ gloriæ ducimus: qa a deo ad nos ille deſcenderit. Secundum uero & illud afferimus: p̃dictum & in euãgeliis eſſe: qa cum impiis deputatus ẽ: & apđ im pios deus: qui latronẽ p ſeditionẽ & homicidiũ: cõiectum in car cerem dimitti libeꝝ maluerũt: Ieſũ uero ſuffigi patibulo: quẽ & in ter duos latrones cruci mediũ affixerũt. & ſane ſemp ĩ ſuis diſcp̄lis teſtimoniũ phibentibus ueritati: cruci affigit᷑ cũ latrõibus Ieſus: & eãdem quã illi dãnationẽ: apud hoĩes ſuſtinet. Quinetiã illđ ſic affirmamus: ſi enĩ hi ſimile aliqd iuxta Celſũ cũ latronibus habẽt: qui ꝓ eoꝝ in creatorẽ pietate ſincera et puriore ſeruãda: proq; Ieſu doctrĩa cruciatus oẽs et mortes ſuſcipiũt: ꝓfecto & Ieſus: ut huius auctor diſciplinæ: ex Celſi ſnĩa archipyrate nõ ĩmerito cõpat᷑. nec ꝓ cõi ſalute hic moriẽs neq; diſcp̄li q ꝓ fide & pietate ſeruãda oĩa tollerarit: et ſoli mortaliũ ob iter his uiſũ ad diuinũ cultũ traduce re: ꝑpeſſi inſidias: nõ iniuſte tollunt᷑ e medio: nec Ieſus nõ ĩpie ꝓ ditur. auduerte p̃terea que Celſus de Ieſu deq; diſcipulis deſſeren do proſequitur: que hunc in modum ſe habẽt. Deinde hi quidem qui cum eo dum uiueret una uerſabantur: huiuſq; & uocem audi ebant ſimul & preceptore hoc utebant᷑: cum excruciatum & mori entẽ uiderent: nil tamẽ ſecum una uel mortem oppetiere: uel hanc ipam pro eo ſubire ſunt auſi: nec deniq; potuerũt ut paruiducerẽt

pœnas:induci.ſed eſſe ſe illius diſcipl'os apte negarũt:nuc uero ſoli uos eſtis illi cõmortui.uel in his qdẽ hauddubiũ fidẽ adhibet Celſus eoꝝ cõmiſſis:qui & nup eſſent ad fidẽ inducti:& nõdũ pfectõnem aliquã aſſecuti:& cũ eadẽ euãgeliũ narret:credit hic libẽs:euãgelicis dictis: ut xp̃i doctrinã coarguat.ſed quẽadmodũ & delicti hos penituerit:& emẽdati demũ fidẽtiſſime fuerint in iudeos inuecti:a quibus poſtmodũ ſint tã multa ppeſſi:& ita ut p Ieſu doctrinam:uel mortẽ ſubierit:reticuit & ſilẽtio preſſit:nec audire uoluit Ieſũ Petro dicentẽ. Cũ aũt ſenueris: extẽdes manus tuas & hmõi cetera:cui dicto & illud adiecit ſcriptura.hoc aũt dixit ſignificãs q̃ morte glorificaturus eſſet deũ.nec illđ quidẽ crediturus ẽ Celſus: & Iacobũ Iohãniſ germanũ apl'm ſane & apli frẽm:ab Herode fuiſſe ꝓ xp̃i noĩe gladio trucidatũ: nec q̃uis alia q̃ Petꝝ ip̃m et apl'os ceteros ĩ xp̃i doctrĩa conſtãtiores ita effecerant:ut uel a conſpectu cõcilii:ubi uirgis ſunt ceſi:letiores abſceſſerĩt:qa ꝓ xp̃i noĩe ignominiã pati dignati ſint:cũ lõgeplurimũ philoſophos hos añirẽt: quoꝝ tolerãtiã græci memoriæ ꝓdidere. Eníuero hec Ieſu doctrina tũc p̃mũ apud eos q hũc audirẽt magis ac magis ĩualuit: qp̃pe que cõtẽnendã eſſe hãc uitã inſtrueret: q̃ a multis cupidius cõplecteret̃:& illi ſtudẽdũ cõmonefaceret:q̃ uitæ eſſet diuinæ pſimilis: Veꝝ quo pacto nõ mẽdacii arguẽdus ẽ Celſi iudeus:cũ ait ad decẽ nautas Ieſum legiſſe & publicanos perditiſſimos quoſdã:& ex his quidẽ admiſiſſe nõ ml'tos ſatis conſtare: tã&ſi uel iudei ip̃i nõ inficias irent:nõ decẽ modo uel cẽtum: uel mille ſibi hunc ſecreuiſſe: ſed turmatim nunc milia decẽ:nunc qnq;:atq; adeo tã ml'tos ad ſe contraxiſſe:ut uel in ſolitudinis loca ſe ſint cõſecuti:que ſola poſſent tã cõfertã ml'titudinẽ capere:q̃ p Ieſũ nõ ſolũ mirificis uerbis inſtructa:ueꝝ re & mirãdis opibus cõfirmata:deo iã crederet. Cogit aũt ſepe nos Celſus q̃ ſemel ꝓtulerit repetẽdo:ut ſe imitemur. cauemus nanq; uel maxime ne quis nos ſuſpicet̃:e tam multis uel aliqua p eũ obiecta crimina p̃teriſſe. nam ut ea inqt que diximus ſubſeq̃mur:& illud addemus:Si eni nemini uiuẽs hic potuit:que diceret:ſuadere:hoc mortuo:ut quiuis hominũ tã multos habeat

ꝑſuaſos:quo modo nõ abſurdius fuerit? Eniuero ſi in dicẽdo hic modũ ſeruaſſet:dicere ꝓculdubio debuit:ſi enĩ Ieſu uita defuncto nõ ſolũ quis hominũ:dũmodo uelit ꝑſuadẽdi uim habeat:ſed uel hi quidẽ qui & uolũt & ſuſtinere tot poſſunt quibus ſuadeat̃:quã to æquius fuerit & Ieſum ubi ad uitã ſe cõtuliſſet longe pluribus: ui quadã dicẽdi et mirãdis opibus ſuaſiſſe?mox Celſus uelut ſibi rogãti a nobis deſumẽs qđ iuxta ſe dari poſſet reſpõſũ:ſic ĩquit. q̃ enĩ mente ad id cõceſſiſtis:ut dei hũc filiũ putaretis? unde & facit nos ſic reſpõdere:huic quidẽ ipſi acceſſimus:etſi nihil ignari ad ꝑ niciẽ autoriſ nequitiæ illata illi fuiſſe ſupplicia.Nos uero rõnibus mltis ad Ieſũ cõceſſimus: quaꝝ ꝑpaucas admodũ iã explicauimuſ & explicaturi deo uolẽte impoſteꝝ ſumus. Nec ſolũ q̃diu hec ad uerſus ueꝝ Celſi ſermonẽ:ut ip̃e putat:tractabimuſ:ſed cũ de aliis nobis erit rebus dicẽdũ.Et ꝑinde aſſerẽtibus nobis iccirco dei hũc filiũ eſſe quia ſit tormẽtis affectuſ:ſic inquit.quid igit̃ nõne et alii multi:nec minori cũ ignominia:ſunt pænis affecti? & ſane haud ſecus agit hic Celſus ac ſolẽt uiliſſimi quidã xp̃ianæ doctrinæ in ſenſi: qui plane id ſequi iure exiſtimãt qa ꝓditũ hiſtoriæ ſit Ieſũ: fuiſſe cruci affixũ:& nos itẽ ceteroſ ut affixos patibulo adoremus. ꝑſepe aũt Celſus cũ uideꝛ nil q̃at quod Ieſu uirtutibus poſſit obii cere:quas utiq; edidiſſe lr̃is ꝓditũ ẽ: magice artis has ipſas inſimu lat:& hmõi dictis:ut nobis licuit:nõnunq̃ occurrimus:nũc aũt ue luti id reſpõdẽtibus nobis Celſus ip̃e ſic ſubdit: iccirco enim hũc dei filiũ diximuſ qa & claudos & cecos ſanauerit:nã & illđ adiecit: ut enĩ uoſ plane aſſeritis & mortuoſ excitauit.ꝙ aũt claudicãtibuſ greſſũ:& cecis lumẽ reddiderit: unde & xp̃m hũc eſſe & dei filium exiſtiemus:uel ex ꝓphetaꝝ ſcriptis nobis ĩnotuit:id ꝓculdubio aſſerẽtiũ:tũc enĩ & cecoꝝ oculi apiẽt̃:et ſurdoꝝ aures audiẽt:et uti ceruus claudus ſaliet.ꝙ aũt mortuos excitauerit:ne figm̃ta eẽ et fa bulas puteſ:q̃ euãgeliſte cõſcripſerit:ex hoc plãe oñdit̃:nã ſi uana hec eẽnt et fabuloſa q̃mltoſ illi ſcripſiſſẽt r̃ſurrexiſſe:ul̃ eoſ qdẽ quoſ annos plurimos ſepulchra ſeruaſſẽt:ſed qa neq̃q̃ ſupuacanea ſũt & leuiter hec adinuẽta:ꝑpaucos admodũ expreſſerũt.archiſynagoge

ſ.filiã:de qua neſcio quo modo id dixerit ieſus: non enĩ mortua ẽ
ſed dormit:cũ de hac aliquid deſignaret:quod mortuis ceteris nõ
ineſſet:et unicũ uiduæ filiũ quẽ miſeratus exciuit ab inferis: ubi et
cõſiſtere fecit qui illũ efferrent.Et tertiũ Lazarũ illũ quadriduanũ.
& id equidẽ dixerim:& iudeo pcipue:ut enĩ in Helyſei pphete di
ebus: &ſi multi eſſent leproſi ex his tamẽ nemo mũdatus ſit niſi
Namã ille & Syrus:cũq; & multe uiduæ eſſẽt in diebus Elyæ pro
phetæ: alioqn ad nullã illaꝝ Elyas eſt miſſus niſi ad Saraphtẽ il
lam ſidoniã.hec nanq; eſt dignior habita pphetæ miraculo:qđ fe
cit in panibus diuino quodã iudicio: ſic & mortui erant Ieſu tpe
multi:ſed illi dũtaxat ſũt a mortuis excitati: quos deus uerbũ ad
reſurgendũ aptiores cognouerat:ut non ſolũ q̃ gererent̃ p Ieſum
alia quedã pretẽderent:ſed uel ex his ad euãgelii admirãdã doctri
nam induceret Ieſus ipſe q̃multos.At ip̃e illud aſſeuerauerim pro
Ieſu pmiſſiõe diſcipl̃os maiora feciſſe q̃ fecerit Ieſus:in his q̃ & ta
ctibilia ſunt & ſub oculos ueniũt:per hos ſiquidẽ ſemper aĩo cecu
tientiũ oculi apiunt̃:& eoꝝ inſuper aures:q ad audiendã uirtutis
doctrinã iam obſurduerãt:quẽuis de deo & de beatiori q̃ apud eũ
eſt:uita:libẽtius audiũt diſſerẽtẽ.Multi p̃terea et greſſibus:ut dicit
ſcriptura:interioris hoĩs p̃pediti & claudi:p uerbũ ſanitate recupa
ta:nec ſimpliciter ſed in cerui morẽ pſiliũt:quod utiq; animal ſer
pentibus infenſius ẽ:& uipereũ quoduis exuperat uirus.Et hi qdẽ
ſanitati iam reſtituti ex Ieſu ptãtem accipiũt: ſerpẽtes & ſcorpios:
& inimici demũ potẽtiã omnẽ ut pedibus p̃mãt:qbus antea egro
tarent & capti fuiſſent:& opprimẽtes illeſi abeũt: qppe qui demo
num nequitiã omnẽ & uenena puicerint. Ieſus igit̃ cũ diſcipulos
ſuos non ſolũ auerteret ne magicis intenderẽt animũ: utcũq; ſe p
mittẽtibus mira facturos (non enĩ id uerebant̃ diſcpl̃i) ſed ab his
p̃cipue ut cauerẽt monebat:q xp̃m eſſe ſe mẽtirent̃:& p̃ſtigiis nite
rentur ad ſe multos traducere ſic eos affatur. Siquis uobis dixe
rit. Ecce hic chriſtus:aut illic:nolite credere:ſurgent enim pſeudo
chriſti & pſeudoprophete: & dabunt ſigna magna & prodigia:
ita ut in errorem inducant̃:ſi fieri ꝑ põt:& electi: ecce p̃dixi uobis:

ſi igitˀ dixerint uobis:Ecce in deſerto ē:nolite exire.ecce in penetra libus:nolite credere.Sicut enī fulgur exit ab oriēte & apparet ī oc cidente:ita erit aduētus filii hoīs. Cū aūt dixerit mihi quidā ī illa die.Dn̄e dn̄e:nōne ī nōie tuo comedimus:& ī noīe tuo bibimuſ. Et in nomine tuo nōne et demones eiecimus: & uirtutes multas opati ſumus?tūc dicā eis diſcedite a me oparii iniqtatis.Celſuſ ue ro cū Ieſu miracl'a cōmunia facere et magicis uelit:dictis his utitˀ. O lux & ueritas.ſua uoce & apte haud ſecus atq; ipſi cōſcribitis il le hec ꝓtulit.Veniēt ad uos & alii ſimilibus uirtutibus uſi: praui et magi.et Sathanā dicit hm̄ōi machinatuꝝ:quo fit ut neq; ipē in ficias eat:haudquaq̄ diuina hec eſſe:ſed magica opa:ſimul igitˀ ue ritate cōuictus:& alioꝝ facta detexit: et ſua coarguit. ueꝝ quo pa cto non miſeꝝ fuerit ex hiſdē opibus hūc ꝑ deo haberi:illos ma gos exiſtimari?cur enī ex his alii potiuſ q̄ hic quo illi teſte utūtˀ: ut neqores & pditi putādi ſunt?hec qppe & ipſe haudquaq̄ eſſe di uinæ naturæ profeſſus eſt.ſed eiuſmōi ut fallaces quoſdā ꝑtendāt & per ditiſſimos.Aduerte ut apte uel in his Celſus xp̄i doctrinā impugnet. Sed aliud ē quod de his intulit Ieſus qui ſigna eſſent & ꝓdigia quedā facturi:& aliud lōge quod Celſi iudeus ꝓfatuſ ē. Nā ſi Ieſus cauēdoſ dūtaxat q ꝓdigia ſe facturos ꝓmitterent:diſci pulos monuiſſet:nec q̄les ſe illi ꝓfeſſuri eſſēt:dixiſſet:fuiſſe forſitā aliter ſuſpicādi Celſo locus oblatus:ſed is ſane nobis cauēdū ab il lis iniūgit q ſe xp̄m eē polliceanṫ:qđ utiq; neq̄q̄ faciūt magi.quoſ dam deinde affirmat:etſi praue uiuētes:ī ſuo noīe uirtutes tn̄ opa turos:abacturoſq; ex hoībus demones uel potius(ut ita dixerī)ex terminaturos iſtoꝝ undeq̄q; res magicas:et de his oēm ſublatū iri ſuſpitōem:ita ut Ieſu et diſcipl'oꝝ īducatˀ diuinitaſ. fieri etenī pōt: ut xp̄i hoc noīe quiſpiā uſurpato:neſcio quo pacto:uirtute q̄dam in ſe opante:ſi xp̄m ſe mētiatˀ et ſimulet: ſimilia quedā ut uideatˀ q̄ xp̄s fecerit factitar̄:& q Ieſu utatˀ hoc noīe pīde his ſimillia gere re q̄ et diſcpl'i geſſerit.& paulus qdē ī ſecūda ad theſaloniceſes epl'a ea de re ita definit.reuelabitˀ homo peccati filius perditionis et ad uerſarius:qui & extollitˀ ſupra quod dicitˀ deus: aut quod colitˀ:

ita ut in templo dei ſedeat: oſtendens ſe tanq̃ ſit deus: & ad eoſdẽ ſic infert. Et nunc quod detinet ſcitis ut reueletᷣ in ſuo tpe. Nã myſteriũ iam iniquitatis operatᷣ. tantũ qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. & nunc reuelabitᷣ ille iniquus quem dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet in luſtratione aduentus ſui: eũ cuius eſt aduentus ſecundũ operationẽ Sathane: in omni uirtute & ſignis: & ꝓdigiis mendacibus: in omni ſeductõne iniquitatis his qui pereunt. Exponens preterea & cauſam cur permittatᷣ impius ille ad uitam ꝓdire: quia caritatis inquit ueritatẽ non receperunt: ut ſalui fierent. Ideo mittet illis deus opationem erroris ut credãt mendacio. Vt iudicentᷣ omnes qui nõ crediderũt ueritati: ſed cõſenſenſerunt iniqtati. Dicat aũt aliquis: nun aliquod euangelii dictum: uel ab apoſtolo ipſo ꝓnũtiatum: locum prebeat ſuſpicadi: aliquid huic ineſſe magice artis: de qua ut oportunũ fuit iam diximns: licebit etiam uolẽti cuiq; ex Daniele petere de antixp̃o hoc prophetiã. Quinetiã mendax in eo Celſus deprehenditᷣ: quia cũ haudquaq̃ inquiat Ieſus uenturos & alios eſſe: qui uirtutibus utãtur ſimilibus: prauos quidẽ & magicos homines: ipſe tamen affirmet: illum hec proruliſſe: nam quemadmodũ ægiptiorũ uatũ nequaq̃ uis oĩs æquari gratiæ põt: que Moyſi mirandũ eſt in modũ colllata: ſed exitus arguit ægiptioſ qdem p̃ſtigiiſ niti: Moyſẽ uero q̃ geſſerit geſſiſſe diuinitus. ſic & eoꝝ qui xp̃i falſo ſibi nomen aſciſcunt: & qui pinde Ieſu diſcipuli uirtutes & ꝓdigia mentiuntᷣ: co arguuntᷣ plane uel in omni iniqtatis ſeductione fallaces. & his ſane illa qui pereunt ualẽt. que uero per Ieſum & eius diſcipulos edebantᷣ: fructũ nõ ſeductionẽ ſunt habitura: & animaꝝ ſalutẽ. quis enim uitã que recte degatᷣ: & in dies nequitiã frenet: & minuat: iure dixerit a ſeductione ꝓdireᷣ neſcio tamen quid nam ſeorſum uiderit Celſus: ut faceret Ieſum ꝓnuntiaſſe: quemadmodũ Sathan eſſet iſta machinaturus. quin & dictũ alio rapiẽs nec Ieſum ait inficias ire: nihil hec in ſe habere diuinitatis: ſed imꝓboꝝ hominũ opera eſſe: genere hec ipſa ſimilia faciẽs: cũ ſint diſſimilia: & quemmodũ lupus non eiuſdẽ generis eſſe cum cane uidetᷣ: uel ſi habere

quidpiam uideaᷓ aſſimile:cum ex corporis habitu:tum uocis ex
ſono:nec cũ palumbo columbus id generis eſſe:ſic nil ſimilitudi
nis habet quod fuerit diuina uirtute pactum: cum his que magi
cis fiunt carminibus. uel hec quidẽ Celſo huic nocẽtiſſimo reſpõ
debimus: ꝗremuſꜛ nũ & uirtutes ipſe ꝑ prauos demones magi
ca arte quadã ꝑficiunᷓ: nec rerum mũdanaꝝ uis aliqua fit:ꝑ diui
nam illam & beatã naturam:ſed uita hominũ que peiora ſunt de
tulit: nec que potiora eſſent capere potuit: Et ſane mihi uideᷓ ſi
cunctis in rebus illud ſeruandũ eſt: ut ubicunꜛ deterius aliquid
ſimuleᷓ:id generis eſſet cũ eo quod melius ſit: neceſſariũ fore: ut
ibi econtra ſit aliqd potius:ſic & in his ꝗ ex ꝑſtigiis fiũt:illud ne
ceſſario ſequiᷓ:ut cõſtet etiã operatione diuina effecta eſſe in hac
uita ꝗmulta:& eiuſdẽ eſt certe: ut uł alterum tollat & neutrũ fieri
affirmet:uel ſi alteꝝ ipẽ aſtituat:& ꝑſertim qđ deterius ẽ: fieri qđ
melius ẽ: fateaᷓ. Siqs uero ꝗ magice fiunt ꝓduxerit: ꝗ uero diui
nitus:ꝓrſus omittat:is haud ſecus facere mihi uideᷓ:atꜛ alius qſ
piam: qui ſophiſmata eſſe quedam ꝓponat & accomodas ad per
ſuadendũ orationes:&ſi ueritatem illa nil aſſequanᷓ: ſimulent tã
men que uera ſunt cõfirmare: cũ alioqn nec ueritas ipſa apđ mor
tales:& dialectica:a ſophiſmatibus aliena tracteᷓ.ꝙ ſi ſemel illud
& praue admittimus:conſequens eſſe ut ubi magice artes:& uene
ficia ſint que a puerſis demonibus exercenᷓ: accuratis quibuſdã
carminibus delinitis:& magoꝝ quorundam dicto audientibus:
eodem uel diuina ui quadam & neceſſario apud homines iſta re
perianᷓ:cur non attentius qui mira de ſe facere pollicenᷓ:cum ex
uita ipſa: tum & ex moribus:tum deniꜛ ex his que ad edẽda mi
racula requirunᷓ: expendimus:utrum noxia mortalibus ſint an
profutura que faciũt:utrum demonibus obſequendo:ueneficis q
buſdam carminibus iſta quis fecerit: an ſanctiori in loco & puro
cõſiſtens:animo toto & ſpiritu:& ut arbitror corpore:ubi deum
iam attigit:ſpiritu ſancto admiſſo:ipſa hec pagat: ut hominibus
proſit:horteturqꜛ:deo ut uero credant & obſequanᷓ:ꝙ ſi licet id
querere:ꝑtãtibus modo nil ꝓhibẽtibus: qs nã uel ã deterioribus

uel potioribus que gerat deſumpta pegerit: ne maledictis omnia inceſſamus: & uniuerſa pinde diuina uel demiremur uel admitta mus: cur non liqdo pateat ex his que olim p Moyſem uel Ieſum ſunt geſta: ut gentibus uniuerſis poſt iſtoꝝ edita mirifice ſigna: aſtruentibus diuina potentia feciſſe illos que facerent: & que ipſi facta eſſe plegimus: non eni uel prauitas uel ueneficia ipſa: genus hominū ſic cōfirmaſſent: ut nō ſolum ſimulachra & quicqd ho mines ſtatuiſſent: ſed uniuerſoꝝ que condita ſunt & naturā puice rint: traſcenderintq; ad dei qui cuncta complectit: & pricipio ca ret: imperiū. Sed cum Celſi iudeus nec iſta inficiet: ita hūc cōpel lauerim: heus tu. cur enim que apud te ſunt litteris pdita: deum .ſ. illa geſſiſſe que ſunt p Moyſem mirifice geſta: diuina eſſe hauddu bie credidiſti: & diſceptando cōuincere niteris q ipſa hec carpēdo haud ſecus & magice facta eſſe aſtruxerint: atq; ea q̄ p ſapiētes ægi ptios quoſdā gerunt: que uero ex Ieſu dn̄o pdierūt: & ſi tibi ſat conſtat fuiſſe hauddubie geſta: tanq̄ aduerſarios tuos ægiptios imitatus: ut minus diuina coarguis: Si enim uel ipſe reꝝ euētus: & gens omnis Moſaicis prodigiis cōfirmata: quia illa p deum fie ri aptius uiderent: p Moyſem facta eſſe confirmet: cur nō potius & in Ieſu idipſum patuerit: qui maiora longe q̄ Moyſes geſſerit: ille ſiquidē qui ex gente Habraæ eſſent: & eius ex ſemine oriūdi: & ex ſucceſſione circumciſionē ſeruarent: & Habraæ gentiū eſſent emulatores effecti: ubi uolentes & pmptiores accepit: ex ægipto eduxit: diuinis impoſitis: quibus crediderant legibus: at Ieſus lon ge maius aliqd auſus: ſuperinduxit pſtinæ uitæ cōſuetudine cap tis: patriiſq; moribus & ſuis legibus aſſuetis euangelicā uitam. q & ſi Moyſes non ſolum ut a ſenioribus ſibi: ſed a populo fides ad hiberet ſignis indiguit: que & feciſſe ſacris litteris prodit: cur & Ieſus: ut fidem de ſe pplo faceret: ſigna expoſcere aſſueto: nō hiſdē uirtutibus egeat: que præ eaꝝ: cum excellentia: tum maiore qua dam diuinitate: ſi cum Moyſi rebus: & ſi mirabilibus: cōferant: ar guant pfecto & retrahere homines a iudaicis fabulis: & hūanis quas habēt traditiōibus potuiſſe: & plane efficere ut ea & docentē

admitterent:& factitantē que diceret? quippe q magnitudine ſua ꝓphetas excederet: cur enim non eſſet hic prophetis preſtantior: qui a ꝓphetis fuiſſet ut chriſtus & generis humani ſaluator iam pridem denuntiatus? poſſunt preterea uel ea ipſa que Celſi iude us Ieſum credentibus obiicit: in Moyſi criminationē concedere: ita ut nihil interſit: utrum & Moyſem magū appellet: ubi ieſum magicæ artis inſimulauit. Siquidem quantū iudei ex dictis conci pi poteſt: quem Celſus inducit loquentem: utriq͂ poſſunt his cri minationibus ſubdi: exempli gratia: de ieſu ſic loquit᷑ Celſi iude us: o lux & ueritas & alia q̄ ſupra ſunt explicata: eadē uoce et Moy ſes aperte hec ut litteris ꝓdidiſtis: iuxta uos loquit᷑: ueniēt ad uos alii uirtutibus uſi ſimilibus praui & magici. De Moyſe item ad iu deū eadem hec dicturus eſt aliquis: ſiue ægiptius: ſiue quis alius fuerit: qui rebus p Moyſem geſtis nil fidei p̄beat: & ita ut inquiat ueſtris in libris id ſcribit᷑: Si autem ſurrexerit in te propheta aut ſomnians ſomniū: & dederit tibi ſignum uel prodigium: & non ueniat ſignū ſeu ꝓdigium: quod locutus eſt ad te dicens: Eamus & ſequamur deos alienos quos neſcitis: & ſeruiamus illis: Nolite audire uerba ꝓphetæ illius: aut ſomniantis ſomnium illud & reli qua. Quinetiam qui Ieſu detrahit uerbis fidem: ſathanam aliquē & que ille fecerit machinari: aſtruxerit. Qui uero illud & Moyſi communicabit: ꝓphetam mox dici hunc ſomniantē: qui hec mo liatur eſt aſſerturus. Et quemadmodum Celſi iudeus de Ieſu id in tulit: neq͂ eū inficias ire: in ſe nihil iſta habere diuinitatis: ſed eſſe improborū hominū opera: ſic q Moyſi rebus ꝓrſus diffidit: hec ipſa que diximus obiectabit: dixeritq͂ nec Moyſem ipſum id ne gaturum diuina minus hec eſſe: ſed prauoꝶ hominū opera. Nec ſecus ul̄ī eo ſe geſſerit: ut ueritate cōuictus Moyſes idē: ut uideat᷑: ut dictū eſt: alioꝶ facta ſimul detegere: & ſua coarguiſſe: iudeo aūt & illud dicenti: cur enim non miſerum fuerit: ut ex hiſdem operi bus: alter deus: magus alter exiſtimet᷑? reſpōſurus eſt aliquis iux ta ea que de Moyſe diximus. quo pacto non miſerum fuerit: pro phetam dei alterum dici & ſeruum: alterum magum? Sed cum in

diſſerendis huiuſmodi longeplurimũ Celſus hic immoret͛: que iam expoſuimus: & cõmunia diximus: illud ſubiecit. Cur enim ex his alios potius q̃ hunc ipm̃: quo illi teſte ſunt uſi: ut ĩprobos: improbitatis non incuſabimus & nequiores duxerimus: ad hec ſumus illa & nos obiecturi: que dicta iam ſunt uel eiuſmõi. Cur enim ex his potius illi: quibus Moyſes prohibet fidem preſtari: qui ſigna & prodigia preferũt: habendi ſunt improbi: q̃ Moyſes ipſe qui alios culpet: q̧ ſigna & prodigia edant: ſed pluribus Celſus hec ipſa ediſſerens: ut quod ſentit exaugeat: huiuſmodi inqt. Hec autem ille non diuinæ naturæ profeſſus eſt eſſe inditia: ſed ſeductoꝝ quorundam & hominum perditoꝝ. Verum quis ille: at tu iudee Ieſum eſſe hunc dixeris: contra uero qui te criminat͛: ut eidem crimini plane obnoxium: cum illum dixeris: Moyſem eſſe: interpretabit͛. Deinde nos Celſi iudeus ita affatur: cum ſuos conciues alloquit͛ & chriſtianæ diſciplinæ credentes. Ad quem enim uos conceſiſtis: nun ad Ieſum iccirco: quia moriẽs predixit ſe ſurrecturum: uľ hoc ipſum poterit & de Moyſe dici. Cum nos ita rogabimus: uos uero ad quem conceſſiſtis: nun ad hunc ipm̃ & ea decauſa: quia huiuſmodi Moyſes de ſua morte ante conſcripſerat: & mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus dñi in terra Moab p uerbum domini. Et ſepeliẽrũt eum in Moab iuxta domum Fogor: Et nemo nouit ſepulturã eius uſq; ad diem hanc. Vt itaq; Ieſum carpit iudeus qa moriens ſe ſurrecturum predixit: ſic item & qui de Moyſe ſimilia quedam protulerit: iudeo de Ieſu hec iocula riter affirmanti: & Moyſem dicturus eſt de ſe illa ſcripſiſſe: ſiquidẽ illius ſit Deutronomii liber: neminem ad hunc diem tenere ubi nam ſit ipſe ſepultus: pinde ſuum iactet & extollat ſepulchrum: ut quod hominum generi nondum innotuerit. Porro iudeus ſic ſuos ciues in Ieſum credentes alloquitur. Sed agedum credamus uobis id eſſe predictum: uerum quot nam alii ſunt qui de ſe iſta portenderint: ut ſtulte audientibus que uolunt ſuadeant. Et operam ad errores aliis ingerendos inſumant: quod & Samolſim ferunt apud Scythas Pythagore ſeruũ feciſſe: & Pithagorã ipm̃ in

Italia: & in ægipto Rampſimitū quempiam: qui & aleam luſiſſe apud inferos cum Cibele fert. ab eaq; & aureū uelū dolo tuliſſe. Nec ſecus & in odryſes Orpheum:& in Theſalia Proteſilaum: & Herculem in tenaro: & Theſeum egiſſe idipſum affirmant. Sed illud conſiderandum utrum in uero aliquis moriens: cum corpore ſimul iterato ad uitam hāc remeauerit: an aliorum facta pro fabulis ducitis: uobis uero comediæ libet inuerſionem honeſtius eſſe quam uerisimiliter adinuentam: uocem dico per eum in ligno editam: dum animam exalaret. & terremotum & tenebras: & qui uiuens ſibi opem nil tulerit: moriens ab inferis excitatur: & cruciatus ſigna monſtrauit:& manus: ut erāt clauis transfixe: & hec quidem aſſeritis ueſanam neſcio quam mulierem uidiſſe: uel alium quempiam ex eadem magicæ artis officina nequiter prodeūtem: uel per animi affectu & ſomniātem: ut libuit: iſta imaginatū. quod utiq; & innumeris aliis contigit: uel potius cum rei miraculo uellet & alios in ſtuporem inducere: ut per id mendacii & aliis uagandi & concurſandi occaſinnē preberet. Verum cum iudeus ſit qui iſta oblatrat ut apud iudeum & nos noſtrum Ieſum tutabimur: ſimul & de Moyſe ipſo dicturi: quot nam mortalium alii prodigia fecerint: que Moyſes: his ſuadendi gratia factitauit: qui imprudenter que proferunt: ut audiant ſtudent: cum operam ſimul inſumunt ut errare uel alios faciant. Quin & fieri id maxime poteſt: & pro eius ſententia: qui nullam Moyſi adhibet fidem: & Zamolſis ille pro duci: Pythagoraſq; & alii multi: qui portentoſa quedam de ſe ediderunt: quis non admodum græcis hiſtoriis iudeus incumbat. Aegiptius preterea quiſpiam qui Moyſi rebus mirabiliter geſtis: nil fidei prebeat: credi poteſt & Rāpſimitū illum mox producturus: ita ut eum affirmet ad inferos deſcendiſſe: & aleam luiſſe cū Cibele:& aureū uelum retuliſſe in ſignum: ad inferos ſe perueniſſe:& inde remeaſſe ad ſuperos: quando & Moyſes ſcribat & nebulam ſe ſubiiſſe ubi & deus adeſſet: utq; & ſupra ceteros ſolus deo fuerit propinquior: ſic enim ſcripſit: & Moyſes ſolus accedet ad deum: ceteri uero nō appropinquent. Nos itaq; qui Ieſu diſcipuli

ſumus: iudeo hec differenti ſic reſpondebimus. Age qui fidẽ hanc carpis que Ieſu defertur. ægyptio cuiq̃ & græcis Moyſem forte carpentibus: reſpondeas uelim: quid enim ad ea dicturus es crimina: que in Ieſum iam conieciſti? ſi & Moyſem ipſum hec ipſa contingant? quo enim magis Moyſem tutari cõtenderis: uel inuitus confirmes neceſſe eſt: Ieſum: Moyſem hunc diuinitate preſtare. Nam cum miranda ſint & aperta que de Ieſu ſcribunt: profecto nil aliud egeris q̃ te ut ea liberes cura qua ſis Moyſem ipſum tutatus. Enimuero que de heroibus ſunt hiſtoriæ prodita: ꝙ ad inferos deſcendiſſe ferant: & inde ad ſuperos rediiſſe: portentoſa eſſe affirmat Celſi iudeus: nimirum cum heroes illi nec uſpiam apparerent: & ita ſeſe ex hominum conſpectu ſubtraherent: ut ſubinde eximprouiſo ſui preſentiam facerent: tanq̃ ab inferis extitiſſent. ſic enim ſe habere uidentur que de Orpheo in odriſes: in Theſalia de Protheſilao: & in tenaro de Hercule ipſo tradũtur. Sed age dicamus Ieſu reſurrectionem hiſtoriæ proditam: nil poſſe cum iſtis cõferri: ſiquidem heroum quiſq̃ quos ſuo meminimus loco: poterat plane ſi libuiſſet ſeſe ab humano aſpectu ſubducere: Ieſus uero qui & in crucem fuiſſet iudeis ſpectantibus uniuerſis: ſublatus: qui fieri poterat ut ſimile aliquid mentiretur ac fingeret? quẽadmodum ſcilicet haud ſecus ipſe ac heroes illi: de quibus ea narrantur: ad inferos deſcendiſſet: unde & ſe recepiſſet ad ſuperos. ipſi uero dicturi ſumus: nun forte ad excuſandam Celſus chriſti hãc crucem illud ea precipue de heroibus protulit: ꝙ ad inferos: uti ꝓditum memoriæ eſt: per uim & audaciam deſcẽdiſſe credantur? ꝙ ſi forte obſcura morte fuiſſet Ieſus defunctus: ita ut moriẽs nõ omni iudaico populo cõſpicuus extitiſſet: & ſic poſtmodum ſurrexiſſet a mortuis: iure forſitan potuiſſet id dici: & que de heroibus commente ſunt fabule: uel de Ieſu afferri. quin & ad ceteras cauſas quibus in crucem fuerit Ieſus ſublatus & illud contulerit: quia conſpectius ille: & in patibulo e uita exceſſit: ne quis forte aſſereret quia ſponte ſe ab hominum conſpectu ſubtraxerit: & cum uiſus eſſet hic mori: haudquaq̃ eſſet demortuus: q̄a ubi id libuit

iterato apparẽs: ſeſe ab inferis ſurrexiſſe: prodigii loco preferret: illud autem perſpicuum duxerim argumentum quod ex diſcipulis eius deſumit: qui tanti diſcriminis diſciplinæ ſeipſos tradiderint: quam utiq̧ non ut commenti: chriſtum a mortuis ſurrexiſſe: fortius edocerent: cum illud accedat ut non modo alios ipſi ad mortis contemptum redderent promptiores: ſed priores hanc ipſi ſubirent. Aduerte autem ut non niſi ingenii cecitate captus Celſi iudeus: perinde fieri non poſſit ut a morte ad uitam: ſimul cum corpore aliquis excitetur: ſic inquit. At illud erit conſiderandum utrum qui in uero moriens naturæ conceſſerit: cum corpore ipſo ab inferis excitatus exiſtat. Nec iſta quidem protuliſſet iudeus: ſi his que in tertio regum libro ſcribuntur: & quarto de pueris illis: fidem preſtaret: quorum alterum ſuſcitauit Helyas: alterum Helyſeus. Ipſe uero uel icc̃irco exiſtimauerim Ieſum ad nationes alias nullas: preter iudeos ſe contuliſſe: quia diuinis ii eſſent miraculis inſueti: cum his que Ieſus ipſe geſſiſſet: & de Ieſu narrant ſimillima eſſent que credidiſſent: ut & illud admitterent: eum: quem circa tam multa fuiſſent & maiora quidem iam edita: & cuius uirtute mirabiliora quedam pagerent: longe plurimum prophetas hos anteire. Sed cum poſt eas quas iudeus de heroibus græcas produxit hiſtorias: perinde ac miranda quedam pretulerint: & ut ab inferis excitati ſint multi: & illud adiecit: ex iudeis hos alloquens qui in Ieſum crediderant. Nun ipſi quidem aliorum facta pro fabulis ducitis: & ita lubet uideri: uobis uero comediæ inuerſionem honeſtius eſſe q̃ ueriſimilius adinuentam. Huius inq̃ uocem in ligno æditam: cum animam exalaret: Ad quem ſic reſpondebimus. Ipſi uero quas dudum produxeras fabulas: pro fabulis duximus: q̃ uero ſacris litteris inſunt: quas utiq̧ communes uobiſcum habemus: in quibus & nos gloriamur: haudquaq̃ fabuloſa eſſe fatemur: unde & illis qui ſcribendo eos memoriæ prodiderunt: qui ex mortuis ſurrexiſſent: ſic credimus: ut nihil prodigioſum feciſſe illos exiſtimemus. Ei uero qui e communibus ſcriptis innotuit: ut & id predicenti: & per prophetas denuntiato: &

reſurgenti fidem preſtamus. Et ſane ubi ab inferis extitit eo pueris quos diximus mirabilior fuerit: quia prophete illos a mortuis reuocarunt: Hunc uero propheta nullus: ſed qui in celis eſt pater. unde & maiora longe hoc reſurgente effecta ſunt: q̃ illorũ effecerit reſurrectio. Quid enim eo magnitudinis per Helyſeum his & Helyam ſurgẽtibus: unq̃ prouectum eſt: quo illud cum Ieſum reſurrexiſſe predicaretur: euaſit. cuius reſurrectõ diuina uirtute & facta & credita ſit? putat autem prodigii loco ducendum: ꝙ moriente Ieſu contremuerit terra: & cuncta ſint tenebris obuoluta. de quibus tamen: ut licuit: ſupra reſpondimus: cum & Flegonta ipſum produximus ſaluatoris temporibus patientis: hiſtoria fuiſſe complexum: In uero hec omnia extitiſſe: & quemadmodũ uiuens Ieſus nunq̃ ſibi ipſi geſſerit morem: mortuum uero reſurrexiſſe: & pretuliſſe cruciatus inditia: & manus clauo traiectas: & illum quidem rogabimus: quid nam illud pretendat quod ait: ſibi ipſi nunq̃ morem geſſiſſe? ꝙ ſi uirtuti illud aſcripſerit: fatebimur ſatis admodũ ſibi illũ feciſſe: nihil enĩ ul̃ abſurdius locutus ẽ unq̃ nec praua geſſit: ſed uere ut ouis ad occiſionẽ deductus eſt: & ut agnus coram tondente ſe tacuit. Eundem ſane & euangelium nec os ſuum apperuiſſe teſtatur. Atſi nihil geſſiſſe ſibi hunc morem: ex terrænis & corporalibus his rebus intelligit: dicemus ex euangeliis nos oſtendiſſe: uolentem illum & ultro: ad hec deueniſſe. Dein cum ex euangelio proferat & ſigna illum pænarum & uulnerum oſtendiſſe: ubi ex mortuis reſurrexit: & foratas inſuper manus: ſic inquiens querit: quis nam iſta eſt comtemplatus? Et carpens que de Maria Magdalene ſcribuntur: ut ipſa hec uiderit: mulier inquit delira & furens uidiſſe ſe retulit: ut ipſi fatemini. Sed cum non ſolum ſit litteris traditum: hanc reſurgentem Ieſum ſpectaſſe: ſed alios multos: uel illud detrectans ſic inquit: uel alius ſiquis eiuſdem magicæ diſciplinæ hunc uiderit: & quia perinde id accidere queat: ut eum quis uiuere imagineť qui mortuus ſit: ſubinde uir Epicureus illud adiecit: uel ex animi affectu quodam ſomniantẽ aliquem: uel ut ipſe mallet: uideri poſſe illud

mente uerſare:ab inferis mortuos emerſiſſe:qđ ſane multis iā cōti
git p qetē id aīo agitaſſe.illđ uero &ſi pmoleſte dictū uidet᷑: alio
qn ad neceſſarii cōfirmationē dogmatis ualet.ꝙ poſt mortem aīa
ipſa ſubſiſtat:nec fruſtra aīam autumat hic īmortalē:uł plane ſub
ſiſtere:q id dogma ſuſceperit:ut Plato de aīa diſſerit: affirmās fan
taſmata quedā umbratica eoꝝ q fato defūcti ſint: circa ſepulchra
oberrātia uiſa eſſe nōnullis:q̄ igit᷑ de mortui cuiuſpiā aīa ꝓdeunt
& apparēt fantaſmata:de aliquo ſubiecto ꝓdeāt neceſſe ē: qđ ſecū
dum ſubſiſtentē animā ſit oui in ſpeciē:corpe.At Celſus cū neq̄q̄
id uelit uult tñ & uiſiōes ſōniare nōnullos:& ꝑ eoꝝ uolūtate falſa
q̄dā & errāte opinione imaginari.Quas tñ credere ſomniū eē:nil
erit abſurdum: uiſionem uero niſi dementibus & freneſi laborā
tibus:uel furentibus obuerſari:credi non poteſt. unde uel id qui
dem Celſus cum preuidiſſet furentem mulierem pronuntiauit:
quod tamē nil patefacit hiſtoria:e qua deſumpſit quod incuſaret.
Erat igitur iſtiuſmodi Ieſus uti Celſus exiſtimat: q eius poſt obi
tum imaginariā uulneꝝ:qbus in cruce affectus ſit cogitationē im
mitteret.cū in uero nulla penitus toleraſſet.ut aūt euāgelium do
cet:cuius dictis ptim fidē hic adhibet: ptim & detrahit: aſciuit Ie
ſus ad ſe ex diſcipłis quēpiā minus credētē:& exiſtimātē fieri nō po
tuiſſe qđ narrabat᷑ miraculū:cū mulieri:ſe Ieſū uidiſſe renūtianti:
iam credidiſſet:qa nō īpoſſibile iudicaret mortui aīam ui ſā eē:nil
tñ putauit ī ſimili corpe illū reſurrexiſſe:unde & dixit:niſi uidero
nō credā:quocirca & illud adiecit.Niſi mittā manū meā in fixurā
clauoꝝ:& tetigero latus eius: nō credā: q̄ utiq; p Thomā ita ꝓfe
rebant᷑:ut q iā iudicaret poſſe ſenſibilibus ocłis apparere aīæ cor
pus:qđ ꝑori fuiſſet:ut ait Homerus:ī oībus ſimile: ſpecie magni
tudine:oculis:uoce:& ita ut plerūq; ueſtibus hiſdē amiciat᷑: & ad
uocato inqt Thoma ad ſe ieſus ſic eū affatus ē.Affer manū tuā:et
mitte ī latus meū:& noli eē incredulus ſed fidelis. Ceteꝝ & cōſen
taneū erat ut his q̄ de Ieſu ſunt p ꝓphetas denūtiata: et rebus per
eum geſtis: et his preterea que illi contigerant: id omnium acce
deret mirabilius. Erat nanq; in Ieſu perſona: illud in propheta

predictum: & caro mea habitabit in ſpe: & non derelinques ani mam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum uidere corrupti onem: Et erat hic quidem ubi iam reſurrexit ueluti in craſſitudi nis conualle aliqua montibus interiecta: que corpori inerat pri uſq̃ pateretur & anime ipſi: ubi uiſa eſt tali corpore denudata: un de cum eius diſcipuli & Thomas ſimul in unum iam conueniſ ſent. Venit & Ieſus clauſis ianuis: & ſtetit in medio & dixit. Pax uobis: deinde dicit & Thomæ: Infer digitnm tuum huc: & huiuſ modi reliqua. Et in euangelio Luce adinuicem Simone & Cleo pa de omnibus que ſibi acciderant: colloquentibus: ſuperueni ens Ieſus ambulabat cum eis: & oculi quidem eorum tenebantur ne agnoſcerent eum: ille autem ad eos dixit. Qui ſunt ſermones quos confertis adinuicem ambulātes? & poſtq̃ eorum oculi aper ti ſunt & cognouerunt eum: tunc his uerbis utitur ſcriptura. Et il le diſparuit ab eis. ꝙ ſi uelit hec Celſus cum ſantaſmatibus qbuſ dam conferre: & alios fuiſſe que de Ieſu ſcribuntur imaginatos aſ ſerere: nec ſecus & illos qui eum ubi iam reſurrexit uidiſſent: ſecū id animo agitaſſe affirmet: abſurdum profecto his uideretur: qui conſideratius & placide res ipſas conquirūt. Exinde Celſus haud ſane negligenter que ſcripta ſunt carpens: ſic inquit. Oportuit au tem ſi diuinam haud falſo uirtutem præ ſe ferre Ieſus uolebat: ut temptantibus ſe hanc patefaceret: ut omnibus paſſim & illi pre cipue que faceret innoteſcerent: qui ſe eſſet paulopoſt damnatu rus. Et nobiſ certe uidetur uti ex euāgeliis compertum habemus: poſt eius reſurrectionem non ita ſub hominum aſpectum ueniſ ſe: ut antea palam: cum omnibus uiſendum ſe obtuliſſet. In actis nanq; apoſtolorum deſcribitur per dies quadraginta diſcipulis fuiſſe hunc uiſum: diſſerentem & loquentem de regno dei. In euā geliis uero habetur cum his non ſemper fuiſſe: ſed per dies octo uiſum eſſe nōnunq̃: & ianuis clauſis: nec eundē in modū ī medio diſcipuloꝝ cōparuiſſe. Et Paulus in calce fere ad Corinthios ꝑoriſ eplē: ut eū publice uiſū haud ſecuſac: anq̃ pateret affirmās: hmōi ſcribit. Tradidi enim uobis imprimis qđ & accepi: quoniam xp̄s

mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas: & quia ui ſus eſt Cæphe: deinde duodecim: poſtremo autem uiſus eſt ſupra quingentis fratribus ſemel: quorum plures manent adhuc: qui dam uero dormierunt. Deinde uiſus eſt Iacobo: poſtea apoſtolis omnibus. Poſtremo autem omnium tanq̃ abortiuo: uiſus eſt & mihi. Magna igitur quedam & admiranda: & maiora longe non ſolum q̃ multorum fidelium dignitas patiatur: ſed uł eorum qui admodum in fide profecerint arbitror eſſe: que ſuo loco ſunt diſ ſerenda: in quibus illud etiam domonſtrabitur: cur Ieſus a mortu tuis ſurgens non comparuerit: quemadmodum ſuperiori tempo re conſuerat. Aduerte autem: utrum e pluribus: ut in tanto aduer ſus Celſum hoc opere: quo & chriſtianos & fidē ipſam impugnat iure nobis licuerit: expoſitis paucis ad eorum defenſionem deſcē ſcendere: que poſtmodum ſubſequentur: Ieſus uero cum unus eſſet aſpectu: ſenſu tamen & mente: plures in ſe continebat: nec pa ri modo ab omnibus uidebatᷣ ſe intuentibus. ꝙ autem ſenſu mul tiplex eſſet: ex eo liquet quod inquit: Ego ſum uia & ueritas & ui ta: & item: ego ſum panis & ego ſum porta: & huiuſmodi pleraq;: ꝙ autem non æque ab omnibus uidebatur ſe contemplantibus: ſed ut quiſq; capere poterat: his profecto patebit q nequaq̃ igno rant: cur etiam cum eſſet ſeſe in eminentiſſimo monte tranſfigura turus: neq; apoſtolos omnes admiſerit: niſi Petrum dumtaxat & Iacobum & Iohannem: ut qui ſoli tunc poſſent eius gloriam cape re & contemplari: & Moyſem quirent & Helyam in gloria appa rentes pernoſcere: Et audire hos colloquentes: & uocem cælitus editam. Sed Ieſum arbitror: uel priuſq̃ montem conſcēderet: quo & diſcipuli ad ſe conceſſerunt: de cœleſti beatitudtne diſſerendo hos inſtruxiſſe: & ſane cum adhuc ſub monte cōſiſteret: & ueſperi quidem: qui ad ſe ueherentᷣ: curaret: & quouis morbo atq; lango re liberos redderet: ꝓfecto non idem ille ualitudine laborantibus uidebatᷣ & ſe indigētibus curatore: qui & uiſus his eſſet: qui ſani tatis gratia conſequendæ: ſecum in montē conſcendere potuerūt. qn & ſi ſeorſū ſuis diſcipulis ꝑabolas enodabat: q̃ multitudini ſub

fuco quodã & obſcurius tradidiſſet: ut quemadmodum auribus plus iſti ualerent: qui explicatas parabolas accepiſſent: q̃ hi qui in enigmatis modum perplexas: ſic animi preſertim obtutu & cor poris item: ut reor: potiores fuiſſe hos conſtat. Sed uel ex eo per ſpicuum eſt haudquaq̃ hunc ipſum æque fuiſſe omnibus uiſum: quia Iudas cum eum eſſet iam proditurus: his qui ſecum conceſſe rant: perinde neſciis quis Ieſus eſſet: hunc in modum predixit. Quemcunq; oſculatus fuero ipſe eſt: idipſum puto & Saluatoré: cum illud inquit pretendere: quotidie docens in templo uobiſcũ eram & non me tenuiſtis. His itaq; tantis de Ieſu rebus nos du cti: non ſolum pro intima eius & occulta pleriſq; diuinitate: ſed etiam pro ſui corporis tranſfiguratione: quando id ei facere libu it: & quibus ut tanta res innoteſceret: placuit: dicimus quidem ui ſendi Ieſum capaces omnes fuiſſe. Cum nondũ principatus & po teſtateſ expoliaſſet: nec peccato adhuc mortem obiſſet. At ubi ꝑn cipatibus ipſis depulſis & poteſtatibus: cum nihil ei relquũ eſſet: quod multorum ut ſe intuentium aſpectum admitteret: nequaq̃ omnes uidere hunc poterant qui antea conſpexiſſent. Quocirca his parcens: ubi iam reſurrexit: non omnibus ſe uiſendum prebe bat: ſed quid omnibus dixerim: quandoquidem cum apoſtolis & diſcipulis ipſis haudquaq̃ uerſaretur aſſiduo nec appareret. Cũ minus poſſent eius aſpectum perpetuo capere. Erat enim diuini tas eius ſplendidior: ubi diſpenſationem omnem perfecit: quam diuinitatem potuit Cæphas ut apoſtolorum princeps uidere: & poſt eum duodecim: cum Mathias fuiſſet Iudæ ſuffectus: deinde & quingentis fratribus ſemel ſit uiſus. & Iacobo poſtmodum & paulopoſt preter duodecim illos & ceteris omnibus: ad ſeptua ginta forſitan numero: poſt hos omnes & Paulo demum ut abor tiuo: & ſatis gnaro quemadmodum illud pronuntiaret. & mihi ſanctorum omnium minimo data eſt gratia hec. Et forte quod minimo dixit: id ipſum pretulerit: quod abortiuo iam dixerat. quemadmodum enim haudfacile quis illud coarguat: Ieſum non omnes apl̃os ad ſe admiſiſſe: cũ eſſet in editioré montem iturus:

ſed tres illos dumtaxat: ut diximus: ubi ut ſe tranſfiguraret erat futurum: & ſuarum ueſtium demonſtraret nitorem: & Moyſi in ſuper & Heliæ patefaceret gloriam ſecum loquentium: ſic neq; di cta apoſtolorum quis poterit iure calumniari: Ieſum ubi iam re ſurrexit aſſerẽtium: haudquaq̃ fuiſſe ab oĩbus uiſum: niſi ab his quos ille ſatis calleret ocl'os accepiſſe: ſue tranſfiguratõis capaces. Vel illud eqdem ad ſuperiorꝝ defenſionem optimum duxerim: quod hunc in modum de Ieſu narratur: Ad hoc autem Ieſus & mortuus eſt & reſurrexit: ut mortuis dominet̃ & uiuis: aduerte uel ex his plane conſtare: iccirco mortem obiſſe Ieſum: ut in mor tuos dominatum aſſequeret̃. Et ſane mortuos hos nouit apl'us: in quos chriſtus dominaret̃. de quibus in epiſtola ad Corinthi os prima ſic dixit. Tuba ſignum dabit & mortui reſurgent incor rupti. De uiuis autẽ immutandis & a mortuis ſurgentibus ſegre gatiſ: ſic ſcribit. Et nos immutabimur: quod utiq; dixit ubi pri us mortui reſurgent dixiſſet. Quinetiam & in prima ad Theſalo nicenſes epiſtola aliis uerbis: eandem differentiam preferẽs: cum alios quidem dormientes: alios uiuentes affirmet: ſic inquit. No lo autem uos ignorare fratres de dormientibus: ut non contriſte mini ſicut ceteri qui ſpem non habent: Si enim credimus ꝙ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ſic & deus: qui dormierint per Ieſum ad ducet ſecum: Id enim uobis dicimus in uerbo domini: quoniam nos uiuentes qui reliqui ſumus in aduentu domini non attinge mus dormientes. quod autem nobis ſuis in locis explicandum eſt uiſum: iam expoſuimus: tam& ſi de his copioſius ſuper prima ad Theſalonicenſes epiſtola diſſeruimus. Nec uelim eqdem ulla te ſubeat admiratio: ſi ex tanta Ieſum credentium turba: nequaq̃ omnes eius reſurrectionem peruiderint: quandoquidẽ ut non ca piẽtibus haudquaq̃ plura Paulus Corinthiis ſcribat. Ego aũt iudi caui nihil me ſcrire inter uos niſi Ieſum xp̃m & hũc crucifixum: iſtiuſmodi & illud eſt: nõ enim poteſtis: neq; etiã adhuc poteſtis: adhuc enim carnales eſtis. Sic igitur: cũ ex diuina ſententia cũcta perageret de Ieſu perſcripſit: quemadmodum .ſ. prius q̃ pateret̃.

paſſim ſe multoꝝ conſpectui obtuliſſe:& id quidem non cōtinen ter hunc factitaſſe. Vbi uero & paſſus eſt:nil ultra uti ſolitus erat comparuiſſe: ſed iudicio quodam & ſuo ſingulis eſſe meritū que neceſſaria forent. Nam quemadmodum litteris ꝓditum eſt:appa ruiſſe Habraæ deum: uel e ſanctioribus illis & priſcis alteri cuiq̄: non tamen ſemper his apparere:ſed ꝑ interualla quedā & tempo rum ſpacia:nec omnibus ſe obtuliſſe.ſic & intelligas uelim Ieſum dn̄i pari iudicio & poſteris uiſum quo & maioribus illis uiſum fuiſſe ſat conſtat.Reſpondimus igiť quantum ingenii uires ſup petierunt:& quo ad preſens & tale id attinet opus:Celſi obiectio nibus:& illis preſertim quas hunc in modum his intulit.oportu it enim:ſi uere id animo inerat: diuinam in ſe potentiā ꝑſpicuam facere:ut his qui uel moleſtia ſe affeciſſēt: uel ei qui ſe ut noxium cōdemnaſſent: uel ceteris plane:ſeſe uiſendum offerret. Nō enim inq̄ erat neceſſe:ut uel damnanti ſe: uel aliis intētantibus mala ſe patefaceret. Siquidem & ei qui ſe morti adiudicaſſet: & his q acri us afflictaſſent iam parceret Ieſus:ne forte cecitate ea percuterenť: qua & Sodomis illi percuſſi ſunt: qui angeloꝝ pulchritudinem aſſeruaſſent apud Loth diuertentium. quod utiq; ex ſcriptis hu iuſmodi liquet.Extendentes aūt manus homines trahebat Loth ad ſe in domum:& portas clauſerunt: homines autem qui porte domus inſtabant percuſſerunt cecitate a paruo uſq; ad magnum. uoluit autem Ieſus eius uirtutem que proculdubio diuinior erat cuiuis aperire :qui eam poſſet aduertere: & pro eius mēſura uideř que caperet. Nec ꝓfecto alia ille decauſa ne uidereť cauebat: niſi quia eorum uires iam expendiſſet qui ſe intuendo carpeſſerent:& fruſtra ſane illud a Celſo quod infert aſſumitur: non enim ul tra mortalem quempiam uerebatur: qui & mortem obiſſet: & ut ipſi aſſeritis & deus eſſet.Neq; iccirco erat ad homines delegatus: ut latitaret.At hic delegatus o Celſe & ad homines eſt:& in mun dum demiſſus: non ſolum ut notior fieret: ſed ut obſcurior de liteſceret. Quando haudquaquam id omne quod eſſet: uel qua lis eſſet: ab his noſcebatur: quibus iam innotuerat. quin aliud

quiddã quod ei iam inerat:hos ipos clam habuit. quibuſdã uero nec cognitũ eſt: & apuit quidẽ his luminis portas:q &ſi tenebrarum eſſent & noctis filii:ſeſe tamẽ ut diei & lucis filii efficerentur: dediderant. Et uenit certe ad nos ſaluator:pinde probus aliqs medicus:ut noſtra dilueret ſcelera: quibus oppletos nos potius depmi uiderat:q̃ iuſticia ulla & uirtute imbutos preſtaræ. Videamus aũt quemadmodũ illud inqat nũc Celſi iudeus. Si enim adoſtentandam diuinitatem id tantopere profuit: opotuit ergo ut confeſtim a ligno non ultra comparituros abſcederet. Vel id quidẽ mihi eo dictis uidet̃ pſimile:qui cũ puidentiam ipſam impugnãt & ab his aliena quedã ſibi preſcribunt:q̃ ueriora eſſe iam cõſtet:& p alioſ aſtruãt̃:et illđ mox inqat:at ſatius eẽt ut ita ſe mũdus hr̃et quemadmodũ ipi deſcripſimus. Fit itaq; ut quo fortius iſta pſiniunt:eo deteriorẽ facere:quantũ in ipſis eſt: mundũ coarguantur. Vbi uero nec priora his que conſtant:uident̃ effingere:arguunt̃ plane que naturæ impoſſibilia ſunt uoluiſſe:& ita ut in utramuis partẽ ſint irridendi:haud ſecuſ hoc loco:&ſi nil impoſſibile fuerit in diuina natura ut is aduẽtaret & p eius arbitrio iuiſibilis fieret: qđ utiq; ſacris ex lr̃is pſpicuũ eſt:hi qdẽ qa minus admittũt que de Ieſu ſcribunt̃: xp̃ianã ut cauellent̃ doctrinã: conficta hec eſſe & fabuloſa exiſtimãt. Et in Luce euãgelio ſcribit̃: Ieſum ubi iam reſurrexit: acceptũ panẽ benedixiſſe:& fractũ Simoni porrexiſſe & Cleophe.his uero accipiẽtibus oculos patuiſſe & Ieſũ ubi ſe cognouiſſent diſpũiſſe.libet aũt uel id patefacere nil ſatius fuiſſe futurũ quo ad diſpenſationẽ omnẽ diuinã:ſi ex cruce mox Ieſuſ corporaliter nuſq̃ cõparuiſſet:q̃nquidẽ q̃ de illo ſcribunt̃ non in ſimplici quadã uel dictione uel hiſtoria:ueritatis cõtemplationẽ aſſeruant. Ho nãq; uel ſinglã queq; pferre aliqd & ſignificare apud eos q prudẽtius ſacras lr̃as legũt:hauddubie arguunt̃. quẽadmodum aũt cruci illũ fuiſſe affixũ expſſã habeat in ſe p Paulũ ueritatem. Dũ inqt:cũ xp̃o ſimul & crucifixus ſũ: Mihi aũt abſit gl̃iari niſi i cruce dñi nr̃i Ieſu xp̃i: p quẽ mihi mũdus crucifixus ẽ & ego mundo: & neceſſariã huius & mortẽ fuiſſe ex eo liquet qđ infert.

ꝙ autem mortuus eſt peccato mortuus eſt ſemel. & quod iuſtus ſic loquit̃:cõformatus morti eius: & illud:ſi cõmortui illi ſumus & ſimul uiuemus.ſic p̄terea ꝙ & ſepultus hic fuerit:eos attingit: qui eius ſunt morti conformes:ſiue una ſint cruci affixi & morte ſimul affecti:ſicuti & Paulus inquit.Conſepulti ſumus ei per bap tiſmum & conſurreximus. Nos uero que de eius ſepulchro: deqꝫ eo qui ſepulchro hũc cõdidit pſcribunt̃:facilius & pluribus alibi. dum principaliter erit de his diſſerendũ:nũc uero ſat fuerit de mũ diori ſindone dicere: qua Ieſu corpus illud puriſſimum ut inuol ueret̃ erat futuꝝ: Et de nouo monumento quod ſibi Ioſeph ille inſculpſerat in quo nemo adhuc fuiſſet ĩpoſitus. Et intellige utrũ euangeliſtaꝝ in ſuis ſcriptis conueni entia:aliquẽ poteſt mouere: qui curæ id habuerunt:ut monumentum in petra inſculptum & expolitum cõſcriberent:ut qui ſacroꝝ ſcriptoꝝ rationes ita perue ſtigarent:ut uel in hac noua monumẽti ſculptura precipuum ali quid & narratione dignum cõtemplarent̃. De quo lapideo mo numẽto Matheus & Iohannes mentionẽ fecerunt.ꝙ uero mortu us nemo fuiſſet in eo ante reconditus:& Lucas aſſerit & Iohãnes. Erat enim neceſſe ut qui nil eſſet ceteris mortuis ſimilis: & q uel moriens uiuentis ſigna præ ſe tuliſſet:aquam nimirum & ſangui nem:& ut ita dixerim:qui nouus eſſet hic mortuus:ut ĩ nouo ali quo & nitido condereṫ ſepulchro: ut quemadmodũ q purius lõ ge q̃ ceteri homines ortum cepiſſet:qppe qui non hũano ex coitu ſit ſed ex uirgine natus:ita & ſepulchꝝ eum in ſe haberet nitorẽ: qui ex eo dũtaxat pretenderet̃:quia in monumẽto recens in lapi de excauato:ſit Ieſu corpus depoſitũ. quod monumentũ non ex uilioribus & uulgatis conſtaret lapidibus:nec commiſſuras ipas & compages non natiuas haberet:ſed lapide uno & cõtinenter in ſculpto:eſſet & expolito compactũ. Verum que ad interpretatio nes huiuſmodi ptinent:& que ad eas res referuntur: quas ex ſcri pturis ſat conſtat fuiſſe iam geſtas:& quaꝝ exitus aliquid deſigna ret:egregie poterit aliqs & diuinitus explicare: ſi oportuniore lo co: & ordine ſuo exponẽda ſeruauerit. q̃ uero ad exteriorẽ attinẽt

dictionem hũc in modũ tradiderit quiſpiã: ſi plane affirmet iccir co illum fuiſſe in ligno ſuſpẽſum: qa & pati uoluerit: & ita que de inceps dicenda ſunt ſubſequat̃. quemadmodum ſcilicet fuiſſet ut homo in crucẽ ſublatus: & morte eſſet ut homo affectuſ: ſimul ut homo uel ſepulchro reconditus. Atqui uel ſi illud concederemus fuiſſe: ut ita dixerim: in euangeliis ſcriptũ: ex ipſa cruce mox Ieſũ ab oculis humanis ſubtractũ: uelut indignabundi grauiter ferrẽt ut Celſus ipſe ita et impii ceteri: fuiſſe id euangeliis demandatum: criminariq; pgerẽt: & identidem dicere: Cur enim ubi in crucem ille ſublatus eſt: nõ ultra comparuit? nec priuſq̃ pateret̃ id egit? Si igit̃ cum ex euangeliis ipſis pdidiciſſent: haudquaq̃ hunc ip̃m poſt crucem: inuiſibilem mox abiiſſe: uel ipſo ex ligno euãgelica dicta & carpere ſe poſſe & deprauare arbitrarent̃: que pro iſtoꝶ iu dicio minus effinxerint: non uſpiã illum e ligno ſtatim comparu iſſe: ſed quod uerius ſit affirmarint nil æquum eſſe ut illius reſur rectioni hi fidem preſtarent: nec plane crederẽt Ieſum: ubi id ſibi collibuit: uel foribus ip̃is obſtructis: diſcipulis in medio aſtitiſſe: & uti duobus e notioribus tradito pane: confeſtim ipſoꝶ ex ocu lis: pauca quedam prefatus euanuiſſet. Sed unde Celſi iudeus de ſumptũ id loquit̃? ꝙ ſe Ieſus occuluiſſet: cũ de eo ſic inquit: quis enim unq̃ legatus ad homines nuntius cũ recitanda ei mandata ſunt: ſe ſubtrahens occulit? non enim ſe ille occultabat Iudee: qui eos ſit hunc in modum affatus qui erant ſe cõprehenſuri. Quoti die eram in templo palã docens: & non me tenuiſtis. Ad id uero quod antea dixit & deinceps repetiturus eſt Celſus: cũ iam reſpõ derimus: contenti his ſumus que ſupra iam diximus. Nam & in ſuperioribus nonnulla pſcripſimus ad hec refellenda: que hũc in modum dicturus eſt Celſus. Cum enim uiuens hic & in corpore manens: ſuis dictis nil fidei uendicaret: impudẽter que uellet om nibus predicabat. Vbi uero & fidem fecit ualidiorem: a mortuis ſe extitiſſe: mulierculæ uni cuidam dumtaxat & tripudiatoribus ſuis apparuit. At illud nequaq̃ uerũ arguit̃ muliercule uni fuiſſe hunc uiſum. Nam in Mathei euangelio ſcribit̃: Veſperi autem

ad homines ſe ille contulerit:&ſi ut ſcribit᷑: in multis quos de beatitudine habuiſſet ſermonibus:uel ex ceteris liquet eius impoſterum dictis & iuſſionibus:paraboliſq; & collocutionibus: ad ſcribas habitis & phariſeos.Extat Iohannis & euãgelium de Ieſu doctrina:aſtruens eius non indicendo:ſed in re pagenda uocis ſonoritatem:& ſane uel ex alioꝝ euangeliis pſpicuũ eſt in poteſtate fuiſſe eius & uerbum:cuius gratia & admiratinne hoĩes caperent᷑. Vel his inſup & iſta adiecit Celſi iudeus. hec quidẽ uobis ueſtris ex lr̃is innotuerũt:in quibus haudquaq̃ teſte alio indigemus:ſed ipſi uoſmet inculcatis.Oſtẽdimus quemadmodũ noſtris oĩbus euangelicis ſcriptis oblatrent plurimũ & obgarriant iudei huius ſermones:ſiue quos ad Ieſum habuerit: ſiue quos ad nos temere fecerit.nec ſane arbitror hunc demonſtraſſe:uti nos ipſimet cõculcemus:ſed opinione ducit᷑ tantũ: Sed cũ hec ſuis dictis ſubiũgat iudeus:o altiſſime & cœleſtis:cui nam deo ubi ad hoĩes uenerit fides adimit᷑? Ad iſta dicendũ erit:uel ſecundũ Moyſi legem:& deum ſe ad hebreos aptiſſime cõtuliſſe: lr̃is ꝓditum eſſe: nec ſolum cũ in ægypto ſigna illa & ꝓdigia factitaret:uel cũ p mare rubrũ: ueſtris maioribus tranſitũ prebuiſſet:& igneam noctu columnã: & nebulã interdiu dediſſet: Sed cũ decalogus & legis tabule uniuerſo ppl̃o uel a ſcientibus illis:& peritioribus recitarent᷑. diffiſũ tamen his oĩbus eſt. Non eĩm ei ſi crediſiſſent:q & uiſus eſſet et auditus: uitulũ adorandũ conflaſſent:nec ſuam gloriam in uituli figuram fenũ depaſcentis mutaſſent.Nec adinuicem de uitulo dicerent:iſti ſunt dii tui Iſrael:qui ex ægypto te eduxerũt. Et aduerte utrum eorundẽ fuerit uel priſtina diffidẽtia: ꝙ tantis & tã multis ꝓdigiis:ac deo ipſi q totiens ſe obtuliſſet:fidem uel a ꝑncipio nullã adhibuiſſent:cũ eſſet illis p heremũ iter:quemadmodũ in lege iudaica ſcribit᷑:& in Ieſu aduẽtu illo mirabili:nõ captos fuiſſe uerbis q̃ ille cũ ptãte ꝓnuntiaret:& rebus ipſis mirandis q̃ in ppl̃i cõſpectu tunc gereret.Tã&ſi ſat ei eſſe id reor q iudeoꝝ uelit erga Ieſum perfidiã coarguere:ꝙ poſteriora iſta ſupioribus illis cõſentanea ſint: que tum primũ fuere de iudeorum geſtis lr̃is tradita.

Sed illud dicentē Celſi iudeū: qs deus ubi ad homines uenerit: non fidem uendicet: pſertim cum illis uiſendū ſe pbeat: qui ſui ſpe teneant̃: uel cur ille iampridem ſe expectantibus non innote ſcit: equidem ita affabor. Vis ne heus tu ad ea q̄ ipſi rogabimus reſpondere: utra nam ad tuam duxeris opinionē fuiſſe potētius geſta: que in ægypto & uaſta illa in ſolitudine facta cōmemoran tur: an ea que Ieſum ipſi fatemur apud uos factitaſſe: q̄ ſi his ma iora illa ſecundū te fuerint: cur uel ex eo ſic eſſe coarguunt̃: q̄ ex eoꝝ cōſuetudine ſit qui a maioribus rebus deſciſcūt: ut & mino ra contēnant. Id ipſum erit & de his ſuſpicandū que de Ieſu iam diximus. At ſi non infirmiora quedā per Ieſum geſta fuiſſe narrā tur: ac illa fuerint: que p Moyſem ſunt lr̄is demandata: quod ma lum ergo pplm̄ iſtū inuaſit: qui pͥncipio ſit his utriſq; diffiſus: ſi quidem legis ferendæ p moyſem factū initiū ſit: in qua & infide lium peccata: & que ipſi deliqmus erāt cōſcripta: legis uero & te ſtamēti ſecūdi principiū p Ieſum nobis iam traditū: & certius ē̄ & ex ueſtra in Ieſum diffidētia uel id confirmat̃: fuiſſe & uos ex eis ꝓgenitos qui diuinis in deſerto oſtentis & uiſionibus nil cre didere. quinetiā & Saluatoris noſtri id dictū & uobis poterit ac comodari: qui ꝓrſus eſtis illi diffiſi: Et uos quidē teſtes eſtis: ut cōdelectati opibus patꝝ ueſtroꝝ: & in uobis item uaticiniū illd̄ eſt obſolutū: & erit uita ur̄a ſuſpenſa corā oculis ueſtris: & nō crē detis uitæ ueſtre. Non enim illi q uita eſſet & ad hominū genus conceſſerat: fidē adhibuiſtis. Enimuero cū nihil inueniat Celſus: quod iure queat cōficto ſibi iudeo: ꝓ eius lege & ꝓpheticis ſcri ptis dicendū accomodare: quippe qui Ieſum pinde ea de ſe dicen tem hunc in modū incuſet: & ſane cōminat̃ ille incaſſum: & con uiciat̃ cū dicit. Ve uobis & predico uobis: in his enim apte con uincit̃ nequaq̄ ſe poſſe que uelit pſuadere: quā ſane noxam: nec deum dixerim: ſed ne uir quidē prudētior aliqs ſubeat. Aduerte ut plane & in Iudeū uel inſcius hec ipſa retorqueat. Minat̃ nāq; cū legis tum prophetaꝝ dictis ſic deus: & conuitiis agit: quando nil minora q̄ in euangelio ſint: ꝓloquat̃: qualia ſunt q̄ in Eſaia

legunť huiuſmodi. Ve qui coniungitis domũ ad domũ:& agrũ agro copulatis: & ue uobis qui conſurgitis mane ad ebrietatem: ſectandam: ue uobis q trahitis iniquitaté in funiculis uanitatis: Ve qui dicitis malum bonum: & bonum malũ: Ve qui potétes eſtis ad bibendũ uinum: & alia huiuſmodi reperies infinita: ue rum quo pacto non comminanti ſimilia: ut ipſe inquit hec fue rint: Ve uobis gens peccatrix:populus plenus peccatis. Semen prauum filii iniqui:& eiuſmodi cetera:quibus his minas intétat: neqꝫ his ſane inferiores quas Ieſum ipſum ꝓtuliſſe affirmat. Nũ non illa erit etiam cõminatio uel ingens quedam:que dicit.terra ueſtra deſerta erit:& ciuitates ueſtre igne ſuccenſe. Terram ueſtrã in conſpectu ueſtro alieni comedent:& deſolata eſt & proſtrata a gentibus alienis. Cur preterea non comminantis ſint illa que in Ezechiele ſcribunť ad populum habitať ubi dñs prophetam affa tus ſic inquit. In medio ſcorpionum tu habitas. Lubens ergo & grato animo Celſe: iudeum cõmentus es de Ieſu illa iactare: ꝙ in caſſum & comminetť:& conuicia ingerat:cum dicit. Ve uobis & predico uobis:nonne illud animaduertis poſſe eadem illa que tuus in Ieſum iudeuſ obgarrit:uel in deum ipſum per ſe retorque ri.nam & in his ipſis:ut putat iudeus:criminibus eſſe aperte dep̄ hendiť apud ꝓphetas ipſos & deus: cum dure ceruicis populo: nequeat ſuadere. quinetiam uel ad eos dicturus id ſum qui Cel ſi iudeum exiſtimant iure hec Ieſu crimini imputaſſe. Si enim iu deus ſcripturæ inſiſtit:execrationes omnes: que & in Leuitico & Deutronomio conſcripta ſunt ut excuſet & tueať: haudſecus & nos: que ad comminationes & conuitia eſſe per Ieſum dicta pu tantur defenſuri facile ſumus:quinimmo uel de ipſa Moyſi lege: melius longe q̃ ipſe iudeus nos reſpondebimus:ut qui a Ieſu fue rimus ſapienter ad eam interpretandam inſtructi. Verum ſi pro phetarum dicta Iudeus quid ſibi uelint intelligit:aperiř hauddu bie poterit:non fruſtra deum ad minas & conuitia deſcendiſſe: cum inqt.ue uobis & predico uobis:& ſentiet plane ut homines ad meliora conuerteret: illum hec dicere: quod utiqꝫ Celſus nec

ſapientem quidem hominem: ne dixerim deum facere arbitrat᷑.
Et chriſtiani qdem ubi deum unum: cum in ꝓphetis: tum in Ie
ſu dño nouerint oſtẽſuri ſunt plane q̃ iuſte hec proferant᷑: que cõ
minationes & conuitia eſſe & putat & nuncupat Celſus: & p nos
quidem paucis & ſuo loco compellabit᷑ Celſus: qui ſe & philo
ſophum profitet᷑: & noſtra pernoſcere. Heus tu: ſi enim querat᷑
apud Homerum cur Mercurius: hunc in modum Vlixem com
pellet. Quid enim tu te o miſer has ſolus regiones peragras loco
rum inſcius? nonne ut reſpondeat᷑ eſt expectãdum? ut domum
rediret: Mercurium illum Homericum: ita hũc eſſe affatum? quã
doquidem eblandiri & ad gratiam loqui Syrenarum ſit Vlixem
ſic compellantiũ: huc age Vlixes concedito: græcoꝝ ingens glo
ria & laude multiplici cumulate. Atſi noſtri prophete & Ieſus ip
ſe: ut ad meliora conuertãt auditores: hec dicant. Ve uobis: & ce
tera que conuitii loco hic ducit: nihil ꝓfecto ex hiſce dictis audi
tores reddiderint paratiores: nec tanq̃ peonicam & dolores ſedã
tem medellam: his uerbis attulerint: ni forte Celſus hic uelit: qui
deus ſit: uel diuinæ naturæ particeps: cum ad homines loquit᷑:
que ad eius naturam ſpectant dumtaxat ut animo uerſet & cõ
templet᷑ que ſue ſunt dignitatis: & nil preterea uideat: quid nam
mortalibus deceat ut iniungat᷑ qui eius uerbis iam inſtituti dũ
cantur: uel quid cuiq; pro moribus ſit & conſuetudine differen
dum. Verum quo pacto erat illud ridiculũ uel forſitan aſpernan
dum. quod de Ieſu iam dixit ut perſuadere nil poſſet: ſiquidem
non ſolum ſit illud iudeo commune qui huiuſmodi pleraq; ha
beat in prophetis: uerum & græcis: apud quos quiſq; eoꝝ q̃ ma
gnam ex philoſophia laudem retulerunt: nec inſidiãtibus nec iu
dicibus ipſis uel detractatoribus perſuaſere: ut ab eoꝝ improbi
tate deſiſterẽt: & per uirtutem ad philoſophiam progrederent᷑.
infert deinde iudeus: & id qdem ut iudeis gratificet᷑: Speramus
aliquando nos corpore ſimul reſurrecturos: & uitam habituros
perpetuam. Et reſurrectionis exemplum & ducem futurum: qui
ad nos ſit quãdoq; mittendus: & deniq; oſtenſurus nequaq̃ deo

eſſe id impoſſibile: ut cum corpore quempiam ab inferis excitet. neſcii igit' ſumus utrum chriſtum hic dixerit quem iudeus expectat: exemplum in ſe ipſo reſurrectionis oſtendere. Sed concedatur ut id & ſentiat iſte & fateat'. Eſt tamen ei per nos reſpondendum: qui noſtris ex ſcriptis deſumpta: narraſſe nobis ſe profitetur. Heus tu: ea ergo noſtris ex ſcriptionibus perlegiſti: que ad nos incuſādos facere uidebantur? Non enim Ieſu reſurrectionē: & quemadmodum mortuorum is ſit primogenitus aliquando legendo percurreras. An forte quia dicta hec fuiſſe nolueris: eo nec ædita ſunt & prolata? Verum cum per iudeum reſurrectio ipſa adhuc affirmetur: & apud Celſum reſurrectura corpora inducant': haudquaq̄ hoc loco duxerim oportunum: ea de re apđ eum diſſerere: qui futuram corporum reſurrectionem & affirmet & credat: ſiue id apud ſe ipſum ſic ſtatuat: & ita ut de chriſtiana q̄ at doctrina diſſerere: ſiue minus: alioquin in fabulæ morem huic aſſentitur. his igitur Celſi iudeo ſatis ſit reſpondiſſe. Verum cū deinceps & illud ſubiungat: At ubi nam fuerit quod uidere ipſi poſſimuſ & credere? Ad quem ſumus ita dicturi: ubi nam inter ꝓphetas fuerit hoc tempore qui & futura predicat: & prodigia faciat: ut uideamus: inſuper & credamus: dei partem Iſraelis populum eſſe? an uobis tutari id licet non ſemper deum hebreis appa ruiſſe: nobis uero nil permittet': ut de Ieſu hec ip̄a reſpōdeamus: q ſemel & reſurrexit: & de ſua reſurrectōne diſcipl̄os ſuadēdo fecerit certiores? & adeo: ut ex his q̄ illi ꝑpeſſi ſunt oībus patefecerit ſempiternā ſe uitā ſpectaſſe: & reſurrectionē ip̄am uerſaſſe iā aīo: quā & uerbo & re ꝑcepiſſent? unde & uitæ huiuſ laborioſa oīa ut ridicula duxerint? deinde ſic infert iudeus. Nū ea decauſa ille deſcēdit ut icreduli ſimus? ad quē ſic r̄ndebit'. Nō enī iccirco in mūdū cōceſſit: ut pararet icredulitatē iudeis: ſed quā ꝑſciret futurā: ꝑdixit. & iudeoꝶ incredulitate hmōi ad gentiū uocationē ē uſus. qppe cū illoꝶ ex lapſu parta ſit gentibus ſalus: de qbus in ꝓphetis ſic loquit' xp̄s: ppl̄s quē nō cognoui ſeruiuit mihi: & in auditu auris obediuit mihi: & inuētus ſum ab his q me nō querebāt:

manifeſtatus ſum his qui me non interrogabant. Et conſtat ſane
iudeos in uita pænas luiſſe: ubi Ieſum ſic affeciſſent: ſed dicãt iu
dei: & nos criminãdo illud intulerint: mirifice ꝓculdubio dei uo
biſcũ: cũ ꝓuidentia: tum clemẽtia egit: ubi & affecti ſuppliciis ſu
mus: & Hieruſalẽ ciuitate: & ea que ſanctificatio dicit᷑: & magnifi
centiſſimo cultu p̃uati. dicãt que uelint: quecunqꝫ enĩ iſti ꝓtule
rint: de dei ꝓuidẽtia rñdendo: eo amplius & in melius noſtra ſu
mus cõfirmaturi: aſſerẽtes mirã fuiſſe dei hãc ꝓuidentiã: que pra
uis pplĩ illius tot facinoribus ad euocandas ad cœleſte imperium
gẽtes: ꝑ Ieſum ſit uſus: q plane a teſtamẽto fuiſſẽt & eius ꝓmiſſio
nibus alieni. qđ uticꝫ p̃dixerũt ꝓphete futuꝝ oĩno: ut ob iudaici
pplĩ ſcelera: eligeret deus non gẽtes ſolũ: ſed undequaqꝫ uel ſorte
inferiores: & q̃ ſtulta ſunt mundi: & ad diuinã doctrinã gentẽ ad
duceret inſipientẽ: ita ut ab illis regno ſublato: his traderet. de cu
ius gẽtis uocatione ſat ſit in p̃ñtia: uel ex aliis multis: Deuterono
mii ꝓphetiã ꝓducere: ſic ſe habentẽ: & in dñi ꝑſona ꝓnũtiatam:
Ipſi aũt irritauerunt me in hiis qui dii non ſunt: & ad iracundiã
ꝓuocauerunt in idolis eorum. Et ego irritabo eos. Cæterum in
his iudei epilogus ſic de Ieſu concludit. Ille igitur homo erat &
tanti: quanti & ueritas ipſa fuiſſe hunc arguit: & ratõ prefert. Ipſe
uero haud ſatis intelligo ſi homo aliquis: qui in orbe terraꝝ uni
uerſo: diuinũ iuxta ſe cultũ & diſciplinam diſſeminare ſit auſus:
ſine deo poſſit que uelit efficere: & omnes ꝑuincere: q ſue doctri
næ traditioni obſiſterent: imperatores dico & duces: & Romano
rum ſenatum: & qui ubiqꝫ aut p̃ncipes ſunt aut pplĩ. quomodo
inq̃ humana iſta natura q̃ nil in ſe habeat quod optimũ ſit: con
uertere ad ſe tam immenſam multitudinem queat: que ſi ex ſapi
entibus modo cõſtaret: nil mirũ forſitan uideret᷑: ſed cum ex ho
minum fuerit hec turba & colluuione cõgeſta: qui nulla rõne pe
nitus ducerentur: & uitiis incumberent plurimum: & in brutoꝝ
morem ducerent uitam: eo & difficilius longe ad continentiam
& frugalitatem traducebantur. Sed cum dei potentia & patris
ſapientia chriſtum ſat eſſe conſtaret: nil mirum ſi & mira hec

factitabat:& ad id tpis factitat:tam&ſi nec iudei id uelint nec ipſi gentiles:qui huius doctrinæ nil fidei preſtent:nos uero pro Ieſu traditionibus deo credere nuſpiam deſituri: adnitemur pro nr̃a uirili:uel eos qui a uera dei religione & cultu:cecitate capti: aber rant:in uiam reducere:q̃uis:ut ſunt hauddubie penitus excecati: perinde cecutientibus nobis conuicientur: & alios in maximos errores inducãt qui ſibi acceſſerint:ſiue iudei ſint ſiue græci: nos alioquin ut ſeductores coarguunt: nimirum qui homines opti ma quadam ſeductione captemus: quippe quos ex luxrioſis red dimus continentes: cum in celibatu & continentia proficiunt plurimum:& ex iuſtis iuſtiores efficimus:quandoquidem ad iu ſtitiam prouehunt̃ & ex inſipientibus ſapientes preſtamus:ut q deinceps ire ad ſapientiam pergunt:nec ſecus ex formidoloſis ui lioribuſq; & inualidis: audentiores & fortes & uiriles hos reddi mus. Et ita ut hec precipue tunc præ ſe ferant: cum pro tutanda erga rerum omnium conditorẽ deum: pietate ac fide: certamina ſubeunt: Venit itaq; chriſtus Ieſus: non ab aliquo uno prophe ta denuntiatus:quocirca uel ex eo Celſi arguitur ignorantia: qa iudaicæ quam ſibi confinxit perſonæ dicendum impoſuit: pro phetam aliquem unum dumtaxat de chriſto mentionem feciſſe: Verum cum Celſi iudeus inducit̃: ueluti pro ſua lege affirmãs: dicendi finem ſe facere: & alia inferat minus commemoranda: uel ipſe quidẽ hoc loco ſecundo libro finem imponam:quo ea ſu mus cõplexi q̃ illius operi reſpõdenda ſunt uiſa:ubi uero id deus pmiſerit:& xp̃i potẽtia ſeſe ĩ animũ nr̃m inſinuauerit conabimur & operam ita narrare:ut Celſi ſcripta uel hoc tertio refellamus.

LIBER TERTIVS.

Riori libro quo ad ſuperbam operis inſcri
ptionem: quod utiq̧ Celſus ueri ſermonis
titulo annotarat: & contra nos ipſe conſcri
pſerat: haud ſecus fideliſſime Ambroſi ac ip
ſe iniũxeras: illius proæmium complexi ſu
mus: & ſingula queq̧ deinceps per eũ dicta
expẽdimus: & eo tenus: quo ad ip̃m iudeũ:
falſo in Ieſum contionantẽ peruenimus: in ſecundo uero ut licuit
per nos ad omnia occurſatum eſt: que Celſi iudeus ueluti cõcio
nabundus nobis uniuerſis obiecerat: qui deo per Ieſum iam cre
dimus. Nunc uero & tertio huic libro inſiſtimus: in quo: animo
ſedet ea enixius impugnare: que ex ſe Celſus ẽ æditurus. Ait eni
imprimis ea & ſtulta eſſe & perridicula: de quibus iudeos inter &
chriſtianos oborta ſit diſceptatio: affirmatq̧ mutuam illam inter
hos de chriſto diſputationem: nil prorſus ab ea controuerſia diſ
crepare: que aſelli umbra ex trito prouerbio dicitur. Putat prete
rea his queſtionibus que inter chriſtianos & iudeos habentur:
nil prorſus uel grauitatis ineſſe uel momenti: utriſq̧ credentibus
per ſpiritum ſanctum fuiſſe uaticinio confirmatum: uenturũ om
nino ad homines Saluatorem: nondum tamen conuenientibus:
utrum ille aduenerit nec ne: de quo fuiſſet antea prophetatum:
At nos o Celſe ut chriſtiani: chriſto iam credimus: qui ex pro
phetaꝝ uaticiniis: iampridem aduenerit. Iudeoꝝ uero q̃multi tã
tum abſunt ut in Ieſum hunc credant: ut partim ei ſuperiori tem
pore fuerint inſidias machinati: partim hac tempeſtate probãtes
que olim ſui maiores patrare ſunt auſi eũdem hunc magice artis
inſimulent: ꝑinde cõfinxerit eũ ſe eſſe quem ꝓphete predixerant
aduentuꝝ: qui & pro patria iudeoꝝ cõſuetudine chriſtus dicat᷑.
Sed dicat nũc Celſus: & quos Celſi maledicta oblectant: utrũ ne
aſelli umbra eſſe illud appareat: p̃dixiſſe iudeoꝝ ꝓphetas: uel lo
cum ubi is naſceret᷑: q̧ recte uiuentibus p̃uius eſſet futurus: & dei

ſpeciem expreſſiſſe: denuntiaſſeq; ut uirgo eſſet Emanuel concepturа. Signa inſuper & prodigia quedam ab eo emanatura huiuſmodi: qui eſſet danuntiatus: q huius eſſet & ſermo uelociter decurſurus: & in omnes terraſ ſuorum apoſtolorum prodituris & ſonus. Et que nam eſſet per iudeos damnatus deniq; perpeſſurus: ut eſſet etiam uel a mortuis excitandus. Nun enim ſine deo iſta pphete illi edebant: & ita ut nulla perſuaſione poſſent induci: ut non ſolum hec ipſa denuntiarent: niſi & ſcribendo que decerent digna exiſtimarent memoriæ prodere: nū inq̃ iudeorum ea multitudine natio: ubi quondam terram cepiſſet in habitandam nulla certiori re perſuaſa: ſic mouebatur: ut hos quidem nuncuparet prophetas: illos uero ut falſos prophetas reiiceret & improbraret: uel nil erat fortaſſe quod hos incitaret ut & Moyſi libris quos ſacros hii ducerent: & prophetrarum quos haberent legitimos: dicta annumerarent: an nobis poſſunt qui chriſtianis & iudeis ſtultitiam exprobrant demonſtrare: potuerit ne iudeorum gens ipſa conſtare: ſi nulla aqud eos certior repromiſſio: & futuri preſcientia aliqua extitiſſet: preſertim cum gentes ſingule his circumiecte patrio more ex his quos deos putarent accipere ſe oracula & uaticinia crederent: hi ſolum qui eſſent admoniti: ut omnes quos pro diis ducerent gentes: cum dii non eſſent ſed demones: aſpernarentur: nimirum qui & a prophetis dictum acceperant: omnes gentium dii demonia: æquum fuiſſet apud ſe ut nequem haberent: qui prophetam ſe & uatem profiteretur: qui poſſet eos retrahere ne: dum preſcire futura percuperent: ad aliorum ſe demones ultro conferrent. Quocirca intelligas uelim neceſſarium fuiſſe omnino: iudeorum hec natio ceterarum gentiū deos contemptui habere inſtructa: ut & prophetas habuerit: qui & rerum prenotione maiora quedam ſignificarent: & præ earum magnitudine cūcta excederent: que ubiq; tūc eſſent apud alios uaticinia. proinde multis in lociſ: ne oībus dixerim: uirtutes exercebant: ut ī ſubſequētibus Aſclepiū quendā pducturus eſt Celſus: qui & beneficiis hoīes deuinciret: & paſſim

ciuitatibus futura p̄cineret:ut Tirchi ſcilicet & Epidauro opidis:
Co inſuper inſule & Pergamo circa ſe ſitis. nec ſecus & Ariſteum
ꝓconuenſiū quempiam: & Clazomenium & Aſtiphaleum Cleo
midem cōmemorabit: apd̄ iudeos dumtaxat qui deo omniū con
ditori applicaſſe ſe confitent̄:nullum fuerit uel ſignum uel prodi
gium æditum:quod eorum ꝓueheret fidem & confirmaret: quā
in conditorem rerum deum haberent: cum ſpe conſequēdæ uitæ
alterius preſtantioris. Verum quo pacto id credi poteſt? mox nā
ꝙ ſi defuiſſent prophete ad demonum cultum ſe conuertiſſent:
ut qui & darent reſponſa & morbo affectos ſanarent: deo uero re
licto quem uerbotenus exiſtimarent opem afferre mortalibus:
nil tamē ſui preſentiam faceret. quod ſi haudquaq̄ ita ſe habeat:ſi
quidem infinita potius illi perpeſſi ſunt: ne pro eorum lege cul
tum iudaicum abiurarent:ita ut modo in Syria malis affecti ſint:
modo in Perſide ab Antiocho diuexati:cur non his iure proban
dum uidetur:qui rerum mire geſtarum fidem hiſtoriæ detrahūt
& prophetis: nequaq̄ iſta fuiſſe figmenta: ſed ſpiritum quendam
diuinum:purioreſ prophetarum animos irrepſiſſe:qui omnem la
borem pro ueritate adeuntes: enixius inſtigaret: ut partim tem
poris ſui hominibus:partim poſteris futura predicerent: & preci
pue ſaluatorem quendam ad hominum genus uenturum denun
tiarent. ꝙ ſi hec ita ſe habent: quo pacto de aſelli umbra chriſtia
ni inter ſe & iudei diſceptant & quærunt? cum illa ex uaticiniis
prophetarum diſcutiunt: que pro ueris utriq; ducunt? utrum ne
aduentauerit quem prophete denuntiarunt nec ne: an adhuc ex
pectetur? quinetiam uel ſi Celſo id concedatur non eſſe hunc Ie
ſum de quo prophete predixerint. Neq; hoc pacto uidebitur de
aſelli umbra tunc quæri cum prophetarum ſenſa perueſtigantur:
ut clare ſic pateat qualis ſit ille futurus qui a prophetis predicit̄:
uel qualia ſit deinde geſturus: & ſi fieri poteſt: & innoteſcat: quan
do ſit ad nos idem uēturus. Hos uero ſuperius perpaucas e mul
tis produximus prophetias: que plane arguerent hauddubie
chriſtum hunc eſſe de quo ſit antea prophetatum. quo fit ut nec

iudei quidem nec chriſtiani fallanť:cum diuino ſpiritu putant ꝓ phetas locutos. Sed iccirco iudei falſa opinione ducanť: ꝙ eum de quo ꝓphete predixerint:nondum ueniſſe exiſtiment:quando quis ille & quotus eſſet futurus:prophetico fuerit ſermone uel an tea predicatū. Poſt hec Celſus iudeos putat fuiſſe ægyptios: ut q ægyptum excitatis in ægyptioꝝ republica ſimultatibus per ſedi tionem deniq; reliquiſſent: poſtmodum patriam illam & ægyp tiacam religionum & cultus cōſuetudinem rituſq; aſpernati: Ab his qui Ieſu ſe adiunxiſſent & eum ut chriſtum iam crederent: ea dem illa fuiſſent ꝑpeſſi:que olim ipſi in ægyptios fecerant. & ita ut utriſq; ſimultas illa & publica inſultatio:cauſam res nouādi ob tulerit. Quid autem uelit ſibi hoc loco Celſus intelligamus. Cō ſtat ſane priſcos illos ægyptios hebreoꝝ genus acrius afflictaſſe: qui frumentariæ rei penuria:ubi Iudeam fames cepiſſet:ſeſe ī ægy ptum contulerant: ita ut tanq̄ alienigenas quoſdam & ſeruoꝝ in morem uariis ægyptii afficerent contumeliis: Cum ea interea que iſti fuiſſent perpeſſi neceſſe foret:ut & eoꝝ gens uniuerſa:pro uidentia quadam diuina etiam patereť. Quādoquidē illi in om ne id hebreoꝝ genus uel nulla accepta iniuria:cōſpiraſſent: quoſ olim hoſpitio excepiſſent: & tamdiu afflixerint quoaduſq; tan dem & ipſi plaga diuinitus afflictati:uix:& non multo poſt tem pore:quocunq; abire uellent: permitterēt: quos iniquius ſubegiſ ſent. Itaq; cum ſibi ac ſuis utcunq; conſultum mallent:q̄ iuſtis ho ſpitibus: nil criminum ommiſere: quin in Moyſem ipſum & he breos effunderent. Nam & uim illam prodigiorum que Moyſes ederet: &ſi haudquaq̄ omnino negarent:fieri tamen hec magice affirmabant: non dei uirtute: Cum Moyſes ipſe non ut magus hec factitaret: ſed ut pius uir aliquis & qui ſuam ſpem omnem in deo ſitam haberet: & ſancti ſpiritus nihil eſſet immunis: & le ges tuliſſet hebreis diuinitus conditas:& utcunq; res accidiſſent ad ueꝝ litteris demandaſſet. At Celſus cū nil æquior ſit eaꝝ rerū inueſtigator effectus:q̄ apud ægyptios aliter ſe hr̄e feruntť:& apđ hebreos aliter lōge:Sed captus:ut arbitror:ab ægyptiiſ & ꝑuetus:

ut quos habeat amicitia coniunctiores:his quidem qui hoſpites uiolarint:ut uera narrantibus aſſentit͠:hebreos uero qui affecti in iuria ſint:ut ſeditioſos affirmat:ægyptum deſeruiſſe:nihil atten dens quam ſeditioſam dicit hanc multitudinem:ægyptiis ipſis re gnantibus nec ſeditionem facere potuiſſe:nec ſimultates & odia exercere:qnetiam ſimulac inqt id hominum genus ſeditionibus excitatis:& linguam penitus immutauit: ita ut q interea uſi ægy ptiaca uoce fuiſſent:cofeſtim hebraicum & patrium olim loquen di modum exprimerent.Sed eſto ut hi ægypti religione relicta: & natiuam ſimul oderint uocem:cur tamen impoſterum non Sy ra potius uſi ſunt lingua:uel forte Fænicia: ſed hebrea dumtaxat ab utriſq; his aliena:͠Quibus ex dictis id uelim colligere: falſum eſſe omnino ægyptios aliquos genere:factionibus cum ægyptiis uel ſeditionibus contendiſſe:ita ut iccirco relicta ægypto:in Pale ſtinam ſe illi contulerint: & ea loca inhabitarint: que Iudeā nūc dicimus:Cum ſane cōſtet :uernaculam iſtis linguam fuiſſe:uel lō ge anteq̄ in ægyptū deſcenderent:& litteras inſuper ab his plane diuerſas quas haberent ægyptii. quibus litteris & Moyſes uſus quinq; libros perſcripſit:quos ſacros credunt iudei. Nec ſecus & falſum illud eſſe conuincit͠:ꝙ cū ægyptii eſſent ex ſeditione cepe rint hebrei poſtmodum dici.Et ꝙ iudei alii quidam Ieſu tempo ribus & ſimultatibus quibuſdam ſeditioſis ī republica iudeorum obortis:ſint Ieſum ſectati.Non enim poterit Celſus:nec ſecum q ſenſerint chriſtianorum opus aliquod ſeditionis arguere. Nam ſi res ea que chriſtianam religionem confirmat: & a iudeis prin cipium ſumpſit: quibus & arma capere pro tutandis domeſticis laribus licuit: & hoſtes necare: ſeditionem quoq̄ pacto pretule rit: haudquaq̄ qui chriſtianis leges preſcripſerat Ieſus hominum internitionē omnino prohibuiſſet. Nec æquum fore diſcipulos inſtruxiſſet:ut in hominem aliquid:uel perditiſſimum auderent. Non enim dicere exiſtimabat diuinā eius doctrinā ea pmittere:q̄ in honinū perniciem cederent:nec xpiani quidē q pinde initium a ſeditione cepiſſent:ad tam manſuetiſſimas leges ſe contuliſſent:

quaꝝ gratia pecudum more: ut necarent̃ effectum ſit: nec poſſent in hos illatas iniurias uindicare: qui ſe ad internitioné pſequeren tur. Quinetiã res ipſas altius conqrenti: uel id quidem de his qui ex ægypto egreſſi ſunt: licet hauddubie affirmare: mirãdũ in mo dum omnem tunc populum: linguã ut diuinitus traditam: una ſuſcepiſſe: que hebraica diceret̃. quemadmodũ & apud eos ex ꝓ phetis quidã ita predixerãt: cũ exiret de terra ægypti: linguã quã nõ nouerat audiuit. Erit itaq; hoc modo id cõfirmandũ: nequaq̃ eos fuiſſe ægyptios: quos conſtet cũ Moyſe ex ægypto digreſſos. Si enim ægyptii: illi fuiſſent: erat profecto neceſſe ut uel eoꝝ no mina ægyptia eſſent: ut cuiq; linguæ: & ꝓpinquiores appellatões ſunt nominũ. ꝙ ſe ex nominibus ipis q̃ ſane hebraica ſunt: haud quaq̃ ægyptios fuiſſe hos liquet: nimirũ cũ hebraicis nominibus redundet ſcriptura: & ægyptiis item: que imponere liberis cõſue rant: Aperte illud falſum eſſe arguit̃: quod eſt ab ægiptiis uſurpa tum: hebreos ſcilicet cum fuiſſent ægyptii: ex ægipto ſimul cum Moyſe fuiſſe eiectos. & clare patet: ut p Moyſem ipſum cõſcripta tradit hiſtoria: ex hebreis ꝓgenitoribus hos duxiſſe originem: & lingua uſos: e qua & filiis ſuis nomina coaptarẽt. quod autem ad xp̃ianos attinet: cum eſſent inſtructi: ut ne inimicos quidem ulci ſcerent̃: ſeruabant hi placidam illam & clementioré ſibi impoſitã legem: & cum bella gerere: & ſi ualidiores: prohiberent̃: id tamen muneris defungi dei potentia uidebant̃: qui pro eis & prelia ſem per iniret. & p tempoꝝ interualla deſiſtere tandem a ceptis coege rit: qui aduerſus xp̃ianos inſiſterẽt: & eos uellent morte depdere. Verum ut ceteri ꝓbatiores efficerent̃: & in animum inducerent mortis contemptũ: cũ quoſdam ſpectarent ꝓ uero cultu & pia re ligione certare: pauci quidem tunc p̃mum nec numeroſi: & aliis item atq; aliis tpibus ꝓ diuino cultu mortui ſũt: deo imprimis id ꝓhibente: ne eoꝝ gens omnis debellaret̃: quippe quã & ſtatuere uellet: & confirmare: & orbem terræ repleri ſalutari hac & religi oſiſſima diſciplina iam deſtinaſſet. nec ſecus ut a mortuis cura & anxietate reſpirarẽt quandoq; infirmiores: quoꝝ dũtaxat uolũtatĩ

ꝓuidendum iam cenſuit: ubiq; initas in eos inſidias diſturbauit: ita ut nec imperatores ulli nec preſides ipſi locoꝝ: nec pp̄li: ira incē di diu aduerſus hos poſſent. his igiť Celſi iā dictis occurrimus: quibus & ſeditionē affirmat uel iudeis fuiſſe quondā ſtabilimenti principiū: & xp̄ianis deinceps. Sed cū in ſubſequentibus apertius Celſus hec mentiať: age & qualia ſint explicemus. Etſi omnes ho mines inqt xp̄ianos eſſe ſe malint: haudquaq̄ æquo id animo tule rint. quod utiq; falſum eſſe: illud coarguit: ꝙ nil ꝓrſus negligant: quantū in ſe eſt: xp̄iani: quo minus ubiq; terraꝝ: cum uerbū: tum uera doctrina diſſemineť: & ita ut pleriq; operepreciū ducant nō modo ciuitates & urbes adire: ſed oppida: uicoſq; & conciliabula: ut alios reddāt ueri dei cultores. nec dixerit aliquis opum aſſequē daꝝ gratia eos id agere: nimiꝝ qui plerunq; ne ad uictum quidē neceſſaria capiant: & ſi forte aliquid præ rerum inopia capere quan doq; coguntť: ſola ſunt neceſſitate contēti. Tam& ſi puelint q̄mul ti: his ipſis ſua cōmunicare: & ea conferre: que uitæ neceſſitatē ex cedant. Nunc uero cū ingens hominum multitudo: ad xp̄ianam doctrinā acceſſerit: & prediuites quidā: & ex his aliqui qui geſſerit magiſtratus: & matrone inſuper opulente & nobiles: xp̄ianæ hu ius diſciplinæ excipiant ſectatores: audebit ne aliquis gloriæ cupi ditate hos illos ue affirmare xp̄ianæ religiōis antiſtites fieri? Nec in huius quidem primordiis: cū ingens his diſcrimen impēderet: & ipſiſ precipue inſtructoribus: iure qs poterat id ſuſpicari: & nūc quidē gloriæ contēptus longepluris apud ceteros duciť: q̄ eorū ſit gloria: qui dignitate pares exiſti manť: cū tamē his honos nō omnibus deferať: Erit igiť id mendaciſſimū quod Celſus intule rat: uel ſi omnes homines xp̄ianam religionē appeterēt: hos tamē qui in p̄ſentia ſunt chriſtiani id minime cupere. cuius rei aduerte quod eſſe aſſerat argumentū: nam initio inquit perpauci erant: & unum inter ſe ſentiebant: at ubi in multitudinem euaſere: diſperſi iterum atq; iteꝝ abinuicem abſciduntť: & factiones priuatas habe re ſinguli uolunt: quod ut facerent a principio erat neceſſe. ꝙ autē comparatione inſequentis impoſterum multitudinis: chriſtiani

ꝑpauci eſſent:tum primū cum Ieſu doctrinā exciperēt: ꝑſpicuum eſt:tam&ſi nec ea omnino paucitate fuiſſent.ſiquidem quod & Ieſu feciſſet inuidiam:& iudeos ut huic molirent̃ inſidias cōcitarit: uis illa hominū fuit & copia: qui eū ſunt in deſertum ſecuti: quādoquidem ad hominum quinq̧ milia:uł ut minuſ dixerim:milia quatuor:Ieſum dominum ſequebant̃: feminaꝝ numero dempto & pueroꝝ. Nam tantus inerat Ieſu ſermonibus lepos: & alliciēdi uis quedam:ut non modo uiri hunc ſequerent̃:uel in heremum abeūtem:ſed femelle:quas nec muliebris infirmitas moraret̃:neq̧ innate fragilitatis puderet: nec uerecundia ulla uel pudor retraxerit:q̇ preceptorem ſequi in heremum uiderent̃: & pueri item cu iuſuis labis expertes:ſiue genitores ſectati: ſiue Ieſu diuinitate ducti:ut & his ſanctitas inſpergeret̃:parentibus Ieſum ſequentibus inheſerunt.Sed eſto:fuerint illi initio pauci: quid tamē id ad eam rem fecerit quam pauloante intulerat:ˀ non æquo animo chriſtianos laturos:ſi Ieſu doctrīa uniuerſis ſuaderet̃ mortalibus:ˀ Dixit preterea & unum omnes tuncprimum ſenſiſſe: at ubi in multitudinem euaſerunt:diuerſa:cum nihil interea:uel ea in re animū ipſe intendat:quandoquidē uarie uel a principio de his ſenſerint chriſtiani:que libris quos ſacros nuncupant tradita ſunt: quin & apoſtolis predicātibus:& Ieſu quem ipſi ſpectaſſent doctrina alios inſtruentibus:non parua inter eos qui ex iudeis crediderant oborta queſtio eſt:de gentibus ipſis qui ad chriſtianam religionem cōcederent:utrum his eſſent iudaici ritus ſeruandi: an de mūdis & immūdioribus eſcis ꝑ eos eſſet:ut minus graue:quod iudaice cauere tur: tollendum:ˀ qui relicta patria ex gentili conſuetudine:in Ieſū tunc crederēt:ˀ Nec ſecus & in epiſtolis Pauli qui eorum tempore fuit qui Ieſum uidiſſent:dicta quedam reperiunt̃:a nonnullis perinde prolata de reſurrectione querentibus:& utrum illa facta iam ſit:& de die domini:utrum inſtet an minime:nec ſecus & illud q̄d Paulus Timotheo iniungit hoc modo: deuitans prophanas uocum nouitates & oppoſitiōes falſi nominis ſcientiæ: quam quidē ꝓmittentes:circa fidem exciderūt:plane diſignat: uel tumꝑmum

uarias fuiſſe opiniones:cum nondum ut Celſus exiſtimat:pmulti eſſent qui crederent.proinde chriſti doctrinam hic carpens: chriſtianorum nobis hereſes exprobrando ſic inquit:ubi uero in multitudinem excreuerunt:& iterato diſperſi ſunt:& diſciſſi abinuicẽ: & factiones ſinguli habere priuatas uolunt.& illud ſic infert:& p̄ multitudine rurſum inter ſe diſſidentes:ſeipſos coarguunt: nomẽ dumtaxat:ut ita dixerim:commune ſortiti:ſi modo commune id faciunt:& illud tamen relinquere pudet:cetera uero aliter alii atq; alii ſortiunt᷑.Ad hec illud dicturi nos ſumus: nulla unq̄ ex re cuius principium non elegans fuerit:uel uitæ conduxerit:hereſes uarias prodiiſſe.Cum enim medendi ars putilis humano generi ſit: & admodum neceſſaria:& multa in ea querantur de modo:qualis ſit curandis corporibus adhibendus:iccirco & opiniões uarie apd̄ græcos:& plane ea in arte oborte & plurime quidem reperiuntur: uel apud barbaros ipſos ut arbitror: qui arte hac ipſa uti ſe profitentur.quinetiam & in philoſophia que de ſe & ueritatem ſubſiſtẽtium rerum promittit & notionem: & quemadmodum uiuendũ ſit:ſugerit:& his nititur nos inſtituere: que noſtro generi prodeſſe queant:magni profecto momenti ſunt que a multis querunt᷑: unde & ſectas complures in philoſophia fuiſſe ſat conſtat: quarũ quedam inſignes ſunt & preſtantes:quedã uero nequaq̄ his ſimiles:quin & iudei hereſum cauſam habuere Moyſi ſcripta: & dicta prophetica:que uario captu ab his legerent᷑. Sic igit᷑ quandoquidem elegans & precipuum aliquid eſſe mortalibus uiſa eſt chriſtiana religio:non modo ad Celſi opinionem ſeruiles quidam & imperiti: ſed græcoꝝ pleriq; eloquentiæ dediti & peritiſſimi uiri neceſſario hãc ſubiere: nec tamen per ſeditionem & contentioſas hereſes:ſed quia philoſophi fere omnes ſtuderẽt ut earum rerum cognitionem aſſequerent᷑:quibus chriſtiana religio niteret᷑:unde & ſubſecutum eſt:ut cum omnes diuinam hanc eſſe diſciplinam admitterent:hereſes & ſecte oborirent᷑:que ab his & nomen ſibi deſumerent:qui eius quidem doctrinæ principium demirati:utcũq; poſtmodum: ut abinuicem diſſentirent: ſuaſionibus quibuſdam

inducebant᷑: Sed nec medicinæ artem quis iure defugerit: qa opiniones in ſe uarias habeat: neq̃ philoſophiam is auerſabit᷑ qui q̄d decorum eſt contemplet᷑: quia ſub diuerſarum ſectaꝝ pretextu aſfirmet ſe hanc auerſari. ſic item nec ex iudeoꝝ opinationibus uarie ſentientiũ damnãda ſunt ſacra Moyſi ſcripta & prophetarum. ꝙ ſi hec ita ſe ſubſequunt᷑: cur eadem nos ratione chriſtianorum hereſes non excuſabimus: de quibus Paulus mirifice dixiſſe uidetur. cum inquit: oportet autem & hereſes eſſe ut qui probati ſunt manifeſti fiant in uobis. Vt enim in medicina ille probatior erit qui ubi in diſceptationibus uariis fuerit exercitatus: & maiorem in partem multorum opiniones diſcuſſerit: preſtãtiorem mox eligat conſectandum: qui in philoſophia: cum ex multarum rerum cognitione: profecerit plurimum: tum quia is plus aliquid impenderit ſtudii: ita ut potioribus dictis inhereat: ſic & hunc equidem ſapientiſſimum dixerim qui chriſtianæ & iudaicæ religionis hereſes & ſectas peruiderit. qui uero chriſtianam doctrinam iccirco incuſet: quia hereſes habeat: neceſſe eſt ut & Socrates coarguat diſciplinam: cuius ex ſcola: & aliorum plereq̃ prodierint nõ eadem ſentientium ſecte. Nec ſecus & Platonis inſimulaturus eſt aliquis dogmata: qa Ariſtoteles noua quedã ex ſe adinuenerit: ubi huius ex litterario ludo diſceſſerat: de quo etiam ſupra meminimus. Videtur autem Celſus hereſum aliarum habuiſſe cognitionem: que nec Ieſu nomen nobis communicarent: forte enim ad eum delata eſt hereſis que ofianorum quorundam & Cainanorum eſt dicta: uel alia huiuſmodi quedam: que ex Oloꝝ ſcola profluxerit: & ꝓ Ieſu ſententia falſo aſſerta ferat᷑. Cum illud tamẽ nil fecerit ut incuſanda iccirco ſit chriſtiana doctrina: deinde ſic Celſus. Eo autem iſtorum conuentũ maiorem in modum: ut parui momẽti nos demiramur: quo nulla re digniori conſtare arguit᷑: ſed factiones & quicquid ex his utilitatis obuenerit: & externum timorem pro re precipua ducunt. Hec nanq̃ his fidem ſtabiliũt. Vel ad id quidẽ ſic reſpondebimus. adeo autem ex re aliqua uel diuina potius operatione conuentum noſtrum conſtare hunc dixerim: ut huius

principium ſit & in ꝓphetis autor deus: qui homines doceat xp̄i aduentum ſperare: qui mortalibus ſit allaturus ſalutem: Et quãto noſter iſte conuentus in uero nil poteſt coargui: & ſi ab impiis co arguat̃: tanto chriſtiana doctrina: ut per deum iam tradita: cõfir matur & inualeſcit. Et Ieſus quidem uel anteq̃ carnem ſuſciperet: uel poſt carnem ſuſceptam: dei filius demonſtrat̃. quin & illud aſ ſeuerauerim: quemadmodũ ubi homo hic redditus ẽ ab his: q ani mæ oculis: ut perſpicatiores plurimum ualent: deo digniſſimus inuenit̃. & a deo plane compertus ad nos deſcẽdiſſe: nec ex huma na ſapientia habuiſſe principium: uel ea que principium id ſubſe quunt̃: ſed ex dei apparitione: multiplici ſapientia quadam: & uir tutibus uariis: iudeoꝝ primo: & chriſtianoꝝ deinceps confirman tis religionem. Oſtendimus itaq; quas Celſus dixerat factiões & que ex his commoda ſequerent̃: ei fuiſſe principium: qui ſua do ctrina tot homines ad ſe conuertiſſet: effeciſſetq; etiam meliores. ꝙ autem nec externo timore ullo teneat̃ noſter iſte conuentus: ex eo liquet quod uel deo placitum eſt: ut formido illa ceſſarit iãdiu: que diuexare nos uidebatur: & æque futurum ſit ut impoſterum ceſſet: fidelibus ipſis nihil huic uitæ uerentibus: Sed q̄buſuis mo dis chriſtianæ doctrinæ & nominis detractores: noſtre tã diutur ni ſtatus & in tanta fidelium multitudine: cauſam forte exiſtima uerint: quia non a principibus impugnemur ut olim: ipſi tamen a Ieſu uerbo didicimus: nec in pace reſolui & quieti nos dedere: nec cum oppugnamur: a mundo: deficere: nec a dei omnipotentis in chriſto Ieſu deſciſcere caritate. Atqui liquido noſtri principii ma gnitudinem patefacimus: non ut Celſus exiſtimat: occultamus. Vbi recens ad religionem inductis: & idoloꝝ contemptum & ſi mulachroꝝ ingeſſimus: & illoꝝ preterea mentem a creataꝝ rerum cultura: cum deum colere debeant: ad eum erigimus qui condidit uniuerſa: & hunc ſedulo demonſtramus quem ꝓphete uenturum predixerint: & euangelica dicta & apoſtoloꝝ uoces proferendo ac curatius his aperimus: qui prudenter audire hec quiuerint. Verũ qua nam ipſi formidine contrahamur: ut Celſus nil euidentius

ſcribit:qui uelit oſtendat:ni forte formidoloſum illud confingi & eius teneri nos formidie dixerit: quod de futuro dei iudicio com memoramus: quemadmodum homines ſint de his que geſſerint per hunc iudicandi:& id ſane uarie confirmamus cum ſacris ex lit teris:tum decenti aliqua ratione:quippe quibus amica ſit ueritas: ſubiungit demum hec Celſus:non enim uel iſti poterunt uel ipſe ego:uel mortalium alius quiſpiam:ea de re aliquid definire:q̄ ini qui ſint crutiatu afficiendi:& premiis iuſtiores dignandi:quoſ igi tur metus commenti nos ſumus: ut homines contrahamus: ſi fu turi crutiatuſ rationem & decreta ſuſtuleris? Enimuero cum inqui at etiam ueteris dicti falſas auditiones nonnullas nos fingere: & homines iſtis preoccupatos inſtruere: nec ſecus ac ſolent qui per Coribantes aris circumaguntur. Ad hec ſic reſpondebimus: Quas enim ueteris dicti inanes auditiones hic refert? ſiue enim priſcis illis græcorum dictis hec inquiat: ſubterranea quedam iu dicii loca eſſe docentium: ſiue de iudaicis ipſis iudiciis iampridem denuntiatis: & eo preſertim quod de uita illa poſt hanc omnino futura predicitur: nequaq̄ poterit ulliſ aliquando argumentis oſtē dere: uanis quibuſdam auditionibus ueritate ommiſſa: nos inuer ſari: & ad decreta huiuſmodi uiuere: quicunq̧ non temere ſed rati one nitimur ad fidem accedere. Que uero noſtre fidei ſunt: cum ægyptiorum rebus conferre uult Celſus: quos adeunti permagni fica templa & lucus: propyleorumq̧ moleſ & ornamenta mox offe runtur: delubra inſuper admiranda tabernaculis obducta ſuperbi oribus: deorumq̧ ſupſtitioſiſſimi cultus. Vbi uero ad penetralia ipa puentū ē Crocodillū: canē hircū ue ſimeā & hmōi alia adorari mox qs cōſpicabit̄. Qui igit̄ poterunt iſti ægiptiorum oblati pri mo aſpectu adeuntibus permagnifici apparatus: cum noſtris re bus conferri? Aut quota erit iſta proportio: ſi poſt ingentia illa propylea in templorum penitiſſimis locis: brutis his animātibus diuini deferantur honores? Nun prophetias ipſas: & deum omni um conditorem: & que uana ſimulachra iſta oppugnant & per dunt: cum his duxeris comparāda? que utiq̧ tanti apud te fiunt:

Ieſum uero cruci affixum cum animali rõnis experte:& quod adorent ægyptii:cõferendũ:ꝙ ſi id affirmauerit Celſus:non enim id ꝑter aliud:ubi noſtris ille occurret:dicturum exiſtimo:ſat illa fuerint ad hunc refellendum: que nobis ſuperius ſunt in eoꝝ confirmationem iam explicata:que Ieſum attingerent.quemadmodum que illi humanitus accidiſſe ſunt uiſa: uniuerſo mũdo contulerit plurimum:& ſalutaria fuerit.Proinde & ea que gloriæ ducũt ægyptii:& que de brutis meminimus animãtibus: que ue illi ſiue dei preferre ſignum affirment: ſiue utcunq; iſtoꝝ uatibus uaticinãdo appellare collibuit:imaginationem ait quandã immittere ſe perdiſcentibus:nil eſſe hos fruſtra initiatos: que uero noſtre ſunt diſciplinæ:eiuſ uirtute:quod Paulus donum appellat: per ſpiritum in ſapientiæ uerbo:cum conſtent:& in eo quod ſecundũ ſpiritum eſt ſcientiæ uerbo:in chriſtiana doctrina peritiores affirmãt:haudq̃q̃ imaginatus fuiſſe Celſus uidet᷑: quod utiq; nõ modo ex his intelligi poteſt: ſed ex inſequentibus ipſis: que chriſtianoꝝ eccleſiam criminando ſubiecit:cum inquit.Hi enim ab ea quam credunt & predicant diſciplina :omnem abigunt ſapiẽtem:ſtultis dumtaxat & ſeruilibus cõuocatis:de quibus cum oportunum fuerit: & ſe locus obtulerit: dicturi ſumus. Subiũgit & ægyptios nos irridere: tam&ſi enigmata nil uana & multa exhibeant:ſiquidem ideis quibuſdam eternis:non animantibus ad diem uicturis: edocent iſta in honorem deferri. Xp̄ianos uero inſanos affirmat: & ſtultitiæ arguit: perinde qui in Ieſu rerum geſtaꝝ narratione nihil induxerint:quod ægyptioꝝ ſit canibus uel hircis preſtantius. Sed heus o elegans tu & ſtrenue uir.illud ergo collaudas & uerbis extollis: ꝙ ſupuacua quedam enigmata producant ægyptii:& obſcura per multa de ſuis animantibus narrent:& ſane indecenter id agis:quãdo ĩ eo nos plane coarguis ut certior factus & pſũaſus: nos demũ nihil afferre niſi que uaniora ſint:& nullius momenti:cum ꝓ uerbi ſapientia de Ieſu q̃multa illis inſinuamus:quos in chriſtiana religione pfectiores eſſe comperimus.de quibus:apud eos q̄ audire huius religionis ſapientiam poſſunt: ſic docens Paulus diſſerit.

Sapientiam autem loqmur in pfectis: ſapientiã uero non huius ſe culi: nec principũ huius mundi qui deſtruunt᷑: ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio quod abſconditũ eſt: quod predeſtinauit deus ante ſecula. ad gloriã noſtram quã nemo princeps mũdi hu ius cognouit. uel eundem in modũ. qui cum Celſo ſenſerint: hec ipſi affabimur. Dicemuſq; nullam Paulum excellentem ſapientiã imaginatum: ꝑmiſiſſe ſe in perfectioribus loqui. q̄ ſi ꝑ eius impu dentia id dixerit Celſus: illum iccirco fuiſſe pollicitũ: qa nihil ha beret ad explicandũ quod præ ſe ſapientiã ferret: his dictis ſumus ſic occurſuri. & imprimis illud dicturi. Heus tu: explana eius qui hec dicit: epiſtolas: & ubi iſtaꝝ quid ſibi dictiones ſingule uelint aduerteris: epiſtolaꝝ dico: ſiue quas ad Epheſios ille pſcripſit: ſiue ad Colaſſenſes Theſalonicoſq; & Philippenſes dederat & Roma nos: utrũq; id arguas uelim: & q̄ Paulũ ſuperes indicẽdo: & q̄ de mõſtrare hos queat ſtultos fuiſſe & inſenſatos: ad quos ille lr̃as de derit. Nã ſi diligẽter Celſus Pauli ſcripta plegerit: futuꝝ hauddu bie ſcio: uel hoĩs ſenſa ut hic demiret᷑: q ĩ eo ſuo dicẽdi genere ma gna quedã ſit & ꝓſundiora cõplexus: uel ſi uiri admiratõe nil mo ueat᷑: ridiculus plane appareat: ſiue quia uiri ſenſũ pinde p ſe cõce ptum explicuit: ſiue quia obuiã ire & cõfutare tẽptauerit: q̄ ſe intel ligere fuerat imaginatus: ipſe uero nondũ ea ꝓtulerim q̄ in euãge licis ſcriptis ſunt obſeruãda: quoꝝ ſingula & ſentẽtiæ plurimũ in ſe cõplectunt᷑: & ea aſſeruãt q̄ nõ ſolũ multis contẽplatiõe & captu difficillima ſũt: ueꝝ & e ſapiẽtiũ numero paucis admodũ ĩtellectu facilia. qppe q̄ & altiſſimis ſenſibus pabolas narrẽt: & dictis ꝓfũdi oribus: q̄s utiq; Ieſus his q exterius eſſent: publice loq̄bat᷑: illis tñ dũtaxat explanatiõe ſeruata: q exteriorẽ auditũ excederẽt: & ſeorſũ ad ſe domũ uenirẽt. Admiratiõe aũt qs ꝓculdubio capiet᷑: ubi pla ne cognouerit: q̄ rõne exteriuſ eẽ dicti ſũt quidã: & alii domi: qs p̄ terea nõ obſtupeſcat: qui poſſit ieſu ſeceſſus aio cõtẽplari: dũ mõtẽ aſcẽderet: ubi uerba eẽt tã ĩgẽtia editurus & opa tã mira facturus: & demũ futuꝝ ut ſeipm tranſfiguraret. inferius uero dũ infirmos cu raret: qui nec eo cõſcẽdere potuiſſent: quo ſe diſcipli ſunt cõſecuti.

Velle autẽ que euãgeliis inſunt precipua quidẽ & plane diuina uel de xp̃o: hoc eſt ſapiẽtia ipſa & & uerbo: q̃d ſentiat cũ diſſerit Pau lus explicare: nulla in p̃nti offert̃ occaſio: ſed ſatis ſint iſta q̃ dixi mus ad ſtultã Celſi irriſionẽ: qui ea que eccl̃ie ſunt archana & my ſtica ægyptiorũ Crocodillis hirciſq; & canibus ſimillima fecerit. Nec ullam quidem contumeliæ ſpeciem aut irriſionis: ſcurra Cel ſus & nebulo: in his reliquam faciens: quibus in nos praue inuehi tur: dioſcuros: Herculem: Aſclepium & Dionyſium nuncupat: q̃ apud græcos crediti ſunt dii fuiſſe. Aitq; neq; id quidẽ nos æquo aĩo ferre: a grecis illos: deos exiſtimari: q̃ hoĩes olĩ fuiſſẽt: & ſi cete ra p̃ſtãtiores quidã & pleraq; mortaliũ gr̃a & fortia geſſerit. Ieſum uero morte affectũ: ſuis cõtripudiatoribus: & uiſũ eſſe nos affirma re: cũ umbrã eſſẽt forſitã cõſpicati. ul̃ ad hec quidẽ ſic r̃ndebimus: Eniuero icc irco Celſus apte quidẽ: nõ tñ aptius ſe nõ hos coler̃ ut deos oñdit: q̃a eorũ forſitan uerebat̃ iudiciũ qui ſua eſſent ſcripta impoſterũ perlecturi: ne deos negare his uideret̃. Si enim is quod uerum eſſe iam crederet tueret̃: p̃fecto nihil diſſimulaſſet: & ſe de os hos credere. Sed age & eos qui deos hos eſſe nil putẽt ſic alloq̃ mur: nun a principio non hi extitere? Sed quemadmodũ de hoĩs anima ſentiũt multi: q̃ mox corrumpat̃: ita & iſtorũ corrupta eſt & euanuit anima? an pro eorũ opinione qui permanſuram hanc dicunt uel immortalem: & hi adhuc p̃ſtant: uel ſunt immortales: cum dii non ſint ſed heroes quidam: & forte nec heroes ſed ſimpli citer anime? Si igit̃ minus conſtare hos arbitramini: erit p̃fecto quod p̃us de anima dicendũ nos duximus: cõfirmandũ: ſin uero p̃ſtare hos dicitis: ul̃ ſic quidẽ q̃d de immortalitate iã diximus eſt admittendũ: nec ſolũ q̃a de hac optĩe græci diſſeruerũt: ſed quia id ip̃m & ſacre l̃re uelint. quinetiã plane oſtẽſuri nos ſumus hos qui tam multi in deos relati ſunt: nec locum quidem nec p̃tem potio rem aliquam eſſe ſortitos: ubi ex hac uita migrarunt: quando & ſe cũ uel ſuas res geſtas detulerint: quas hiſtoriæ narrant: in quibus nimirũ & effuſior illa Herculis laſciuia memoriæ p̃dit̃: & q̃ fuerit aduſq; ueſaniã adamate Oniſale: muliebriter ſeruitute obſtrictus:

& que de Aſclepio item produntur: ut a Ioue ſit fulmine ictus. explicantur preterea & que de Polluce habentur & Caſtore: uti alternis uiuerent alterniſq; morerent̃. unde ſint & honores ſortiti qui inſoliti eſſent & dis deferri: qa mortem obierint. qui ergo po terit iſtoꝝ quiſpiã dici uel iure deus: uel heros denoĩari? nos uero que de Ieſu narramus ꝓpheticis dictis oſtendimus cõfirmata: nec ſecus & que de eo ueriora pronuntiant̃: cum illoꝝ geſtis ſi confe ramus: proindubitato aſtruimus nil ei fuiſſe cõmiſſum: uel hiſto riæ ꝓditum: quod in continentiam preferat aut laſciuiam. Siqui dem nec qui inſidias huic molirent̃: & falſum aduerſus eundẽ te ſtimonium conquiſiſſent: nec ueri quidem ſimilia: ſed falſa enixe teſtificando: adinuenerunt: ut alicuius ſaltem facinoris inſimula rent. quinpotius hominũ ille inſidiis: morte affectus eſt: nec ſane in ſe quidpiam habuit: quod eſſet cum Aſclepii fulmine comparã dum. Verum qd in ſe habuit grauitatis Dionyſius ille menolas: habitu muliebri amictus: ut tanq̃ deus adoraret̃? ꝙ ſi hi q iſtoꝝ malefacta excuſant: ad allegorias confugerint: erunt he quidem ſe orſum examinãde: utrum ſani quid habeant: & ſeorſum dii hi ex pendendi: utrum ſubſiſtant: & digni ſint qui colant̃: quando & a titanis bello ſuperati ſint: e cœlo turpiter deturbati. At noſter Ie ſus: ubi ſuis apparuit tripudiatoribus: utar enim & Celſi uocabu lo: in uero eſt uiſus: quẽ Ieſum ſimul & uerbũ Celſus calumniat̃: cũ eius umbram dicit his obuerſatam: Sed conferant̃ illoꝝ res ge ſte cũ his que de Ieſu narrant̃: an illa uera eſſe uult Celſus: noſtra uero hec falſa & cõmentitia: que per hos plane ſunt & cõſcripta & uiſa: & re ipſa ſic præ ſe tulerint: ut clare poſſit intelligi: hec eos ſpe ctaſſe? uel ex his etiã que ꝓ Ieſu doctrina ꝑpeſſi ſunt: animo ꝓm ptiore mentis affectũ pretendũt. Verum quis unq̃ q omnia uelit ad æquũ expẽdere: que de illis narrant̃: uel ad unũ uniuerſa admi ſerit? his uero que de Ieſu legunt̃ temere & re indiſcuſſa diffidat? Quinetiã quod de Eſculapio ferũt: multos mortaliũ tam grecoꝝ q̃ barbaroꝝ hunc perſepe uidiſſe: & ad id tp̃is non ut apparentem imaginem: ſed ipſum hunc medicantem & beneficia conferentem

& predicentem futura:ſpectare: dignum iudicat Celſus: ut & ipſi credamus.perinde de cetero nihil incuſaturus qui & Ieſu fidem pſtiterint:ubi his crediderimuſ:ubi uero cum diſcipulis ipſis qui Ieſu miracula peruiderunt:& apertius ſue conſcientiæ preferũt rectitudinem:una conuenerimus:ſpectata illorum ſuis ex ſcriptis:quãtum ex illis comprehendi poteſt:ſimplicitate: ueſani quidam per Celſum uocamur: qui minus interea queat quam græcorum & barbarorum multitudinem dicit:que Eſculapio fidem preſtet:producere.nos uero:ſi modo id Celſus operepretium duxerit: clare mõſtrabimus tam grecorum q̃ barbarorum uim eam innumerabilem in Ieſum iam credere.Cuius credulitatis & gratia: quidam accepiſſe ſe aliquid admirandum: ſigna hec preferunt: quod alios curãt: nihil aliud ſuper his inuocantes qui curatione hac indigent: pter dei nomen omnipotentis & Ieſu: cum earum rerum quas mirabiliter geſſit: narratione. His enim & nos q̃multos uidimus:grauioribus nonnullis calamitatibus erutos:& dementiæ morbo & furiis:& malis innumeris aliis liberatos.Que utiq; nec homineſ nec demones ipſi curaſſent.Vt autem & illud conceſſerim demonem aliquem medendi peritum poſſe corporibus medicari: qui Eſculapius uocitet̃: ad eos equidem dixerim q hec demirent̃: uel Apollinis oracula obſtupeſcãt:Si enim corporum medicina res quedã media eſt:que non modo in probos: uerum & in prauos aliquos cadat:& medium aliquid ſit preſcientia futurorum(non enim pſus qui futuri preſcius eſt. probitatẽ pretulerit) ueſtrũ ſit nũc illud arguere:cur non improbi ſint qui medent̃:& qui futura predicant: At probi quidam monſtrantur: & ita ut non longe ab ſint:quin dii putentur. Sed nequaq̃ poterunt hos probos oſtendere qui alios curent: & uentura prenoſcant: cum multi: uel uita indigni dicantur curari: quos utiq; nec medicus quidem qui ſapiens fuerit: curando duxerit:quando indecenter & turpiter uiuant.quin etiã in Apollinis Pythici uaticiniis nõnulla cõpereris iniq̃ iniunctã:e quibus duo quedã in preſentia explicemus. Cleomedi enim pugili cuidã diuinos iuſſit hic deus honores deferri.Neſcio enim

quid in eius pugili arte perſpexit: quod elegans eſſet:nec ſane Py
thagore illi uel Socrati hos detuliſſet:quibuſ pugillem hominem
affeciſſet:nec ſecus cum muſarum cultorem dixiſſet Archilochum
uirum ſane qui in peſſima quadam & perditiſſima materia ſuam
poeticam oſtēdiſſet:moreſq; flagitioſos & impuros præ ſe ferret:
quia muſarum pronuntiauit cultorem:que & dearum ſunt nomē
ſortite:pium aliquem eſſe & probum teſtificatus eſt. Nec plane in
telligo utrum aliquis pium quempiam dixerit ſi non modeſtia fu
erit & uirtute quauis ornatus:qui uel talibus ſit dictiſ ꝓſecuturus
qualia elegantes illi Archilochi continent iambici uerſus. Si igit᷑
ex hac Eſculapii medēdi arte:& Apollinis uaticinio: quod diuinū
ſit nihil prefertur: quo pacto:uel ſi habere ſe ita id concedat᷑: iure
quiſpiam ut deos & puriores quoſdam iſtos coluerit᷑ p̄ſertim cū
Pythicis faucibus: inſidentem illam quam uatem dicunt per mu
liebria Apollineus ſpiritus fatidicus ille inuadat: terreni prorſus
corporis expers.Nos uero de Ieſu nihil huiuſmodi deq; eius uir
tute ſentimus: quod enim fuerat ex uirgine corpus progenitum:
ex humana conſtabat materia:humanorumq; uulnerum mortiſq;
ſuſceptibile.Sed uideamus quid poſt hec inferat Celſus: cū ex hi
ſtoriis mira quedā producat:que &ſi ꝑ ſe rebus ĩcredibilibus ſimil
lima ſint:ipſe tamen:ut eius ex dictis oſtendit᷑:pro ueris ducit: &
ea imprimis que de Ariſteo quodam Proconeſio ita ferunt᷑:Dein
de Ariſteum ꝗdem Proconeſium illum ex hominum conſpectu
ſic abiiſſe mirabiliter inuiſibilem ferunt:& rurſum aperte compa
ruiſſe:& ſepe impoſterum ad uaria loca terrarum orbis migraſſe.
& mira quedam denuntiaſſe:nec tamen:uel Apolline ipō qui Me
tapontinam rem procuraret: in deoꝶ partem manere Ariſteū affe
uerante:hunc quempiam adhuc deum exiſtimaſſe. Videt᷑ autem
hanc ipſam hiſtoriā a Pindaro & Heradoto is deſumpſiſſe: ſed ſat
hec in pn̄tia fuerit ſi ea que in quarto Herodoti hiſtoriarum libro
leguntur mox adiecerimus:hunc in modum de Ariſteo conſcrip
ta.Verum unde originē duceret Ariſteus qui iſta protulerit dixi
mus:q̄ aūt dici de eo ĩ proconeſo & Cyzico acceperim explicabo.

Ariſteum ferunt cũ genere eſſet: ciuium nulli inferior: Fullonis ta bernã ingreſſum: uitam finiſſe: clauſaq; Fullonẽ taberna: hiis abi iſſe id nuntiatum: qui mortuũ contingerent ſanguine: ita uulgata p urbem iam fama Ariſteum occubuiſſe: ueniſſeq; id in certamen nonnullis tradentibus hominẽ Cyzicenum ueniſſe ex Artace op pido: qui diceret Scyzicum ſibi eunti: quempiam occurriſſe q ab inferis ꝓdiiſſet: idq; & contendere ſedulo & mortuũ ſe plane aſtru ere. Mortui uero propinquiores: q̃primũ fullonica taberna adita: delatis ſecum ad funus etiam neceſſariis: ut eum efferrẽt proceſſiſ ſe: deinde domo recluſa: nec uiuum quidẽ nec mortuum Ariſteũ comparuiſſe: Poſt annum uero ſeptimum ubi in proconeſo uiſen dum ſe prebuiſſet carmina edidiſſe que a græcis Arimaſpia dicerẽ tur: quibus ſic editis iterato euanuiſſe: huiuſmodi igitur ciuitates he predicant. Hec autẽ de Italicis comperta a Metapõtinis habeo: ubi ſecundo Ariſteus euanuit annos fere ducentos & quadragin ta: quantum in proconeſo potui coniectura & Metaponto collige re. Metapontini ferunt Ariſteum ſibi hũc uiſum iuſſiſſe: Appolli ni in urbe Aram erigerent: & Ariſteo ſtatuam: proconeſio cogno mento ponerent: enuntiaſſeq; ad ſe dumtaxat Appollinem & eoꝝ loca: ut ex Italia unicos: perueniſſe. ſeq; qui nunc Ariſteus ſit Ap pollinem hunc ipſum ſectatum: & tũc ſane ſe coruum fuiſſe: cum Apollinem ſectaretur qui uero iſta renuntiaſſet confeſtim euanu iſſe. ſe autem Metapontini affirmant delfos miſiſſe: qui deũ roga rent: quid nam hominis oſtentum illud portenderet. Pythiam ue ro mandaſſe oſtento parerent: parentibus res meliores fore: ſeq; ut erat iniunctum rite omnia peregiſſe: & nunc quidem erecta ſtatua eſt cum Ariſtei titulo: apud Apollinis ipſius ſimulachrum: & cir ca id lauri extãt. ſimulachꝝ uero in foro eſt collocatũ. De Ariſteo hec hactenus. dicendũ autem ad hanc Ariſtei hiſtoriã: ꝙ ſi Celſus hiſtoriæ loco hec explicauit: nec tñ quoq̃ pacto ꝑ ſe ferre appareat id aſſẽtiri: ut ꝓ uera hiſtoria: hãc ipam ſuſcipiat: aliter ꝓfecto eius dictis occurriſſemus. Sed cũ diuinitus & mirãdũ in modũ: illũ & euaneſcere inqat: & rurſum aptius cõparere: & ubi ad mltas orbis

nec ſolum in Ieſu ſed in omnibus q poſt fidem ſuſceptã:& id uitæ genus ſuſceperint peragendũ quam & Ieſus edocuit & eum tradu cat cum deo ad amicitiã ineundã:& cõmunicationem bonoꝝ:qui pro Ieſu inſtructionibus:duxerit uitam. Atqui ut Celſus ſentit: Appollo Metapontinos uult deoꝝ in ſortem Ariſteũ ut ducant. Metapontini uero ubi de Ariſteo:ut non magni momenti homi ne:ita nec diuinis honoribus digno: quod ipſi ſentirẽt:oraculo ꝑ tuliſſent:haudquaq̃ Appolini paruerũt:ita effectũ eſt:ut nemo in deum Ariſteũ retulerit.Ieſum uero dixerim equidẽ deum eſſe: qa humauo generi conduceret plurimũ: ſi ſe ut dei filiũ admitterent homines:qui in anima ueniſſet humana:& corpore hoc ipſo mor tali.Nec tamen eſt luxrioſe demonũ appetentiæ qui corpoꝝ ſtu dio detinent᷑:id uiſum:& eoꝝ qui deos hos putant: q ut iſtis ob ſequerent᷑ & colerent intercipere Ieſu doctrinæ pabulũ nitebant᷑: uidebant enim ſacrificia illa & nidores:quibus appetentius ipi ob lectarent᷑:ſi Ieſu inſtructiones inualuiſſent:ſublatũ iri. deus uero qui Ieſum miſiſſet demonũ ꝓrſus ſolutis inſidiis:effecit plane: ut euangeliũ Ieſu ubiqꜫ terraꝝ uictoria potiret᷑:ut homineſ tandẽ ex deuiis illis anfranctibus ad uiam redirent: & paſſim fideliũ cõuen tus coirent:qui uitam ducerẽt ab eoꝝ cetibus alienam: qui & neq ores eſſent & ꝑditi:& uanis ſuperſtitionibus inheſiſſent. ſunt enĩ eiuſmodi & taliter degunt: urbium populi numeroſi. At dei per xp̃m inſtitute eccleſie:ſi forte expenſe: cum alioꝝ populoꝝ multi tudine conferant᷑:ueluti luminaria quedam & ꝑlucẽtia in mundo future ſunt: quis enim non id fateat᷑: uel deteriores quoſqꜫ noſtre eccleſie:qui potioꝝ reſpectu inferiores ſint: non longeplurimum bonitate preſtare alioꝝ pupuloꝝ multitudinẽ᷑ Extat enim Athe nis:ut ita dixerim:dei eccleſia: mãſuetior quedã & optime inſtitu ta:ut que deo uelit omnipotenti cunctis in rebus ſeſe morigeram exhibere.eſt contra Athenienſiũ ipſa reſpublica:ſeditioſa quidem & nil ꝓrſus cum dei:que eodem fuerit eccleſia cõparanda.haud ſe cus de dei alia quadã eccl̃ia dixeris:q̃ Corinthi ſit uel Alexandriæ conſtituta:& ea quã ſeorſum habeat iſtarũ urbiũ populus:unde ſi

æquior fuerit qui id audierit: & ueritati ſtudẽs res ipas diſquirat: eum ꝑfecto admiratione dignũ exiſtimabit qui & cõſilio & ptãte ualuerit: dei ubiq; eccleſias conſtituere: que & ꝓxime ſingularum urbium & populoꝝ eccleſiis ſint: nec ſecus & ſi conſilia ipſa dei ec cleſie: cum alioꝝ populoꝝ conſiliis examinando contuleris: haud dubie comperturus es qui nam eccleſie digni ſint conſultores: uel ſiqua eſt ubiuis ciuitas: que in dei ciuitate degere queat: alii uero q̃ urbibus ſuis conſiliis uident̃ ꝓſpicere nihil profecto ſui ſtatus pre ſtantia dignum: quo ceteris ciuibus credunt̃ precellere: ſuis ex mo ribus: præ ſe facile tulerit. Sic item & antiſtitem eccleſiæ quempiã cum preſide aliquo uelim contuleris & ciuitatis ꝑncipe: ut plane intelligas uel in defectioribus q̄dem dei eccleſiæ cõſultoribus: & ſi primariis uiris qui uł negligentius uiuant & preter ſolertiſſimoꝝ quorundã & xp̄ianoꝝ conſuetudinẽ: nil minus deprehẽdi poſſe: q̃ ex uirtutum ꝑfectu ut ſe ceteris preferãt: quod utiq; preter eoꝝ eſt morem qui & urbibus conſulunt & dominant̃. ꝙ ſi hec ita ſe hebent: cur non æquius fuerit: de Ieſu qui tanta hec cõſtituerit ita omnes exiſtimare: ut non leuem in eo diuinitatẽ fuiſſe affirment. Ariſteum uero nihili ducere: uel ſi hunc uelit Apollo in deoꝝ ſor tem referri: & in aliis nihil fuiſſe diuinitatis: in quibus alioq̄n fu iſſe Celſus ſic dicens cõmemoret̃ nec Amarim yperboreũ illum quis deum eſſe crediderit: cui tantũ uirium eſſet: ut cũ uelociſſima ſimul ſagitta eueheret̃: q̄d enim tributa Amari yperboreo illi di uinitas iſta ualebat: quia ſagittam uelocitate æquaret̃ id ſane: ea re tãta hic donabat̃: ut hominum generi ſua ꝑnicitate prodeſſet: nun ꝓpterea cuiq̃ is aliquid cõtulit: dum ſagittæ ſimilis euolaret: ut concedamus etiam nil fabuloſa hec eſſe: ſed demonica potius opera quadam effecta. Si enim meus Ieſus ſublatus fuiſſe ĩ gloria dicit̃: uideo plane diſpenſatione quadã id factum: ut deus qui iſta operaret̃: preceptorem diſcipulis in ſublime elatũ cernẽtibus: com mendaret. & quemadmodũ non humanæ ſcientiæ gratia: ſed diui næ certarẽt: ut omni niſu omnipotenti deo ſe dederent: & ꝓ illius uolũtate cũcta ꝑficerent: tanq̃ pro meritis in diuino iudicio ꝓ his

recepturi:que recte praueq; in uita geſſiſſent.Sed cū deinceps Cel
ſus de Clazomenio quodā ſit mentionē facturus:ad eius hiſtoriā
& illud adiecit.uti illius anima corpore ſepe relicto ut incorporea
uagaret̃:nec tamen hunc homines deum exiſtimaſſe.Ad hec dixe
rim equidem impuros forſitā demones aliquos hec ut ſcriberent̃
molitos: nec tamen crediderim nō illoꝝ opera factū ut que de Ie
ſu fuerant per prophetas olim denuntiata: perinde ficta & cōmen
titia: & illis ſimillima que de Cleozomene illo tradunt̃: incuſa
rent nonnulli & carperent:uel ubi præ ceteris Ieſum habere nihil
oſtenderent huius admiratione non multū homines caperentur.
Dicebat enim noſter hic de eius anima Ieſus: non quia pro huma
no debito ſeiungeret̃ a corpore: ſed ꝓ admirabili ſibi tradita po
teſtate:Nemo tollet animam meā a me:ſed ego pono eam a me ip
ſo:& ptātem habeo ponendi eam:& iterum reſumendi.Cum igit̃
ponendi animam haberet hic ptātem: eam tunc poſuit: ubi illud
mox protulit.Pater ut quid dereliquiſti me? Et clamans uoce ma
gna dimiſit ſpiritum.Carnifices ipos preueniens qui in crucem ſe
ſuſtuliſſent:& eoꝝ crura cōfringerēt: qui ſecū eſſent ſuffixi patibu
lo.Et ſane hos conſtat iccirco illoꝝ crura fregiſſe:ne diutius luerēt
cruciatus.Reſumpſit autem animam Ieſus:cū diſcipulis ſuis appa
ruit.qua de re & iudeis ſibi nihil credētibus: hunc in modū predi
xerat.Soluite templum hoc:& ego in triduum excitabo illud.qđ
utiq; de ſuo corpore dixit:& ꝓphete pluribus uaticinati ſūt.unde
& illud habet̃:Et caro mea reqeſcet in ſpe:nec relinques aīam meā
in inferno:nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionē.Oſtendit
preterea Celſus q̃multas ſe græcas legiſſe hiſtorias:cum illud ſub
iecit:quod de Aſtypaleo quodam Cleomide narrat̃: quem refert
ligneum orbem ingreſſum:& arculam ubi ſeſe interiorē in partem
inſinuaſſet:non fuiſſe intus repertum:ſed exterius ſorte quadā mi
randa mox euolaſſe: ubi eū prehenſandi gratia arculam quidā cō
ciderēt.Vel id quidē &ſi cōmentitiū ſit & fabuloſum:ut eſſe uidet̃
neq̄q̄ cū his q̄ geſſerit Ieſus ē cōferēdū: nimiꝝ cū Aſtypaleo illi ad
aſtruendā diuinitatē: nihil dū ī hūanis ageret editū reperiat̃: cum

Ieſu eccleſie extét q̄multe:& hominū cetus:q in his plurimū ꝓfece runt & de eo ꝓphetie ꝓnuntiate: & eiuſdē in noīe curationes eſſe cte.& iuxta hunc ipſum cū ſapiētia ſit coniuncta ſciētia: & doctri na inſuper apud eos inuenta:qui a fide ſimpliciore aſcendere ad al tiora cōtendūt:& ſacrarꝫ litterarum pro Ieſu traditionibus ſenſus ſcrutari:cōmonefaciētis id ſedulo: ſcripturas ſcrutamini: & ꝑ apl̄i nutu docentis:eſſe cuiq꜕: ut oportuerit reſpondendū: nec ſecus & pro eius hortatu agendū qui inquit. Paratiores ſemper eſtote ad reſpondendū unicuiq꜕ petenti uos rationē fidei: que in uobis eſt. ꝗ ſi Celſo illud cōcedi libuerit:nil eſſe.ſ.fabuloſum & fictū:quod de Cleomenide illo hiſtoriæ prodit̄:dicat quamobrem uis ea que ſupra hominē eſſet:illud effecerit ut ſorte quadā:ut inqt:diuina:e clauſa arca mox auolauerit:ſi enim precipuū aliq̄d iſte pretulerit: & quod dei nutu ſit dignum:qui tanto munere Cleomenidē illū donauerit:iudicabimus quid illi ſit reſpondendū. ſin uero uel ro gatus ignoret ſimile ueri quidpiā ſuo loco ꝓferre: liquido patet: quandoquidē quod dicat nil habet:futurꝫ oīno:ut uel hos incuſe mus qui diuinā uirtutē minus admiſerint: & mendacii hiſtoriam arguamus:uel demonicū aliquid eſſe aſſeueremus: magicis p̄ſtigi is ſimile quod intuentiū oculos plane preſtringat: idq꜕ & in Aſty paleo cōtigiſſe:de quo Celſus exiſtimat ueluti oraculū aliquod p̄ ciniſſe:quia ex arcula perinde diuina quadā ſorte is euolaſſet.equi dem reor: de his ſolum quorꝫ & meminit comperta habuiſſe hec Celſum:& ut uideret̄ ultro & alios ommiſiſſe:intuliſſe & illud:& alios poſſe huiuſmodi:quempiam cōmemorare.Sed eſto: fuerint iſtiuſmodi plurimi:& alioquin nihil mortaliū uitæ p̄fuerint.quo tus nam horꝫ quiſq꜕ reperiet̄: ſi eorꝫ res geſte cum Ieſu operibus & miraculis conferant̄.de q̄bus hactenus ſatis.exinde haud ſecus nos facere:qa compheñſum & mortuum colimus pro eius ſenten tia Celſus exiſtimat:ac gete faciunt: qui Zamulſim adorant & co lunt:& Cilices qui Mopſū:& qui Anphilochū Acarnanes:& Am phiareum quēdam Tebani: & Leuadii Trophoneū.Et ex his qui dem hunc refutauimus:oſtēſuri nil merito noſtra his comparaſſe:

quos diximus quando hi quidẽ delubra his & ſimulachra: quorum meminimus conſtruxerunt. Nos uero ab ea diuinitate: que ita colatur: honore ſublato: qui demonibus congruat potius: erectis ne ſcio quo modo: aliquo uno in loco & obfirmatis: quem ipſi ſiue ſitus & regiões preoccupãdo: ſiue ſacrificiis: ſiue magicis quibuſdã adacti carminibus: habitãt: Ieſum miramur & obſtupeſcimus: qui mentem nobis a ſenſibilibus hiſce auertit: que non modo corruptibilia ſint: ſed corrumpẽda omnino: & deo ipſi omnipotẽti ad deferendos honores nos erigit: quos rectiore quadam: cũ uita: tum precibus illi offerimus: qui ingenite nature ſit intermediuſ: & eius nature qua uniuerſa ſint condita: & a patre deferat ad nos bñficia: & in pontificis morem noſtra ad deum & uota deportet. Sed uellem equidem ad eum qui ea neſcio quo pacto protulerit: huiuſmodi quedam: & ſibi admodum congruentia: reſpondere. Ergo nihil eſſe hi arguunt: quos ſupra commemoraſti: nec in leuadia uim ullam habere quem colunt illi: Trophonius: nec Thebis Amphiareo: nec Amphilochus Acarnaniæ: nec demũ in Cilicia Mopſus. Nun aliquis inter hos fuerit: ſiue demon: ſiue heros: ſiue forſitan deus qui aliqua operetur que ſupra hominem ſint: quod ſi haudquaquam his ipſis ineſſe aliquid demum affirmet: quod uel demonis uel diuinitatis preferat ſpeciem: at ſaltem nunc fateatur quid ſentiat Epicureus homo: qui cũ ceteris græcis non eadem opinetur: ut qui nec demones ſciat: nec deos colat: ut græci: & arguatur plane nec ea quidem pro ueris admittere: que ſuperius protulit: & deinceps eſt allaturus. quod ſi dixerit uel demones eẽ uel heroas uel deos forte: quos ante cõmemoraſſet: caueat ne quod maxĩe nolit: ex his que dixit ſuperius: Ieſum aſtruat talem fuiſſe: quales & hi quos ſupra predixerat extitere: quia & pleriſque hominũ potuerit apertius demõſtrare: diuinitus ſe adueniſſe ad genus humanũ. quod ſi ſemel id ipſe admiſerit aduerte ut eundem cogatur fateri: longe his eſſe potentiorem: quibus cum antea duxit annumerandũ. ſiquidem quominuſ aliis deferantur honores: illorum prohibet nemo: is uero ut ſibi ipi cõfiſus: & his omnibus longe potentior: iſtorum ut perditorum

demonū nutus repudiat: qui & loca in terris preoccuparint: cum nequeant puriorem terrā illā & cœleſtē attingere:ad quam nec ter rea iſta nec maloꝶ que his inerint: craſſitudines:quādoq; perueni unt. Sed cum deinceps de Adriani amoribus dicturus ſit Celſus: quēadmodū ſcilicet in adoleſcentem Antinoum quē deperibat: ſe geſſerit:& quales ægyptii honores illi detulerint: & nihil hos eſſe illis inferiores quos Ieſu ipſi deferimus:ſit aſſerturus:uel id quidē ut odii: & inſectandi ſtudio dictū coarguamus. quid enim uita il la quā in adamādo Antinoo duxerat Adrianus: quandoquidem nec uirilem ſexum a morbo femineo ſeruauit immunem: cū Ieſu graui & modeſtiſſimo uiro:cōmune habuerit: quem uel crimina tores ipi cum innumeris modis incuſare admitterent: & falſa de eo q̄multa effunderent: nil tamen unq̄ inferre potuerint: quo ille argueret:uel minimū quiduis impudicitiæ deguſtaſſe. Atſi ad ue rum quis uelit:& integre Adriani huius facta inueſtigando: expē dere:ægyptioꝶ p̄ſtigiis & magicis quidē:in Antinoo Adrianum geſſiſſe que geſſerit:plane intelliget:& eius poſt obitū:quod utiq; & in aliis phanis ſpectatur: ab ægyptiis ipſis: & aliis: eius rei pe ritis effectum eſſe: ut demones quibuſdam in locis: affixi obfir marentur:qui uel oracula ederent:uel morbos curarent: & afflige rent ſepe qui exceſſiſſe forte ſunt aliquid uiſi in cibatibus quibuſ uis deſumendis:uel qui humanum cadauer aliquod attrectaſſent: ut formidini eſſe his uiderent: qui uel iuſſa excederent:nec mode ſtiæ quippiam uel penſi haberent. iſtiuſmodi itaq; erit & qui ī An tinoo ciuitate illa ægypti que ex Antinoo adamato nomen acce pit:inter deos relatus eſt:cuius uirtutes uł quidam turpiter uitam degentes:ementiunt. nec ſecus & alii a demone eodem in loco col locato & preſidente ut circūuenti:& quos partim imbeccilla redar guit coſcientia:putant ſibi illatas diuinitus ex Antinoo pænas:& iccirco eas ſe luere. Huiuſmodi ſunt iſtoꝶ demonum factitata my ſteria: & apparentia uaticinia a q̄bus lōge ſunt aliene p Ieſum res geſte:Nō enī inuicē cōuenientes magice artis periti: ut regi aliq̄d imperāti gratificent:uel ducis cuiuſpiā iuſſa ut exequant:effeciſſe

hunc deū ſunt uiſi: ſed ipſe rerū omniū conditor ꝓ eius ſuadendi uirtute & mirabilibus factis: Ieſum dn̄m cōfirmauit ut honore di gniſſimum. Neq; apud hos ſolum qui recte ſapere uolūt: ſed apd̄ demones ipſos & inuiſibiles alias ptātes: que uel ad id tp̄is præ ſe apertius ferunt: & Ieſu nomen horreſcere: ut ſane preſtantius: uel ip̄m uenerabūde ſuſcip ere: ut qui legitime ī ſe imperiū habeat. Si enim non diuinitus eſſet hic ea potentia ſtabilitus: haudquaq̄ uel demones ipſi huius noīe nuncupato: ab his ſe ſubtrahendo abſce derēt: quos antea occupaſſēt. deīde hec Celſus. Aegyptii uero An tinoum quedā colere inſtituti. ſi cum eo Apollinē ip̄m uel Iouem cōtuleris æquo animo ferant: maioris iccirco Antinoū faciētes: q̄a tantis ſit diis annumeratus. Si uero cum Ieſu uel Apollinē uel Io uem cōtuleris: nō æquo laturi ſūt animo xp̄iani. Et ſane nil miꝶ: quippe qui & inſtituti ſunt: & certiores effecti: in ueri & omnipo tentis dei cognitione: ꝑpetuam uitam illam cōſtare: & in xp̄o pre cipue quē ille ad terras demiſit: q̄ꝓ ſi cū hoc uel Apollinē uel Iouē ipſum: uel deoꝶ huiuſmodi alium quempiā cōferas: cuius cultus nidore & ſanguine & ſacrificiis conſtet: tam ſcelus nephādum nr̄i nil tulerit: quippe qui gentiū deos didicerint demones eſſe immo lationibus deditos: & ſanguinū auiditate detētos: & ab ip̄is ſacrifi cioꝶ cōfeſtim oblatōibus: ad eos circumueniendos ꝓruere: q̄bus nullū ſit ad deū oīpotentem pfugiū. Dei aūt angelos & ſanctitate & diuinitate p̄cellere: & alia quadā eſſe natura & uolūtate: ac demo nes ſint q in terris uerſant̄: & illos quidē ꝑpaucis cognitos eſſe: hi plane intelligūt q hmōi ſapienter & ſtudioſe pquirūt. Tā&ſi xp̄i anoꝶ nonnulli q̄a & ſimpliciores ſint & minus uerſuti: eoꝶ q̄ fece rint: reddere rōnem ignorēt: dū alioquin q̄ ab aliis ceperint recte obſeruent: quidā uero rōnibus: dictiſue nil aſpernādis: ſed ꝓfūdio ribus hec ip̄a aſtruxerit: & ut grecoꝶ aliq̄s dixerit: ītimis q̄buſdā & pſpicacioribus: ī q̄bus & plurimus inſit de deo ſermo: & de his inſup quos deus p unigenitū uerbū honore ꝓſequit̄: cū diuinita tis pticipes: tū noīs fecerit. & q̄multa p̄terea de angelis ip̄is cœleſti bus ſint: deq; aliis ueritati obſtātibus: dicēdo complexi: q ut falſi:

ita ut & alios fallant:uel deos ſe mentiunt̃:uel dei angelos: uel de
mones bonos:uel ex rectiore humanæ animæ quadã immutatiõe
ſe heroas factos affirmant. Chriſtiani uero huiuſmodi: uel illud
ſunt aſſerturi: ꝙ quemadmodũ in philoſophia pleriq; ꝓ ueris &
certioribus duxerint: quod ſemel ſint oppinati: ſiue ſe ipſos ratio
nibus ad ſuadendũ ualidioribus fallãt: ſiue alioꝝ dictis & inuẽtis
aſſenſi ſint ꝑtinacius: ita & inter animas eſſe & angelos & demo
nes conſtat:qui ſuadelis quibuſdam trahant̃ ut ſe deos appellẽt:
& quoniam que per homines afferunt̃ certiora inueniri & perfe
cta nil poſſunt: tutius dicit̃ ut homo q̃ ſit: ſe nemini credat enixi
us:q̃ deo:& Ieſu ipſi qui omnibus preſidet:& moderat̃:& altius ꝓ
ſpicit:& paucis hec ipſa tribuit:contemplanda. de Antinoo igit̃:
uel alio quouis huiuſmodi:ſiue apud ægyptios:ſiue apud græcos
que habet̃ credulitas (ut ferunt pleriq;)infelicior eſt. Fides uero q̃
Ieſu preſtat̃:&ſi indiſcuſſa q̃multis: felicior. ꝓpaucis tamen ſi per
tormenta exigit̃:felicitatem hanc parit:tam&ſi fidem aliquam di
xerim ad multoꝝ opinionem fælicẽ:alioquin id dictum ad deum
retulerim:qui eorum & cauſam nouit que cuiq; ad uitam hanc ꝓ
deunti:ſint diſtributa.& græci quidem aſſeuerauerint:ut ſapientiſ
ſimi quidam exiſtiment̃:ꝓſperiorem fortunam cauſam eſſe: cum
ut preceptores & ſapientiſſimos ſortiantur: tum ad ea que poti
ora fuerit accedãt:qñ & alii ſint q ab hiſ lõge diuerſa edoceãt alios
cõſectari.& melioribus ut inſueſcãt: & rectius educent̃: nã & edu
catio ipſa in multis effecit:ne imaginatione quidẽ inducerent̃: ut
ea que potiora eſſent ſuſciperent: ut qui ſemp a primeua ætate uel
perditiſſimoꝝ hominũ:uł impuriſſimoꝝ ꝑncipũ ſeſe libidinibus
addixiſſent: ſiue quouis alio ſint infortunio ĩtercepti: quominus
aĩo reſipiſcerent.Quoꝝ omniũ cauſas in his que de ꝓuidẽtia affe
runt̃:par eſt ut conſiſtere arbitremur:que tñ ut in hoĩes cadãt dif
ficile eſt.Hec uero nobis ſunt uiſa:ueluti in orõnis degreſſu: inter
ponẽda:ut oñderemus quantũ ualeat fides:utcunq; preſũpta. Sed
neceſſariũ erat ut ꝓ uaria hominũ educatiõe & aſſuetudĩe: uel ſu
ſceptæ a mortalibus fidei diſcrimina ꝓmere:qui nã iſtoꝝ fælicius

uel infælicius credãt. Deinde ad illud tranſcẽdere: quid nã ſentiãt ea in re ſtudioſi & ſapiẽtes: utrũ fælicitas an infælicitas cõferat plurimum: ut potioribus pleriq; decretis ſe applicẽt. Sed de his ſatis. que uero deinceps dicturus eſt Celſus: noſcenda ſunt: in qbus & infert: fidem ipſam animũ in nobis preoccupãtem plane efficere: ut Ieſu credamus: & uere fides hanc parit in nobis credulitatem: ſed uide: ut & fides hec ipſa uel inde laudem ferat: cum nos ipſos credimus deo rebus omnibus preſidenti: cui & gratias: quia nos in hanc fidem induxerit: dicimus: & eum fatemur nil inconſulte rem tantam & fuiſſe aggreſſum & perfeciſſe. Credimus preterea & eorum qui euangelia conſcripſerunt affectibus & uoluntati: cum modeſtiam contemplati: tum cõſcientiam: quam utiq; ſuis ex ſcriptis hi preferunt. quippe que nec adulterinum quidpiam: uel commentitium neq; quod non dolo prorſus uel malicia uacet: in ſe cõplectunt̃: nam & illud nobis perſpicuum facit: haudquaq̃ hos potuiſſe res ullas confingere: que de ſe facerent fidem: & uitam preſtarent ut preuiam: ita & fidei mox cõſentaneam: quia nil huiuſmodi hi didiciſſent: quale uel apud græcos ars illa ſophiſtica & captioſa complectit̃: & ſuadelis & acumine ualet uel rethorica ipſa: que in iudiciis ſemper uerſat̃: unde & Ieſum crediderim earum artium iccirco preceptoribus non uſum fuiſſe ad eius propagandam doctrinam: ne locum haberet ullum: uel ſimilis ueri ſuſpitio hanc ut cauillandi ita & intercipiendi. Sed aperte his ſatis q ingenio ualent ſignificauimus diuina ſcribẽtium puram & ſimplicem promptitudinem: que: ut ita dixerim: in ſe haberet ineptitudinis plurimum: dei uirtute: fuiſſe dignatam: ut longe plura perageret: q̃ facere potuiſſent uel uerborũ ambages: & apte compoſita queuis oro: uel hmõi cetera græco contextu & artificio quodam ſe ſubſequentia. aduerte autem uti uel ea q̃ noſtre fidei ſunt: & ad cõmunẽ ſentẽtiam uel a principio fecerint: eos inuitent: qui placide audiãt que proferunt̃. Si enim conſuetudo ipſa: inſtructione iuuante: multis potuit ſuadere pro diis habenda eſſe ſimulachra: & ea inſuper adoranda que ex auro eſſent & argento cõflata: Eboreq; conſtarent: &

lapide:cõmunis tamen ſententia & attentio quedam ut intelligat
id exigit:ex corruptibili quauis materia nil deum cõſtare: neq; in
re aliqua inanimata formari:ut pinde ex ipſa imagine illius ſimu
lachrum preferente: ab hominibus honoretur. & iccirco de ſimu
lachris hiſce illud mox dicit ꝙ dii non ſint:nec eſſe huiuſmõi:ma
nu efficta:cum deo conditore omnium conferenda.Quin & rõna
lis anima:ubi uel tenuem quandam dei qui uniuerſa cõſtruxerit:
contineatq; & moderet:accepit cognitionem:& ſue ad deum pro
pinquitatis admonita ſit:reiicit ſtatim & plane propellit que inte
rea pro diis duxiſſet:& inſitam ſibi erga conditorem ſuum recipit
caritatem:cuius gratia & inſuper illum admittit qui per ſuos diſci
pulos hanc ipſam omnibus gentibus patefecit: quos & parauerat
& diuina uirtute monitos :cum dei doctrinam:tum eius & regnũ
tranſmiſerat predicatum.Sed cum de Ieſu Celſus:neſcio quotiens
iam illud obiecerit.ꝙ cum ex corpore mortali ille conſtaret: eum
tamẽ deũ exiſtimemus: & alioqn religioſe facere nobis uidemur:
Superuacaneũ eſt ea de re ſepius dicere.quam & ſuperius pluribus
iam explicauimus.Sed intelligãt uelim q iſta nobis obiiciũt. quẽ
admodũ is quẽ ipi uel a pncipio & deũ eſſe & dei filiũ putamus &
credimus:p ſe uerbũ & p ſe ſapiẽtia & p ſe ueritas ſit:eiuſ uero mor
tale corpuſ:& aĩam in ipſo hũanã:ob eã cũ deo quã habeãt nõ mo
do cõmunionẽ:ſed unitatẽ:ingẽtia quedã aſſerimus accepiſſe:& ita
ut corpus hoc ipm & aĩa illius dĩnitatis pticipãdo ĩ deũ cõmutata
trãſierint:nõ ut dialectico placuit Celſo q Ieſu carnẽ illã hũanã:au
ro argẽtoue & lapidi cõparauit.ꝙ eẽt his illa corruptior.nã ſi ad ue
rum loq̃mur:nec ĩcorruptũ aliqd ĩcorrupto ẽ ĩcorruptiuſ:neq; cor
ruptum erit corrupto corruptiuſ.alioqn uľ ad hec ſic rñdebimus.
Si eni põt q̃litas cõmutari:& ſubiecta cuiuiſ q̃litati materia:cur nõ
poſſibile fuerit & ieſu carnẽ q̃litates mutãtẽ:talẽ aliqñ rddi:q̃lẽ & eẽ
hãc decuit:ubi ĩ ethere & ſuis celſiſſimis locis iã ageret:ut ultra nil
habeat:q̃ carnis ĩfirmitatis ſũt ppa.& q̃ iqnatiora dixerat Celſus:
q neq; in hoc qdem philoſophũ egit: quod enim pprie dicimus
inquinatum: profecto ex nequitia id plane inficitur: corpus uero

natura dici inquinata nil poterit: non enim hec aliqd habet mali gnitatis: unde ea inquinatio ꝓdeat. Cæteꝝ Celſus cũ quid eſſet p nos rñdendũ: quaſi animo preſagiret: de Ieſu corpis immutatõne ſic differit. Nũ ille quia carnẽ depoſuit futurus eſt deus? Cur non Eſculapiũ potius uel Dyoniſiũ uel Herculem dicimus diuinũ nõ men ſortitos? Veꝝ quid magni uel tanti unq̃ Eſculapius ille: uel Dyoniſius: uel Hercules factitarũt? Vt quos nã poterũt ex eoꝝ di ctis & uita: iſti ꝓferre: qui uel moribus ipſis ꝓfecerĩt: uel meliores ſint redditi: ut dii efficerent? legamus preterea & q̃ de his ſunt hi ſtoriæ ꝓdita: & uideamus utrũ impudicitia: fraude: deſcipiſcentia: uel animi timiditate uacauerint: & ſi nihil hmõi in his deprehẽda tur: apparebũt Celſi dicta ualidiora: qui hos ipos quos diximus: Ieſu fecerit pares. At ſi pſpicuũ fuerit & ſi bene geſta nõnlla ab his ꝓferant: uel infinita pter ius omne & æquitatẽ hos ipſos geſſiſſe: lrĩs ꝓditũ eſſe: cur ipe hos dixeris mortalitate depoſita iure poti us fuiſſe in deos q̃ Ieſum relatos? Ait pterrea eo Iouẽ q colũt nos irridere: quia eius ſepulchꝝ in Creta monſtret: cũ alioquin ex ſe pulchro nos Ieſum colamus: ut qui minus intelligamus quo mo do uel q̃ rõe Cretẽſes id agãt. Aduerte itaq; ut i his Celſus & Cre tenſes ipſos: & Iouẽ: & Iouis ſepulchꝝ tutet: aſſerẽs tropicas quaſ dam his ineſſe ſnĩas: p qbus ferat confiđta fuiſſe de Ioue & fabu la. nobis uero id crimini dat: quia Ieſum quidẽ ſepulchro cõditũ cõfitemur: ex quo tñ hunc dicimus ſuſcitatũ: qđ utiq; de Ioue nõ dum Cretenſes affirmant. Sed cũ in Creta Iouis ſepulchꝝ extare: uidearis iã aſſentiri: nos arguẽs pinde ignaros quo modo aut q̃ rõ ne id agãt Cretẽſes: dicturi ſumus & Cyrineũ Callimachũ q ĩfini ta poemata plegiſſet: pcurriſſetq; græcã fere omnẽ hiſtoriã: nil ꝓ ſus de Ioue & eius ſepulchro dictũ myſtice intellexiſſe. unde & cre tenſens diſtico quodam quod in Iouis laudem ſcripſit: incuſat ſic inquiens: Cretenſes ſemper mendaces: ſepulchrum enim tibi o rex hi condiderunt: tu uero mortem nondum obiiſti. Es enim eterne manſurus. & is quidem qui dixit: tu uero nondum fato perfunctus es & manebis perpetuo: ubi in Creta Iouis extare

ſepulchrum negaſſet: mortis principium narrat in Ioue factum: ꝙ enim natus ille in terris eſt & mortis prefert initium: ſubdit nanqꝫ: Te uero Paraſiis recubans mater peperit Rea. Erat enim neceſſe: ut quemadmodum hic quia Iouis negaſſet ſepulchrũ & genituram ſubſtulerat: & illud aduerteret ſequuturũ: ut qui fuiſſet in Arcadia natus: eſſet aliquando etiam moriturus. De Ioue autẽ dicere ſic cepit Callimachus. o Iupiter te quidem in ideis mõtibus natum homines ferũt: te inq̃ & in Archadia ortum dicũt pleriqꝫ: utri nam iſtoꝝ o pater mentiuntur? deinceps & illud: Creten ſes ſemꝑ mendaces: ſubſequitᷣ. hec ut dicerẽ cõpulit Celſus: in Ieſum ingrate agẽs: cum ſcriptis his aſſentitᷣ: que illum & mortuum eſſe & ſepultum apertius tradunt: fictum autem ꝙ reſurrexit a mortu is arbitratur: cum id & prophete innumeri futurum predixerint: & eum poſt mortem cõparuiſſe: ſigna extẽt q̃multa. Poſt hec Cel ſus huiuſmodi quedam affirmat a ꝑpaucis ſane preter Ieſu doctri nam prolata: q & ſi chriſtiani quidẽ exiſtimarentᷣ: nil tamen eſſent uel ad eius opinionem prudẽtiores: ſed rudes admodum & impe riti: per quos iniungi hec dicit. Nemo ad nos eruditus accedat: & ſapiens nemo: hec quippe ſunt apud nos lege ſancita: ſiquis uero ineruditus: ſiquis inſipiens: aut infans: fidens nos adeat. Hos enĩ dignos ſuo deo fatentᷣ: unde & plane hi conuincuntᷣ: ſtultis dum taxat & ignobilibus & inſenſatis: ſeruilibuſqꝫ & femellis & pueris ſuadere & uelle & poſſe: ad hec ſic reſpondebimus. Vt enim Ieſu ip ſo de continentia diſſerente: affirmanteqꝫ: quicũqꝫ mulierem inſpe xerit ad concupiſcendum eam: iam mæchatus eſt in corde ſuo. Si quis forte ex hac tanta hominum multitudine qui chriſtiani no minis eſſe credantᷣ: perpaucos uiderit: uitam per laſciuiam ducere: non iniuria incuſabit: ut qui preter Ieſu domini diſciplinam iam uiuant: iniquius tamen facere uideretur ſi iſtorum crimen Ieſu di ſciplinæ aſcriberet. Sic etiam ſi chriſtianorum doctrina ad con uocandos ad ſapientiam homines: nulli comperiatur inferior: erunt hauddubie incuſandi: & magnum in modum: qui alio rum fouent inſcitiam: nec ſecus & q inconſultius nonnulla effun

dunt: non tamẽ que Celſus conſcribit. Non enim uel ſi rudiores quidã ſint & indocti tam imprudenter hec ꝓmerent. uel alia quedam: que nos a philoſophiæ exercitatione & ſtudio dehortarent̃. ꝙ aũt Ieſu doctrina ſapiẽtiæ ſtudere nos uelit: oſtẽdi ex ueteribus illis & iudaicis ſcriptis facillime poteſt: quibus & ipi nos utimur: nec ſecus & ex his que poſt Ieſu aduentũ ſunt lr̃is tradita: q̃ ue in eccleſia ꝓ diuinis habent̃. Eſt enim in pſalmo quinq̃geſimo ſcriptum. cũ Dauid ſic deum precat̃. Incerta & occulta ſapientiæ tue manifeſtaſti mihi. Sic item quicunqꝫ pſalmos perlegerit: & ſniaꝝ hos copia & ſapienter adinuentaꝝ refertos cõperiet. Et Solomon ubi a deo ſapientiã efflagitauit: acceptior fuit: cuius ueſtigia ſapiẽtiæ lr̃is demandata ſpectari poſſunt. Habent enĩ que breuiter ille perſtrinxit: ſniaꝝ acumina: in quibus etiã q̃multa inuenies ĩ ſapientiæ laudẽ dicta: & que ad ſuſcipiendã ſapientiã cohortent̃. unde ſapientia tantopere preſtitit Solomon: ut & regina Saba eius nominis fama: periculũ ſui in enigmatibus factura temptatũ hũc uenerit. & ut ſcribit̃: Hieruſalẽ multo cũ cõmitatu ſe cõtulit: & cũ diuitiis & camelis aromata ſimul geſtãtibus & aurũ infinitum: & gẽmas precioſas & ad Solomonem peruenit: huncqꝫ affata deprompſit que cordi haberet: edocuitqꝫ eam Solomon omnia uerba que ſibi propoſuiſſet: nec fuit ſermo qui poſſet regẽ latere: & non reſpõderet ei. Vnde cũ uideret regina Saba omnẽ ſapientiã Solomonis & quemadmodũ apud ſe cuucta haberent: obſtupuit. Et huiuſmodi eſt: ut ſcribit̃: prolocuta. Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis: & ſuper ſapientia tua: & non credebã narrantibus mihi: donec ipſa ueni & uidi oculis meis: & probaui ꝙ media pars nuntiata mihi non fuit. Maior eſt ſapientia tua & opera tua q̃ rumor quem audiui. De Solomone autem ſic litteris proditum eſt. Dedit quoqꝫ deus Solomoni ſapientiam & prouidentiã multã nimis: & latitudinẽ cordis: quaſi arenã q̃ eſt in littore maris: & p̃cedebat ſapiẽtia Solomiois ſapiẽtiã omniũ antiquoꝝ & omniũ ſapientiũ ægyptioꝝ: & erat ſapientior cunctis hoibus: & ſapientior Ethan & Ezrahite & Eman & Calchol & Dardã filiis

Maol:& erat nominatus in uniuerſis gentibus p circuitũ:locutus quoq; eſt Solomon tria milia parabolas: & fuerunt carmina eius quinq; milia: & diſputauit ſuper lignis:a cedro que eſt in libano uſq; ad yſopum que egredit̃ de pariete: & diſſeruit de iumentis & uolucribus & reptilibus & piſcibus:& ueniebant de cunctis pplı̃s ad audiẽdam ſapientiã Solomonis. Iſtiuſmodi inter fideles depoſcit ſapiẽtia p̃ditos chriſti doctrina:ut uel in enigmatibus:que obſcuriora & recondita ſunt eloquendo:uel in parabolis ſiue problematetalia quedam promendo:auditoꝝ queat animos exercere.qn etiam e prophetis unus Oſee:in ſuoꝝ calce ſermonũ ſic inquit.qs ſapiens & intelliget hec: intelligens & cognoſcet. Daniel preterea & qui cũ eo fuere in ſeruitutẽ abducti:adeo in diſciplinis ꝓfecerãt quibus Babillone ſapientes:qui apud regẽ tũc eſſent ſedulo utebãtur: ut his oibus:p̃ſtãtiores iã admodũ uiderent̃.Dicit̃ & in Ezechiele ad p̃ncipẽ Tyri qui in ſapientia plurimũ inſoleſceret.Nũ tu ſapientior es Daniele:omne abſconſũ tibi nõ eſt reuelatũ. qꝫ ſi ad libros qui ſunt poſt Ieſu aduentũ conſcripti ꝑueneris:cõperturus mox es credentiũ quidẽ multitudinẽ:cũ pabolas audiret: exterius cõſtitiſſe:ut qui digni eſſent dũtaxat exteriorẽ doctrinã pcipere:diſcipulos uero ſeorſum pabolaꝝ pdidiciſſe ſñias: priuatim ſiquidẽ Ieſus diſcipulis cũcta aperuit: cũ multitudini eos p̃ferret qui eius eſſent ſapientiã cõſequuti.pollicet̃ aũt qui in ſe crederẽt miſſuꝝ ſe ſapientes & ſcribas ſic inquiens: Ecce ego mitto ad uos ſapiẽtes & ſcribas:& ex his occidetis & crucifigetis. Et Paulus quidẽ cũ gr̃as a dño diſtributas enumerat p̃mũ poſuit ſapiẽntie uerbũ: ſecundo qđ illud ſubiret ſcientiæ uerbũ:tertio uero & poſt multa fidẽ ſubiunxit. & qm̃ uerbum mirabiliũ opum p̃ferebat:iccirco ubi rõnabilia dona exp̃ſſit:& uirtutũ opa & curationũ dona:inferiori loco ſubiecit:Moyſem uero multa pdidiciſſe ĩ actis aplõꝝ Stephanus ip̃e teſtificat̃:& ex ueteribus lr̃is:que ad mltos nõdum ꝑueniſſẽt: id ꝓrſus deſumẽs:ſic inqt.& erat Moyſes eruditus ĩ omni ſapiẽtia ægyptioꝝ: unde & cum ꝓdigia faceret in ſuſpitionem uenit non tanq̃ a deo miſſum:ut ip̃e aſſeuerabat:ſe ea feciſſe:ſed ꝓ ægyptioꝝ

potius diſciplinis: cum in his ſapiens haberetur. Quocirca cum eadem & regem ſuſpitio ſubiiſſet: ægyptiorum ariolos ſophiſtas & maleficos ad ſe cõuocauit: qui omnes conuicti ſunt & deprehenſi nullius eſſe momenti: quoad Moyſi ſapientiam: que ægyptiacam omnem excederet. Poſſũt & iure que ĩ prima ad Corinthios Pauli epiſtola perſcribuntur: nonnulloſ mouere id ſibi ut pſuadeãt: noluiſſe Ieſum apud ſe ſapientes aliquos eſſe: ſed audiat quem iſtiuſ modi cepit ſuſpitio. Vt enim Ieſus cum prauos homines improbat: hos plane affirmat non in his ſapientes uideri: que mente dũtaxat cõcipi poſſunt: & inuiſibilia ſunt & ppetua: ſed his rebus incumbere & ea tractare que ſenſibilia ſunt: & demũ ſpem omnem in his ſitam habere: que & mũdana ſint & mundũ hũc ſapiãt. Sic etiã cũ mlta ſint & uaria quedã decreta: q̃ & terrena iſta & corpalia aſtruũt: & uniuerſa eſſe corporea dicũt: & ea impmis q̃ plane ſubſiſtunt: & hec pter: nil aliud eſſe: ſiue quod inuiſibile eſſe feratur: ſiue quod incorporeum nuncupetur: mundi ſapientiam eſſe hec dicit: inanem quandam & ſtultam: & que id ſeculũ ſapiat. illam uero cœleſtem: ut que animum a terrenis his rebus ad eam que apud deũ eſt: beatitudinẽ & regnum traducat: inſtituatq; ut cuncta hec momentanea que & tangi poſſunt & ſub aſpectum ueniũt contemptui habeant. Enimuero ad ea iter accelerare: & animum his enixe intendere: que & inuiſibilia ſunt: & ſpectari oculis nequeũt: dei ſapientiã eſſe hauddubie conſtat. Paulus aũt cũ & ueridicus ſit & ueritati ſtudeat plurimũ: de quibuſdã græcorum ſapientibus meminit: & quibus in rebus q̃ uera ſunt ſentiãt ſic inqens explicauit. Hi enĩ cũ deũ cognoſcerent: nõ tñ illũ ut deũ glorificauerũt aut grãs egerũt: & teſtatur quidẽ dei hos habuiſſe cognitionẽ: & id illis nõ ſine deo cõtigiſſe affirmat cum infert. deus enim his reuelauit. & ut mea fert opinio: oſtẽſurus uti ab his uiſibilibus ad inuiſibilia illa tranſcenderent: & illud adſcribit. Que autem inuiſibilia dei ſunt a creatione mundi creaturis cognita ſpectantur. et eterna uirtus eius & diuinitas ut ſint illi in excuſabiles: quia cum deum cognouiſſent: non ut deum glorificarũt: aut gratias egerunt. forte etiam

cum & hec ſcriberet Paulus: Videte uocationem ueſtram fratres: quoniã non multi ſapientes ſecundũ carnem: non multi potẽtes: non multi nobiles: ſed ſtulta huius mundi elegit deus: ut confun dat ſapientes: & ignobilia: & que contemptibilia ſunt elegit deus: & que non ſunt: ut ea que ſunt euacuet. ut non glorietᷣ omnis ca ro coram ipſo: mouit nonnullos ut neminẽ uel eruditũ ducerent uel ſapientem: uel q̃ ualeret prudentia ad deũ concedere. & ad id quidẽ dicturi nos ſumus: quemadmodũ haudquaq̃ nemo ſapiens dixerit ſecundũ carnem: ſed non multi ſapientes ſecundũ carnem. quod ulᷣ ex his utiq; patet: quibus idem & epiſcopũ format: et qua lem eſſe oporteat ſcribit: quem & doctorẽ cõſtituit: oportere hunc dicit eiuſmodi eſſe: ut & in ſacra doctrina hortari alioſ queat: & cõ tradicentes arguere. ut uaniloquos & ſeductores faciat conticere: per eam que in eo eſt: ſapientiã: & eum potius in epm̃ legit: q̃ uni cam uxorem: q̃ qui plures habuerit: & qui nullius criminis poſſit inſimulari: q̃ qui ſit peccato obnoxius. Et qui ſobrius ſit: q̃ qui mi nus: & qui continens q̃ qui incontinens fuerit: & qui ornatus uir tute: q̃ qui huius ſit expers. Quo fit ut imprimis id exigat ut qui in epiſcopũ ſit cõfirmandus: & doctrina precellat & ſciẽtia ualeat: ut refellere aduerſarios queat. Quo igitᷣ pacto iure nobis id obii cic Celſus: pinde nos illud dicamus: nemo nos adeat eruditus uel ſapiens: uel qui prudentior ſit: quinpotius nec ſecus patet uolenti cuiq; ad fidem acceſſus qui uel doctior ſit: prudenſue aut ſapiẽs ha beatur: q̃ indocto: uel imprudenti: uel ſtolido. uel uerba promere neſcienti. iſtiuſmodi nanq; ſe adeũtes cõſolaturꝝ polliceẗ ſe Ieſus: ubi deo dignos oẽs effecit. falſo preterea & illud infertᷣ: ſtultos dũ taxat & ignobiles quoſdã & inſenſatos: ſeruileſq; & femellas & pu eros depoſcere: q̃ ad dei doctrinã alios inſtruũt: uelleq; & pſuaſos habere: tam&ſi & hos conuocet Ieſus: & meliores efficiat: & qui lõ ge ſunt iſtis preſtantiores: alliciat. quandoquidẽ ſaluator ẽ omniũ mortalium chriſtus: & fidelium maxime: ſiue ſapientia polleant: ſiue ſimplicitate. quin & pro nobis hic omnibus eſt apud patrem propitiatio factus: nec pro his ſolum que ipſi patrauimus malis:

ſed ꝑ totius generis humani ſceleribus. Sed erit ſane ſupuacianeũ uelle his reſpondere que deinceps hunc in modũ dicturus eſt Celſus. quid enim alias mali habet excultum. eſſe & eruditum: & optimis diſciplinis ſtudiũ impendiſſe? ſapientéq; eſſe & uideri? quid illud inq̃ impedimenti ad dei cognitionem attulerit? cur non ꝓm ptius id & expeditius ſit: quo qs ad ueritaté accedat? & ſane haud quaq̃ debet malum uideri: ſi ad ueriora quedã erudiamur. ẽ quippe ad uirtuté uia hec eruditio: ſed in eruditorum uelle hos numero cõputare qui falſa ſenſerint: nec græcoꝝ ſapientes: factũ recte id fatebunt̃: rurſum quis non bonum eſſe aſtruxerit: optimis diſciplinis ſtudere? At quas nam optimas eſſe diſciplinas dixerimus? eas preter: que & ueriores ſunt: & ad uirtutem nos ꝓuocant? quin & ſapienté eſſe bonum eſt: non tamé uideri: quod intulit Celſus: nec intercipit quidem dei cognitioné: ſed adiuméto eſt potius: & eruditum eſſe: & optimis artibus ſtuduiſſe: & prudétia ipa ualere. Et id dicere longe magis q̃ Celſum nos decet: nimiꝝ qui Epicureus eſſe coarguat̃. Sed uideamus que ſubſequenter is inquiat. Spectamus preterea nonnullos in foro turpiſſime quædam oſtentãdo uerſari: non tamen unq̃ ſapientiũ uiroꝝ hi cetus adierint: nec ſua quecunq; fuerint his audent aperire: ſed ubicunq; uel adoleſcétuli quidam coierint: uel ocioſum uulgus: uel hominũ delirantiũ turba: eodé ſeſe iſti ꝓripiunt: poliuntq; & oſtentant. Vel in hiis quidem aduerte quemadmodum nos Celſus calumniet̃. q̃ppe quos ſimiles faciat in foro ad iactantiã & turpiter alios inſtruẽdo: uagãtibus: nos uero que nam ut turpius ædita aperimus? uel quid his ſaltem ſimile factitamus? qui partim ex lectione: partim huius & ſignificantiã explicando: ad dei oĩpotentis cultum: & huic cultui conſociatas uirtutes: homines ꝓuocamus: & a diuinoꝝ cõtemptu & æq̃tatis exceſſu: nequid agãt iniquius: dehortamur? quin & philoſophi ipi ꝑcuperent quidem tot ad ſe poſſe auditores pellicere: qui ea ꝑciperent que de honeſtate aptius diſſerunt̃: quod ſane Cynicorũ quidã maxime factitarũt: qui apud eos quos forte obuios habuiſſent: publice diſputarent. Nun igit̃ hos dixerit quiſpiam:

quandoquidē quos erudire ſtatuerant nequaq̄ ſint nacti: ſed e triuiis collegiſſent auditores: eorū nihil eſſe abſimiles q̄ i medio foro impudētius agant. fit itaq;: ut nec Celſus ipſe nec qui ſecū hec ſenſerint his illud crimini ſint daturi: qui hominis eſſe officium iudicent & ad pietatē ſpectare id duxerint: ut uel ad rudiores populos concionabundi q̄ uelint ediſſerant. q̄ ſi philoſophi illi ubi id egerint nil incuſant̄: uideamus utrum ſint & xp̄iani ipi culpādi: qui longe melius q̄ philoſophi quidam: homines ad ea que rectiora ſunt cohortando: traduxerint. non enim philoſophi: cum his publice eſſet de re aliqua diſſerendū: ſeligebant qui ſe audirēt: ſed uolens quiſq; & aſtans: auditum hos procedebat: xp̄iani uero ubi auditorū animos expēdiſſent: habito cum his ſeorſum ſermone: poſtq̄ annuiſſe ſatis ſunt uiſi: rectius uelle impoſterum uiuere: tunc demum iſtos admittūt in cōtuberniū: cum alioqn ab ordine aliorū ſeiungunt: quos nuper etiam introduxiſſent: que nondum pfecte purgationis inſigne acceperint. Eſt & apud hos alia quedā: ut pro uiribus quiſq; præ ſe tulerit conſtitutio: nil aliud uelle q̄ quē xp̄ianis ſint uiſa: apud quos alii quidam ſunt inſtituti qui ſe adeuntiū & uitam diſqrant: & uti ſe gerant ſedulo pueſtigent: iccirco: ut qui nequiter egerint a cōmuni cetu ſecernant: qui uero non huiuſmōi fuerint: animo toto excipiant & in dies reddant pculdubio meliores: ſic noſtri quos Celſus eorū ſimiles ret̄ur: qui in foro uagantes ſub doctrinæ pretextu que fediſſima ſunt patefaciunt: erga eos ſe gerunt qui in peccata labunt̄: uel potius qui pditiſſimis facinoribus ſtudent: ut a ſuo conuentu hos plane ppulſent. Et ſane pythagorei olim: ut ſuperius diximus: p eorū graui & eggregia tunc diſciplina & inſtitutis: inane ſepulchrum his extruebāt: qui ab eorū philoſophia deſciſcerent: quippe quoſ pro mortuis ducerēt. Xp̄iani autem deo pinde mortuos quoſdam & pditos putant: qui uel impietate deuicti: uel re alia quauis abſurdiore: ſuccumbunt: & hos quidem ut mortuos lugent. Quos uero ueluti a mortuis excitatos exiſtimāt: & pſtinos mores eggregie immutaſſe præ ſe ferre pſpexerit: & tpis ſpatio longiore q̄ q nup introducunt̄. nec ad

ecclesiæ primatū aliquē & pfecturā confeſtim hos ꝓuehūt:ſed eos qui forte:ubi ad religionē accesserit: deprehendunt᷑ aliqd deliqſſe. Aduerte autem & illud deinceps quod p Celſum hūc in modū depromit᷑. Sed uideamus q̄ i foro uagātes & hmōi cetera:ut apta ſint falſitate deprompta:& diſſimili ſimilitudine cōparata:nos ſiq dem Celſus eoꝝ ſimiles dicit qui fediora quedā in foro cū diuagā tur oſtentāt:nec in ſapientiū cætum uenire affirmat qn̄ nil audeāt ſua his patefacere: ſed ubi adoleſcētulos uiderint couenisse & uul gus aliquod ocioſum:& dementes hoīes quoſdā:eodem ſe & ꝓpipe re & petulanter iactare:qua in re nil aliud nitit᷑: niſi ut nobiſcum iurgio haud ſecus contendat:ac ſolent in cōpitis mulieres:cū affi cere ſe mutuis cōtumeliis uolūt. Nos uero omni niſu contēdimus ut ex ſapientiſſimis uiris noſtrū collegiū conſtet: & tunc ſane q̄d cunq̄ apud nos recti diuiniq̄ fuerit:ad omnes deferre:uel in medi um nitimur:cū noſtra optime predicando auditoribus ſapientia preditis abundamus. Occulimus uero & ſilentio premimus:q̄ alti ora ſunt:illis pcipue:qui ubi ad noſ puenerūt:ſermonibus idigēt: quos tropice lac nuncupamus. Noſter enim ſcribit Corīthiis Pau lus:& græcis his plane:q nondū eſſent terſioribus & optimis mo ribus expoliti. Potaui uos lacte non eſca: non enim adhuc ferre poteſtis:neq̄ etiā nunc poteſtis:adhuc carnales eſtis:cum enim in ter uos zelus & cōtentio ſit:nonne carnales eſtis:& ſecundū homi nem ambulatis? Vel hic ipſe nihil ignarus:quo cibatu:& hoc qui dem pfectiore eoꝝ alenda ſit anima:unde q recēs ſint ad fidē indu cti:lacteo cibo fouendoſ:dicit hoc modo. Facti eni eſtis indigētes lacte non ſolido cibo. Vnuſquiſq̄ eni q lactis pticipat inexptus eſt uerbi iuſticiæ:infans eni eſt:pfectoꝝ aūt eſt ſolidior cibus:qui ꝓpter habitū:exercitatos habeāt ſenſus:ad diſcernēdū inter bonū & malū. Qui igit᷑ iſtiuſmodi uiris:ut rectiora narrantibus:fidē p ſtiterit: ꝓfecto intelliget que xpianæ doctrinæ inerit bona:haud quaq̄ eſſe in ſapientiū cætu ſic explicāda:ſed ubiuis adoleſcētuli q dam conſtiterint: & uulgares hoīes inertes & ocioſi:& amentium multitudo:eodē eſſe q̄ & diuina habent᷑ & magna in mediū mox

inferenda:& apud hos ipſos iactanda. Erit autem ei pſpicuum qui noſtrarum litterarum ſenſa ſcrutabitur: in uulgi morem & Celſum odio & liuore in noſtros inuectum: negligenter & temere in xpianū genus: huiuſmodi: & cōmentū eſſe: & effudiſſe: ipſi uero ul' Celſo nolente: omnes uolumus in dei doctrina ut eruditiores euadāt: & ita ut uel adoleſcētuli ipſi ꝓ eorum conditione ad id incitentur: uel domi ꝑ inertiam uitam degentibus aliis: innoteſcat: quo pacto animi libertatē adipiſcantur: & ex ea doctrina fiant nobiliores: q uero apud nos xpianam religionem predicādo honoribus auctam reddiderunt ſufficiēter affirmāt debitores ſe tā græcis q̄ barbaris: & ſapientibus item atq; inſipientibus eſſe. Nō enī id Celſus negauerit uel dementiū eſſe animos ipſos curandos: ut quoad fieri poteſt depoſita primū dementia ad ſapientiā ꝓperent: qñ & Solomonē audiunt de ſapientia hmōi differentē. Siqs eſt puulus ueniat ad me: & inſipiētibus locuta eſt ſapientia. Venite comedite panē meū: & bibite uinum quod miſcui. Relinquite infantiam & uiuite & ambulate p uias prudentie. Quinetiā ad Celſi dicta uel hec rñdendo adiecerim. Nonne & philoſophi ipſi ad audiendū ſe: conuocant uel deperdite uitæ adoleſcentes? nonne & hos ad meliora hortantur? Nun prohibent hi uernas & ſeruitia ipſa philoſophari? an iccirco nos ſumus philoſophos incuſaturi: qa ſeruiles quoſdam ad philoſophandum impulerint: & impmis. Pythagorā: qa Zamolſim quendā induxerit ut philoſophiæ ſtuderet: deinde Zenonē: quia Perſeū quempiā? nun pterea & culpādi hi fuerīt: q Epictitum nup ut philoſophum ageret: ppulerūt? an uobis ſolū o græci pueros quoſdā minutiores & ſeruos & alios pleroſq; dementiores ad philoſophiā licet inducere: nos uero cū id ipſum exeqmur: nō humaniter & recte facere arguemur? ſi cū xpianæ huius doctrīæ medela: rōnalem naturā omnē curare adnitimur: & conditori omnium deo conciliare? Sed ſatis hec iam hauddubie eſſent ad ea tollenda que iurgando potius q̄ criminando ī nos intulit Celſus: niſi iſta nobis obiiciēdo delectatōe ꝓuectus: & alia quedā ingeſſerit: age uel his explicatis iam uideamus utrum ne xpiani impudētius agant.

ſua dū ꝓferunt: an Celſus cum iſta ſubiūgit? Spectamus enim & domi qui uitā lanificio ducūt: & Coriarios quoſdā: & qui nil ꝓrſus exculti ſunt: ſed agreſtes admodū & ruſticani: in ſeniorꝝ quidē cōſpectu & ſapientiū dn̄orꝝ nil hiſcere audere. At ubi ſeorſū & pueros agunt & deliras ſimul cū his mulierculas: mirāda quedā enarrant: queadmodū. ſ. nec patri obtemperandū ſit nec p̄ceptoribus ipſis: ſed ſibi dūtaxat fides p̄ſtāda: & hos quidē affirmāt deliros eē & ueſania pcitos: & nil demū tenere qđ ī uero ſit bonū: nec facere: & nouis eſſe deliramentis p̄occupatos. ſeſe dūtaxat callere queadmodū ſit uita ducēda: & ſi adoleſcētuli forte his pareant: & iſtos inſuper beatos fore ediſſerunt: & domū feliciorē: & ſimulac iſta ꝓtulerint: ſi p̄tereuntē quempiā uiderint: ſiue ludi magiſtrū prudētiorem aliquē: ſiue iſtorꝝ & genitorē: ſiue alios quoſdā modeſtiores: uerebunt̄ fortaſſe & deſinent ultra hos cōmonere: qui uero ex his nec penſi q̄dpiā nec moderati habuerit: cōfeſtim ad impudentiam erigūt: ut in parentis uel p̄ceptoris conſpectu nec uelint quidē nec poſſint recti q̄dpiā ꝓloq̄: ſed muſſitādo hm̄oi quedā his inſuſurrant: hortanturq; ut illorꝝ ſtulticiā auerſent̄: q corruptiſſimi ſint: nec lōge a ſua neq̄tia diſcedendo: ſe cruciēt: quo fit ut ſi uelint uel his ſuadere dicēdo: ut deſertis parētibus & p̄ceptore: cū femellis q̄buſdā & colluſoribus pueris ad effeminatū ſe quempiā conferant: ſeu ad tabernā aliquā coriariā: ut quā p̄dicant hi: pfectionem adipiſcant̄: pſuaſuri id hauddubie ſint. Aduerte igit̄ queadmodum uel in his Celſus xp̄iane doctrinæ carpit qui apud nos ſunt īſtructores: & utcūq; ad rerꝝ omniū cōditorē ꝓuehere aīas cōnitunt̄ & ſenſibilia hec & momētanea: & q̄ ſub aſpectū ueniūt uniuerſa: ut p̄ ui ducēda ſint patefaciūt. & eſſe oīa cuiq; ſic obeūda: ut poſſit cum deo eorꝝ pticeps fieri: q̄ & mēte dūtaxat cōcipiunt̄ nō oculis: & inuiſibiliū contēplationē beatiorē illā cū his ſimul nanciſci: qui deo fuerint cōiunctiores: nec ſecus & hos ipos illis ut cōparet nitit̄: q̄ & lanificio uiuāt: coriariiſq; & q̄buſuis ruſticaniſ aſſimiles reddat: qn̄ ut ipſe affirmat: ad praua q̄dā facinora ſic pueros & mlierculas prouocāt: ut p̄re & p̄ceptoribus deſtitutis: ſeſe cōfeſtim ſequant̄.

Verumtñ a qbus nã ipſi pentibus q frugi & cõtinẽtes ſint: qbuſue pceptoribus: qui ad honeſtiora inſtituant: ulˀ pueros abducimus: uel forte femellas:ˀ oſtendat Celſus: uel contra: pueros ipſe aſtituat alios q noſtris his fuerint q ad uerã religionẽ cõcedũt: melioribus forte imbuti:ˀ uel quos nam ipi a grauibus & optimis diſciplinis ſubtrahẽdo qñq; ad deteriora hortemur:ˀ At nihil habebit hmõi: quod cõtra nos pferat Celſus: cũ lõge ſecus ſe habeat res: quippe qui mulieres quidẽ ab impudicitia: & praua eaꝝ reꝝ cõſuetudine: quibus olim inſueuiſſent auertimus: ab ſpectaculiſq; & tripudiis: & uanis ſupſtitionibus: quibus ad inſaniã uſq; oblectabantˀ: erui mus: adoleſcẽtulos uero qui iã pubeſcẽtes luxuriæ uoluptatibus pcipites agerentˀ: cõtinentiores & celibes facimus: cũ eis non ſolũ ſceleris feditatẽ pponimus: ſed quibus ĩ malis futura ſit improbo rum & delinquentiũ aĩa: & q̃les pænas ſit hec luitura: & queadmo dum acrius ſit demũ excrutiãda. At quos nã ipſi delirare dicimus pceptores & percitos ueſania eſſe:ˀ eos nimiꝝ: p qbus tutãdis Cel ſus ſic inſtat: pinde que potiora ſint doceãt: ni forte eos frugi eſſe hic duxerit qui ad falſum deoꝝ cultũ & uariaſ quaſdã ſupſtitiões: & impura quedam & libidinoſa ſpectacula alios puocant:ˀ nun p terea & eos ueſanos nil eſſe exiſtimabit: qui & pueros ad ea omnia ſubeũda abducunt & rapiũt: que p eoſ ſat conſtat nepharie & flagi tioſe patrari:ˀ cũ ipſi hos ipoſ a philoſophoꝝ ſcola & iſtitutis: quo ad uires ſuffecerint: nitimur ad dei iuxta nos cultũ hortãdo tradu cere. Eiſq; cũ & cultus huius preſtãtiã: tũ & integritatẽ oñdimus. Sed cũ ſuis ex dictis pferat Celſus neq̃q̃ nos hec factitare: ſed euo care ad nos potius ſtolidiores quoſcũq;: ſic eum affabor. Si enim nobis id crimini dares: qa a philoſophia qua antea tenebamur de ſciuiſſemus. & ſi minus uera pnuntiares: haberẽt forte q̃ diceres p ſuadendi uim aliquã. Nũc uero cũ eoꝝ nos ſubtractores factos eẽ inſimuleſ: q optios pceptores adirẽt: ptuleriſ uelim q nã docẽdi fũ gantˀ hoc munere: hos pter: q ad philoſophiã inſtituũt: quiue uel in partẽ aliquã q̃ boni pceptoris officia ſunt: exequãtˀ: ſed nequaq̃ quos pferas habebis hmõi: nos uero apte fatemur haudq̃q̃ clam

beatos futuros:q ꝓ dei doctrina & duxerint uitã:& illi cunctis in
rebus enixius uacẽt.Et haud ſecus oĩa pagãt:acſi deo uniuerſa ſpe
ctãti aſſiſterent:nũ igit̃ ul̃ coriarioꝝ fullonũq; uel rudiſſimoꝝ ho
minũ & plane agreſtiũ iſta ſunt documẽta? Sed nequaq̃ id arguet
Celſus.Eniuero qui apud hunc eoꝝ habent̃ ſimillimi q domi ful
lonicã factitant:uel coriariã forte exercẽt:ut nil ꝓrſus exculti & ſũ
me ruſticitatis ſint hoĩes:patre & p̃ceptore aſtantibus:nihil ut ip̃e
inquit:aut uolentᷓ aut poterũt:qđ bonũ ſit adoleſcẽtibus filiis ex
plicare.Ad qđ dicturi id ſumus:quos nã heus tu uel genitores cõ
memoras uel magiſtros & inſtructores? ſi enim eos intuleris q &
uirtutẽ admittãt:& uitia auerſent̃:& cõplectant̃ q̃ rectiora ſũt: ꝓ
fecto apud tales iudices ſumuſ ut allaturi utilitatẽ:eoꝝ liberis cõfi
dentiſſime noſtra explicaturi.Si uero aſtãte uel genitore: q ut ad
officiũ ſit & uirtutẽ ꝓcliuior:ſic & famæ celebritate ferat̃:nil cõtice
bimus:ul̃ ſi alii quidã aſtiterint qui ſane doctrĩæ cotraria doceãt:
id nobis nil crimini dederis:non enĩ iure id ageres: qn & ip̃e qdẽ
philoſophiæ archana iuuenibus tradituruſ:parẽtes ſortitis:qui ꝓ
re ſupuacua & plane inutili ducãt philoſophiã:non in parẽtes iue
ctus eoꝝ coargues uanitatẽ:ſed cũ libuerit a prauis parẽtibus libe
ros ipſos diſiũgere: quos ad philoſophandũ induxeris:oportuni
tatẽ iã nactus:id ſedulo feceris:ut philoſophiæ rõnes inſideãt iuni
oribus:& de p̃ceptoribus itẽ uel hec ipſa dixerimus: nã ſi eos nos
declinamus magiſtros:q comicas quaſdã & inhoneſtiores fabulaſ
docẽt:uel q̃ impuriſſimis iãbicis cõtinent̃:& alia queuis que nec le
gentẽ admiratiõe afficiãt: nec auditoribus ip̃is cõducãt: qui audiẽ
do ignorãt ad phĩam & moralitatẽ referre poemata: & ĩterlegẽdũ
ex ſingulis ꝓfutura deligere:nihil ꝓfecto declinaſſe puduerit.ꝙ ſi
mihi magr̃os ꝑduxeris q ad philoſophãdũ erudiãt & in phĩa ex
erceãt auditores: haudq̃q̃ ab iſtis iuuenes auerſuri nos ſumus. qn
magis conabimur hos ip̃os ueluti liberalibus i diſciplinis & phi
loſophicis diſſertatõibus exercitatos:ad elegãtiã illã dicẽdi ꝓuehe
re & uocis ſonoritatẽ:q̃ uel xp̃ianoꝝ pleroſq; clam habet:& ſi de re
bus maxĩs & admodũ neceſſariis diſſerãt: ut q̃s plãe oñdãt p ip̃os

dei ꝓphetas & Ieſu apoſtolos ſapiẽter enũtiatas. Proĩde ubi tandẽ Celſus aduertit ſe acrius fuiſſe in nos criminãdo inuectum: ueluti excuſans hec infert: iſtos uero nullius rei acerbius incuſauerĩ: q̃ q̄ p eos ueritas ip̄a uim patit̃: ex his p̄terea qs argumẽta deſumat. q̄ Celſus ſic ſubdit: hi ſiquidẽ ad alia ſacrificia multitudinẽ cõuocan tes: hmõi p̄dicãt. quicũq3 & manibus purior & uoce ſapiẽs fuerit. prodito: & alii rurſum: qcunq3 homo quouis odio uacat: & cui ſit animus nulliuſ cõſcius mali: & quis recte & iuſte duxerit uitã: lita tum huc ꝓdeat. Et hec quidẽ illi ꝓnuntiãt q peccata pollicent̃ ſe purgaturos. Videamus aũt quos nã hi euocent: quicũq3 inquiũt fuerit peccatis obnoxius: quicũq3 ĩprudẽs: qcũq3 infãs: & ſũmatim ut dixerim: quicunq3 infelix & calamitoſus: dei regnũ ingrediet̃. Peccatorẽ ergo non eũ uos dicitis q ĩiuſtior ſit: q rapax: q muros pforet: q ueneficus: qui ſacrilegus: q ſepulchra uiolando ſuffodiat: qui furet̃ expilet: rapiat. quos enĩ alios p̄dicãdo: p̄dones hi euocaſ ſent: uel ad hec quidẽ ſic rñdebimus. Nõ unũ aliqd eſſe ægrotos aĩo ad medellã uocare: & ſanos ad diuinaꝝ reꝝ cognitionem atq3 ſcientiã. Et nos quidẽ q utrumq3 id plane dignoſcimus: imp̄mis quos ad curatõnẽ uocarimus cohortamur: ut q et olĩ fuerĩt obſtri cti ſceleribus: ad eos ſe conferãt: q queadmodũ nihil peccet̃: inſti tuunt: qui uero inſipiẽtes: illos ut adeãt qui ſapientiã ingerunt. & docẽt infãtes prudẽtiã ĩ uiros euadere: & infeliceſ ad felicitatẽ ptin gere: & qđ dici ꝓpriuſ põt: ad beatitudinẽ ꝓſilire. Vbi uero nobis hortãtibus q ex his ꝓfecerũt: & ex ip̄a xp̄i doctrĩa p̄ ſe tulerĩt pu riores eẽ iã redditos: & quoad licuit rectiorẽ uitã fuiſſe aggreſſos: tum demũ ad nr̃a ſacrificia p nos cõuocant̃: loqmur nanq3 in pfe ctioribus ſapientiã: & illud p̄terea cõmonefacimus: in maliuolã & inſtructã p̄uerſius aĩam: nil patere ſapiẽtiæ aditum. nec fore ut illa corpus inhabitet peccato obnoxium. Quin & illud edicimus: quicunq3 ẽ manibus purior: ita ut ſanctiores has deo attollat: ut ommittã hũc poſſe rẽ diuinã rite pagere: poterit fidẽtius & illđ ꝓ fari. Eleuatio manuũ meaꝝ ſacrificiũ ueſpertinũ. Is inq̄ is ad nos ueniat. Nec ſecus & q uoce ſit ſapiẽtior hoc ẽ qui ad dĩne legis me

ditationẽ: dies ac noctes: ex habituq; & aſuetudíe q̃dã exercitatos ad recti prauiq; diſcrimẽ habeat ſenſus: nihil hũc pigeat ad ſolidiores & rõnabiles cibos cõcedere. his cõgruẽtes: q ꝓ pietate & uirtute decertãt. Sed cũ diuina grã oĩbus inſit q in ĩcorruptiõe diligũt immortalitatis documentoꝝ magiſtrũ: qui uel omni uitio uacãt: nec odio ſolũ: ſed his etiã q̃ ꝓ minimis habẽt̃ delictis: fidẽtius uelim initient̃: & diuini cultus ſecundũ Ieſum: myſteria pagant: que ſanctis dũtaxat ſunt tradita. Dicet itaq; q iuxta Celſum fuerit iniciatus: cuicũq; aĩmus mali nullius conſcius fuerit. Accedito. At q iuxta Ieſum deo ſacrificat qui mente ſunt puriore ita affabit̃: ille inq̃ cui iamdiu nullius patrati facinoris eſt animus conſcius: ex eo preſertim tempore quo Ieſu & uerbo curandum ſe obtulit: audiat que ille ſuis diſcipulis inſtruendo iniunxerit. Cum igit̃ illa qbus græci iniciant̃ eorum documentis Celſus opponit qui Ieſu myſteria edocẽt: nihil profecto is uidit: quod eſſet inter eos diſcrimẽ: qui partim ad curãdos improbos uocarent̃: partim puriſſimorũ quorundam archana & myſtica capiẽda: nõ itaq; ad myſteria illa: & ſapiẽtiæ communicationẽ in myſterio deliteſcentis: quam ante ſecula deus ad iuſtorum gloriam predeſtinauit: ſed ad curationem ſuſcipiendam iniuſtum accimus: ſiue ut lubet: uel furem hũc dixeris: murorũq; perfoſſorem ſiue ueneficum: ſiue ſacrilegum: ſiue q ſepulchra ſubruendo expilet: ſiue quoſuis alios quos patraſſe grauiora quedam intulerit Celſus: inſunt enim in uerbi diuinitate nõ nulla: quoꝝ alia ad medellam his ſunt profutura: de quibus ea ꝓtulit Ieſus. Non enim opus eſt medico beneualentibus: ſed male habentibus: alia uero que mundioribus anima ipſa & corpore demonſtrant̃: in myſterii reuelationem a ſeculis eternis occultati & nunc manifeſtati per ꝓphetaꝝ ſcripta: & per aduentũ dñi noſtri Ieſu chriſti: qui perfectoꝝ ſingulis apparuit & mẽtem illuminauit ad ueram ſcientiam rerum. Sed cum grauiora faciat Celſus: quoꝝ nos arguit: crimina: ubi & nos ſceleſtiſſimos homines dixit: & illud adiecit. Quos enim alios predicans predones hic cõuocaſſet: uel ad id quidẽ dicturi ſumus. Predones quidem hunc eos dixiſſe

qui perinde ex ipſa nequitia & nomen ſint conſecuti: quam in homines ipſos predones iſti exercent: quos & ſpoliare enixius uolūt & perdere. Chriſtianus uero uel ſi eos ad ſe quos & predo exciuerit: euocet: uocatione tamen alia quadam & differenti hos uocat. ut ipſorum ſcilicet uulnera: inſtruendo obducat. & animæ ipſi facinoribus prauis ardentius incumbenti: ad uini & olei proportionem unguentorum medellam infundat: & cæterarum menſuram: que ex medica arte egrotanti animo adhibent̃: ut iuuent. Carpit preterea Celſus que ad praue uiuentium exhortationem & narrant̃ & conſcribūtur: ad penitudinemq̨ & emendationem hos prouocant: & nos illud fateri affirmat: ad peccatores eſſe deum tranſmiſſum: qua in re haud ſecus nunc agit: ac illos criminaretur qui dicerent: eorum ob gratiam quibuſcum in urbe nō rectius agerent̃: miſſum eſſe per clementiſſimum imperatorē & medicum: Miſſus igitur eſt deus uerbum tanq̃ medice artis peritus: ad eos qui eſſent peccatis obſtricti: & ut diuinorum myſteriorum inſtructor ad illos qui & puriores iam eſſent & nil ultra delinquerent. At Celſus cum nil poſſet iſta diſcernere: non enim libuit hec ipſa perdiſcere diligentius: hunc in modum proſequit̃. Cur enim non ad inſontes ille tranſmiſſus eſt: quid mali fuerit: nil deliquiſſe: ad hec reſpōdebimus: Si enim inſontes hic dicit quibus nil criminū adhuc fuerit admiſſum: uel ad hos quidem miſſus eſt noſter ille ſaluator: non tamen ut medicus: ſi uero delicti expertes illos appellat qui aliquid deliquiſſent (non enim iſtorum fecit ille diſcrimen) dicemus fieri non poſſe ut homo huiuſmodi aliquis careat omnino delictis nō enī ē in terris qſpiam natus q iuxta lr̃as ſacras nō ſit peccato obſtrictus: qđ tñ lege ea aſſerimus: ut iuxta Ieſum excipiatur cognitus homo qui peccatum non fecit. Sed iniquius profecto de nobis narrat hec Celſus: perinde illud aſſeuerantibus: iniuſtum quempiam: ſi ob eius nequitiam deprimat deus: fore eundē ut iterato ſuſcipiat: iuſtum uero ſi cum uirtute & a principio oculis ad cœlum ſublatis ſe contempletur: ut minus admittat. Nos uero impoſſibile dicimus eſſe hominem aliquem poſſe qui

cum uirtute & ſtatim ubi i lucē ꝑdierit ad deū oculos tollat, qppe qui tum primū ſubeat inter hoīes prauitatē neceſſe eſt: quēadmodum & Paulus dicit. Sed cū ueniſſet mādatū: peccatū reuixit. Ego aūt mortuus ſum. Nec de iniuſto quidē nos illđ cōmonefacimus: huic fore id ſatis: ſi ob eius nequitiā deꝑmat̃: ut ſit deinceps a deo ſuſcipiēdus: ſed ſi ſuperioꝝ facinoꝝ penitudine ductus: humil̃ ob olim cōmiſſa īceſſerit: & impoſterū uirtute ornet̃: hoc pacto ſuſcepturum eſſe hunc deū nos affirmamus. Deinde Celſus eius dicti ꝑſus ignarus. quicūqȝ ſe exaltauerit: hūiliabit̃: ne a Platone quidem illud edoctus: bonus honeſtuſqȝ aliquis incedat humili decoroqȝ gradu. ſic itē nec illud intelligēs. Humiliamini ſub potēti manu dei: ut uos exaltet in tpe: ſic ſubdit: hoīes nāqȝ qui recte iuri dicendo pſederint eos qui illatā iniuriā flebiliter cōquerunt̃: ut q̄ri deſināt cogūt: ne ad clemētiā potiuſ q̄ ad uerū & æquitatē ferri p ſe iudiciū uideat̃. Deus ergo & ſolus nō ad ueritatē ſed ad grām ſententiā tulerit. Veꝝ q̄ nā illa grā fuerit: aut q̄ flebiliter cōquerentiū uerba: q̄ iuxta ſacras lr̄as fiant: quandoquidē deū peccator hūc in modū precat̃. Peccatū meū ego cognoſco: & iniuſticiā non abſcōdi: & cōfitebor aduerſum me iniuſticiā meā dn̄o: nun quiuerit iſte illud arguere: non eſſe ad ſe redeūtiū argumētū: & deū ad ſe cōuertentiū: qui illi ſeſe inter preces & uota toto aīo ſubdāt. Sed cōfuſi or Celſus nec ſibi ſat cōſtās: crimināndi nos impetu raptus: dicēdo ſibimet aduerſat̃: nā cū ſe nil fugere demū oñdit: poſſe peccati expertē hominē eſſe: & cū uirtute æquitatē ſeruare: & a pncipio ocl̃os in deū intēdere: & alibi quidē cū ea q̄ ipī nos affirmamus: admittit. ꝙ homo aliqs & iuſtus ſit & pfectior: & ſine crimine ꝑſus alius quiſpiā: ueluti idipm affirmans: ſic inqt. Vel id quidē pōt ꝑ uero rectius credi: ꝙ genus hūanū natura ꝑnius ſit ad peccandū: deinde tāq̄ nō oēs ſint p Ieſu uerbū acciti: ſic loqt̃. oportuit itaqȝ ut oēs is euocaret: ſi oēs delinquūt. Ipī uero uel ī ſupioribus quidem oſtendimus Ieſum dixiſſe: Accedite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiā uos. Liquet igit̃ mortales omnes ob inſitā eis peccandi naturā: labore affectos & oppſſos iam pondere:

ac terrā ego impleo:tropologice tamē illud accipimus:e ſua nanq;
deſcendit hic magnitudine atq; faſtigio: cum hominūfacta:& im
proboꝝ preſertim: diſpenſat & moderat̃.Et quemadmodum uſu
uenit:ut pueris minutioribus condeſcendere p̄ceptores dicamus:
& adoleſcentibus item philoſophos: & alios quoſdā ꝓuectiores
nuprime ad philoſophiam inductis: cū alioqn nō corporaliter hi
cōdeſcēdāt: ſic etiā ſicubi ſacris in lr̄is dicit̃: deſcēdit deus ſiue aſcē
dit:correſpōdere id noſcit̃ uulgate cōſuetudini:que id nomē uſur
pet.Cum aūt uelut irridens inquiat Celſus: illud nos affirmare:
tortoris in ſpeciē deū ignem geſtantē deſcendere: & plane nos co
gat ne pro tempore altiora dicta ſcrutemur: ubi ꝑpauca quedā di
xerimus:quoad poſſint auditoreſ ea paululū deguſtare:q̄ in reſpō
dendo Celſi aduerſum nos tollant irriſiones: ad ea poſtmodū di
uertemus:q̄ mox ſubſequent̃. Aſſerunt enim ſcripta diuina: deū
eſſe ignem conſummentē: & fluuios hūc ignis p̄cedere:quin & eū
dem ipſum uelut ignē conflantis incedere:& uelut herbā fullonū:
ut pplm̄ ſuum deniq; conflatuꝝ. Cum itaq; ignis couſumēs deus
ipſe dicat̃:querimus que nam a deo ſint conſumēda:& nos q̄dem
nequitiā eſſe q̄ conſumēda ſit affirmabimus:& q̄ ꝑ ipām patrant̃:
& ea p̄terea que tropice ligna fenū & ſtipula nūcupant̃:uelut igniſ
cōſumpturus eſt deus:ſupædificare igit̃ improbus dicit̃ ſubiecto

& rationali fundamēto:cum ligna:tum fœnum:tum ſtipulam: ꝙ ſi demōſtrare quis poterit qui iſta cōſcripſit aliter longe ſenſiſſe & corporaliter improbum illum arguere:ligna fœnum ſupædificaſſe & ſtipulam:pſpicuum erit ignem qui ex materia cōſtet & tactibilꝭ ſit:poſſe intelligi.Si uero improbi opera tropologice capiunť: q̄ ligna fœnum & ſtipula ſint:cur non inde occurrat qualis ille futurus ſit ignis qui iſta ſit abſumpturus? inquit enim uniuſcuiuſqꝫ opus quale ſit ignis pbabit:cuius opus pmanſerit quod ſupædificauit:mercedem accipiet:cuius uero opus comburetᷣ: detrimentum utiqꝫ patietᷣ.Opus autem quod nam aliud dicitᷣ igne abſumptum: niſi id omne qđ neqter geritᷣ? Eſt igitᷣ ut ipi tradidimus: noſter deus ignis cōſumens:& haud ſecus incedet ac ignis ſolet cōflantis:in rationalem naturam deniqꝫ defluxurus: plumbo quidē & impurioribus metallis refertam:que auri:ut ita dicam: argenti ue naturam adulterāt.Sic item ignis dicuntᷣ & fluuii deum precedere:qui nequitiam deleat:que animæ ſit undeq̄qꝫ immixta. Sed ad ea:hec hactenus:que pauloante hūc in modū intulerat Celſus. Hec quidem hos coegerūt: ut falſa capti opinione id affirmarent: deſcenſurū deum tortoris in ſpeciem ignem geſtātem.Videamus autem que Celſus confidētiſſime ſubdit.quinetiā inqt altiuſ pluri mis argumētis oratio nobis repetenda eſt:nhiil enim quod nouū ſit affero: ſed que maioribus noſtris ſunt uiſa: conſtat deum & ſūme bonū eſſe & ſumme fœlicē:ſi itaqꝫ deſcendit ad homineſ:ut immutetᷣ neceſſe eſt:& ea immutatiōe:qua ex probo improbus fiat: & ex fœlicitate ad infortuniū redigatᷣ.& cū optimus fuerit ad ſūmam neqtiam: quis ſibi unq̄ immutationē hanc deligat? tam&ſi quod fuerit mortale & immutari & transformari natura poteſt. Immortale uero ut ſemper ita ſe habeat ac prius habuerat:neceſſe eſt. neq̄q̄ ergo immutationē hmōi ſuſceperit deus.Ad hec uero reſpondēda nobis uidentᷣ que neceſſaria ſunt:explicaturis deinceps qualis nā diuinis in lr̄is dei ad homines appelletᷣ deſcenſus:i quo nil erit ut is immutetᷣ neceſſe: ut putatᷣ Celſus nos affirmare: nec de bono ad malū ſe transferat: nec de fœlicitate ad infœlicitatem:

nerunt:& e mõtibus deſcẽdentes:ad quas & paſtor in quibuſdam parabolis dicit̃ deſcendiſſe: relictis in mõtibus reliqs q̃ minus er raſſẽt. Porro cũ Celſus his immoret̃ quoꝝ pſus ẽ neſcius: nobis & cauſam pbuit:q̃ diximus repetẽdi:cũ nihil libeat: uel ĩ partẽ ali quã eius dicta indiſcuſſa relinq̃re. Inqt itaqꝫ aut enĩ in uero:ut iſti affirmãt:in corpus mortale hũc trãſtulit deus:qđ utiqꝫ facere neqt ut diximus:aut ſi trãſtulit:pſtigiis agit:ut ſpectatores id credant: in erroreq̃ꝫ inducit:& fallit. Fallere uero & in errorẽ ĩducere:&ſi ini quius ſit:alioqn ĩ medellæ partẽ:ea re:qui uelit:utat̃. Siue cũ ami cis ualitudĩe aduerſa affectis:ſiue furẽtibus mederi cũ uelit: ſiue in hoſtes:cũ ſubterfugere piculũ malit. Eger uero nullus nec furens quiſpiã cũ deo amicitiã init. Nõ enĩ ueret̃ quẽpiã deus:ut p diſcri minis grãm declinãdi:alios fallat. Vel ad hec quidẽ nõnulla ſunt de diuini uerbi natura:qꝛ uerbũ eſſe deũ ſat cõſtet:nõnulla de Ieſu aĩa explicãda:& qđ attinet ad uerbi naturã:dicendũ: queadmodũ enim eſcaꝝ uis oĩs & ſuccus:ad infãtis naturã: ĩ lactis liquorẽ ĩ nu trice cõuertit̃:uel p medicũ aliqd in cibũ egrotãti parat̃: ut ſanita tis recuperãde neceſſitas exigit: & fortioribus itẽ ĩ eſcã ualidius alĩ quid. Sic nati uerbi hũanæ aĩæ deus:uirtutẽ ĩ hoĩes trãſfert: & im partit̃:ut quiſqꝫ meritus eſt. ita ut huic quidẽ:queadmodum ſacre lr̃e tradũt: lac rõnale & ſine dolo uirtus illa efficiat̃: illi uero ut q firmior ſit:ut ita dixerĩ:holus ut leuior cibus: alii autẽ cuiq̃ pfecti or & ſolida tradit̃ eſca. Nec ſane uerbũ ſui ipſius mentit̃ naturã:cũ ſingulos alit:qui ſe capeſſere poſſunt:nec ĩ errorẽ quempiã: uel in ducit uel fallit. qꝛ ſiquis Ieſu aĩam eo inquiat immutari: quia ĩ cor pus ſe hũanũ cõtulerit:rogabimus quo pacto hãc dixerit immuta tam: ſi enĩ eius ſubſtãtiã ĩmutari affirmet:neq̃q̃ id cõcedet̃:nec in ea ſolũ id poſſe cõtiger: ſed ne ul ĩ q̃uis aĩa rõnali mõſtrabit̃. At ſi aliquid pati a corpore aĩam dicat:quia illi admiſceat̃:uel a loco ad quẽ ipſa ſe cõtulit:quid tñ ex eo poterit diuino uerbo cõtigere: qđ abſurdiuſ ſit: qñquidẽ ex eius ſũma clemẽtia hũano generi ſaluato rem demiſerit:nõ enĩ pſcoꝝ hoĩm quiſpiã:q medendi artẽ pfitere tur:tm̃ unq̃ habuit uiriũ:quãtũ p ſe Ieſu hec aĩa tulit:ex rebuſ ipſis

ꝑ ſe mirifice geſtis:que ultro nr̄i generis gr̄a: ad humanā ſortem deſcēderit.Hec quidē cū diuina ſcripta tenerēt:q̄mlt̄a & multis in locis ediſſerūt.Sed cōtenti in pn̄tia ſumus:ſi Pauli unū id ꝓduxerimus.Hoc unū ſapite in uobis:quod & in xp̄o Ieſu:q cū i forma dei eſſet:non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo:ſed ſeip̄m exinaniuit formā ſerui accipiens: & hītu inuentus ut homo:humiliauit ſe ip̄um:factus obediēs uſq; ad mortē:mortē aūt crucis: ꝓpter quod deus exaltauit illū:& dedit illi nomē qđ ē ſup omne nomē. Sed alii id Celſo cōceſſerint:nequaq̄ deū ad hūanā naturam re ip̄a uerbū trāſferre: ſed ſpectātibus efficere:ut trāſtuliſſe appareat.nos uero credētes non p̄ſtigias eſſe & rem apparentē:ſed apertā & certiorem:q̄ de Ieſu ad mortales aduētu tradunt̄:nil ꝓrſus ſubiicimur Celſi calūniis.Nihilominus ei ſic rn̄debimus. Cū eni illud inq̄s Celſe medellæ in partē:pmiſſum eē nōnunq̄ ut fallaciiſ & mēdacio quiſq̄ utat̄:cur igit̄ fuerit abſurdū:ſi hmōi aliquid eſſet futuꝝ:ut quis tutaret̄ tale quidpiā fuiſſe effectū:ñā & dicta quedā mentiendo potius:quorundā mores immutāt: ut & medici ſecūdū te aſſolēt ſepe morbo affectis mēdaciter cōpellādo:lōge magis cōducere: q̄ ſi uera q̄dā expromerēt. ſed haudq̄q̄ fuerit abſurdius: ut q egrotātes aīcos curauerit amantiſſimū ſibi hūanū genus his ip̄is ut curet medellis quibus non p̄ncipio ſtatim ſit aliquis uſus:ſed ī uitæ diſcrimine.Etenim furēs olim mortaliū genuſ ea erat uia curandū: quā ieſus uerbū ad reſipiſcēdū utilē fore puiderat.ait p̄terea Celſuſ uel in hoſtē hec quempiā facere qui ſubterfuger̄ malit diſcrimina: non enim aliquē deus ueret̄:ut deceptis qui ſibi inſidias molirentur:periculū declinaret.Sed erit ꝑfecto ſupuacaneū: his rn̄dere:& a rōe penitus alienū: q̄ a nenime de Ieſu dn̄o ꝑferunt̄:qn̄quidem & ſupius diximus:cū aliis r̄bus rn̄deremus:q̄ ad Celſi id dictū mirifire facerent:neminē.ſ.qui uel eger aīo ſit:uel alio quouis furētis morbo affectus:amicitiā cū deo iniſſe.Veꝝ quis rn̄dendo id dixerit:haudquaq̄ amicoꝝ egrotantiū cauſa ſiue furētiū:taliter hec diſpenſari:ſed ob animi egritudinē:& emotæ natura mentis exceſſū: ut ex hoſtibus & infenſis:deo acceptiores & amici reddant̄:liq̄do

nanq; delinquentiũ gratia: præ ſe tuliſſe omnia dicit̃ Ieſus: Et eni xius effeciſſe: ut hos & a prauis eximeret facinoribus: & iuſtiores efficeret. Porro cum pſonas inducat loquentes Celſus iudeos par tim qui ſecundũ ſe xp̃i aduentũ ſubdubiũ ducant: partim & xp̃ia nos: qui apertius fateant̃ dei filiũ ad hũanã hanc uitã iam conceſ ſiſſe: age & hec breuiter pnoſcamus. ferũt itaq; iuxta Celſum iudei neceſſe fore: ubi hec mortalium uita: quibuſuis uiciis fuerit opple ta: ut a deo leget̃ ad homines: qui ab eo mittendus eſt: ut luant & impii pænas: & uniuerſa haud ſecus purgent̃: ac priore illo quod acciderat olim diluuio: ſunt repurgata. Sed cum xp̃ianos affirmet alia item atq; alia his adieciſſe que a iudeis tradunt̃: profecto quẽ admodum & hos ipſos inquiat hec affirmare: perſpicuum eſt. Verum cur debet abſurdum uideri in abundanti & profuſa neq tia fore tandem: ut ueniat qui mundum expurget: & ſic ſe in ſin gulos habeat ut meriti ſunt: non enim dei officium fuerit: nõ pra uitatem omnia deuaſtantem: morari: & res ipſas deniq; innouare. Cõſtat nanq; & græcis: uel cathacliſmo: ul̃ igne temporum perio dis aliquando: & reuolutionibus: terras omnes ſublatum iri. Siq dem & Plato quodam in loco ſic ſcribit. Cum autem dii terram aquis purgantes offuderint: & huiuſmodi alia. Ad hec uero dice mus. Si enim græci philoſophi iſta protulerint: profecto & grauia eſſe que promiſerint: uidebũtur: & magni momenti. At ſi qua nos que uel a græcis probent̃ aſtruimus: nil prorſus ſentire rectiora uidebimur: tam&ſi quibus curæ eſt: certiorem omnis hiſtoriæ ſe riem explicare: adniſuri ſunt proculdubio: non modo eorum qui hanc conſcripſerunt antiquitatẽ oſtendere: uerum & dictoꝝ cum grauitatẽ: tum & que dicta hec ſubſequunt̃ diligẽtius aperire. Sed neſcio quo pacto nil ſecus ac iudei affirmãt & xp̃iani: diluuiũ ter ras omnes obruiſſe & inundaſſe Celſus exiſtimat: & turrim inſup demolitã. Eníuero: & ſi de turre hac ipſa nihil hmõi ĩ Geneſi p̃ten dit hiſtoria: nihil tñ: uel ſi ita ſe habeat: ad terræ uidet̃ purgationẽ id cõtigiſſe: ni forte terræ purgationẽ eſſe hic arbitret̃ linguaꝝ cõ fuſionẽ: de q̃ cui ea uis fuerit ediſſerat: qñquidẽ ꝓpoſitũ ẽ ul̃ ea ſuo

loco oſtẽdere:& iuxta hiſtoriã patefacere quẽadmodũ illa ſe habe ant:& quo deniq; referant̃.Sed cũ Moyſem ipm̃ exiſtimet Celſuſ qui de hac turre & linguaꝝ cõfuſione pſcripſit: corrupiſſe quidẽ q̃ de aloidibus illis ſunt apud ueteres hiſtoriæ demãdata: & hec ipa hũc dicat de turri illa ſcripſiſſe:dixerim equidẽ q̃ de aloidibus illis ꝓdit hiſtoria neq̃q̃ me ante Homeꝝ exiſtimare hmõi aliqd quẽ piam tradidiſſe:q̃ uero de turre hac nr̃a ꝓdunt̃:cũ Homeꝝ longe pceſſerit uetuſtate: quin potius ul̃ ante grecaꝝ lr̃aꝝ inuẽtionẽ exti terit:ſcripſiſſe Moyſẽ reor:rogãdũ tñ uter iſtoꝝ alterius magiſ cor rumpit hiſtoriã:̃q de aloidũ ac turre pinde rẽ geſtã cõtexuit:an q de turre & linguaꝝ cõfuſiõe cõmeminit:̃illud quidẽ nimiꝝ & faci le integris apparebit auditoribus: deprauatã fuiſſe Moyſi p eũ ue ram de turri hiſtoriã: q de aloidibus fabulã narrat. Moyſes ſiqui dem cũ ſit Homero uetuſtior:ul̃que ab eo de Sodoma & Gomor ra in Geneſi explicant̃:uti admiſſi ſceleris gr̃a incẽdio cõflagarit: his cõparat Celſus:q̃ de fœtõte ſunt fabulis ꝓdita:una dũtaxat re falſus: quia nil peninus ex ordine obſeruarit: que de Moyſi anti quitate ferunt̃:ſiquidẽ qui fœtontis geſta memoriæ ꝓdidere: Ho mero poſteriores ſunt uiſi. qui Moyſem eſt longo poſt tempore ſubſecutus. Non igitur ignem negamus qui expurgando uniuer ſa ſit abſumpturus:& ut iniquitatem detergat & noua omnia red dat deleturus ſit mundũ:que utiq; ſanctis ex litteris didiciſſe nos affirmamus.Cum enĩ ut antea diximus:de futuris ꝓphete q̃mul ta predicant: arguuntur tamen & de preteritis ueriora dixiſſe: & præ ſe plane tuliſſe: quemadmodum ad ſe ſanctior ille ſpiritus di uertiſſet.quo fit ut de futuris ſit eis fides preſtanda: uel potius ſpi ritui ſancto credendum: qui in his permaneret. Infert preterea Celſus: ad iudeorum de futuro chriſti aduentu aſſertionem alia quedam & chriſtianos afferre:aſſerentes:ob iudeorum commiſſa: fuiſſe iam dei filium ad hoĩes delagatum: iudeoſq; ipſos: q Ieſum ſupplicio affeciſſẽt:& fel ei obtuliſſent in potũ:dei irã ĩ ſe cõcitaſſe: Arguat nũc q uelit Celſi hec dicta:mendacii: ſiqdẽ iudeoꝝ genus omne ꝓpriis cõſtet ſedibus fuiſſe olim abactũ:nec ad generationẽ

unā:ubi tanta ab his ꝑpeſſus eſt xp̄s:nā eo ex tp̄e quo xp̄m illi in crucē ſuſtulerāt ad Hieroſolimæ euerſionē annos duos & q̄dragin ta interceſſiſſe crediderim:nec uſq̄ eſt memoriæ ꝓditū ex quo eſſe ceperūt iudei:tā diu illoſ fuiſſe ab elegāti eoꝝ cultu eiectoſ:cū a po tentioribus debellarent̄:& ſiqn̄ uiſi forſitan ſunt ob peccata deſti tui:curæ tn̄ deo fuere.ita ut cū ſua repeterēt loca:libere ꝓ eoꝝ legē q̄ recepiſſent exeq̄rent̄.Vnū igit̄ & p̄cipuū uel inter cætera fuerit q̄ Ieſum diuinius aliquid eſſe & ſacroſanctū affirmāt: ꝙ p tot ſecu la iudeis tot tantaq; in dei uidictā aduerſa cōtigerint:& ita ut ill d̄ fidentius dixerim:haudquaq̄ fore ut ī ſtatū p̄ſtinū redigant̄:quip pe qui ſcelus patrarint ſceleribus quibuſuis ſceleratius: ſiquidem ei qui generi hūano ſaluti fuit.ea ī ciuitate moliti inſidias ſunt: in qua miſterioꝝ inſignia:& ſtatutas figuratōnes:& legitima deo ex eq̄bant̄.Oportuit itaq; ea ut ciuitas in q̄ hec paſſus ſit Ieſus: fūdi tus tandē euerteret̄:& gens iudeoꝝ oīs:ſuis abigeret̄ e ſedibuſ:ad alioſq; dei ad beatitudinem euocatio illa trāſiret: ad xp̄ianos.ſ. ad quos demū ꝑuenit:purioris & integerrimi cultus doctrina:nouis q̄buſdā acceptis iā legibus:cuiuis bene inſtitutæ reipublice cōgru entibus:qn̄doquidē haudquaq̄ poſſēt hoc tp̄e leges ille a domeſti cis & eiuſdē ſecte imperatoribus tradite obſeruari:exinde Celſus: ut ſepe alias cōſueuit:tā iudeoꝝ q̄ xp̄ianoꝝ genus irridēs: conglo meratis ueſpertilionibus & coeūtibus formicis ſimiles facit e nidu lo ꝓdeūtibus:uel paluſtria loca inſidētibus ranis:uel uermibuſ in cenoſo aliquo angulo coaceruatis.Et ab inuicē diſſidentibus.q enī inquit atq; hi ſunt: maioribus fuerint peccatis obnoxii:̄ dicunt enī oīa nobis aperit deus:& lōge ante denūtiat: quin & mūdū hic deſerēs uniuerſū & cœli rapiditatē:& tm̄ terraꝝ paruipēdēs: nobis ſolis & uiuit:& opitulat̄:ita ut nil ceſſet mittēdo & cōquirendo: q̄ tenus ſecū ꝑpetuo ſimus. Et in eius hac fictione: nos uermibus ſi miles reddit deū eſſe aſſeuerantibus: & deo nos ſimiles in cunctis effectos nobiſq; ſubiecta omnia eſſe: terram:aquam: aærem: ſide ra:& uniuerſa noſtri gratia condita: & nobis ut ſeruiant conſtitu ta:uermes uero:hoc eſt ipſi nos:apud Celſū ita loquunt̄.Ad nos

igit̃ ubi deliq̃rint ex nr̃is nõnulli: ul̃ deus ip̃e uẽturus eſt: uel filiũ legaturus: ut iniquos incẽdio p̃dat: & q̃ reliq̃ fuerimus cũ eo uitã habituri ſumus eternã: & mox ita adiecit & hec q̃dẽ uermibuſ ip̃is uel ranis: iudeis inq̃ & xp̃ianis: inter ſe diſſidentibus: cuncta ſunt tolleratu facilia. Ad hec autem nos reſpõſuri illđ eos rogabimus: qui hm̃õi Celſi aduerſus nos dicta ſuſcipiunt: Nun icciro uniuerſi mortales: ꝓ adglomeratis ueſptilionibus uel formicis & ranis ul̃ uermibuſ ducitiſ: q̃a cũctis ſit excellẽtior deus? an forte q̃a alios non ex ꝓpoſita hũana iſta imagine hoĩes eſſe cõſiderat: ſed q̃a rõnales ſint: & legibus & inſtitutis regant̃. Xp̃ianos uero atq̃ iudeos: q̃a eorum decreta uos minus oblectant penitus aſpernati: cum his animalibus cõtuliſtis? ſed utrũuis hoꝝ rogati uos affirmaritis. uel ad id quidẽ nos reſpõdebimus: arguere adniſuri nequaq̃ decenter: ſiue de uniuerſo hoĩm genere: ſiue de nobis ipſis: hec dici. Sed eſto illud imprimis ut uos afferatis: q̃ hoĩeſ uniuerſi: ſi deum ſpectamus: uilioribus his animãtibus cõparent̃: ſiquidẽ iſtoꝝ minuties nequaq̃ ſit cũ dei p̃ſtantia & magnitudine cõferẽda. At quãnam: o uos iſtã minutiẽ dicitis? ſi corpoꝝ: audite ſũma iſta & infima: quoad ueritatis iudiciũ: nõ ex corpore p̃finiri: ſic enim uultures eſſent & elephãti: nobis hoĩbus potiores: q̃a & corporis uaſtitate & robore & æui lõgitudine ſuperẽt. Sed alioq̃n nemo q̃ mẽtiſ ſit cõpos: ob corpoꝝ immanitatẽ: bruta iſta p̃tulerit rõe utẽtibus. Nam lõge plurimũ ratio ipſa rõtionale animal euehit: & excellentius facit q̃ cætera rõnis exp̃tia. Nec ea quidẽ q̃ ſollertiora ſũt & beata: q̃les uos demões dicitis: & nos dei ãgelos nũcupamus: ul̃ q̃uis alia hoĩm natura p̃ſtãtior: id affirmauerit: niſi ubi ĩ his rõnale illđ p̃fectius inoleuerit: & ꝓ quouis uirtutũ genere quedã inheſerit q̃litas. At ſi iſtã hominũ exiguitatẽ nõ corporis gr̃a: ſed aĩæ uos plane contẽpnitis: ut q̃ rõnalibus cæteris defectior ſit: & his p̃cipue q̃ ſollertiora ſint & eximia: & iccirco ſit imminuta q̃a ei prauitas ĩſit: cur potius ex xp̃ianis ſiue iudeis q̃ neq̃ter uiuũt cõglobatã ueſptilionũ ml̃titudinẽ an̄ponãt? formiciſq̃ & ranis hi ſimiles fuerĩt: q̃ ceteraꝝ nationũ p̃diti hoĩes? ut ex hoc ip̃o quiuis maxime: utcunq̃

ſit xp̄ianus inquiras:&ſi forte ineſſe noſtrorum nõnullis eadẽ depre hendant̄:haud tamẽ illis qui in conſeſſum recipiuut̄:& orãdi grã in unũ conueniũt: quãdoqdem ab his excludunt̄: qui illiuſmodi fuerint. Non igit̄ uermes ſumus in unum nos coeuntes:q iudeis: ex ſcriptionibus quas ſacras hi ducũt inſtemus: & haud falſo mõ ſtremus qui ſit per prophetas denuntiatus iam aduenisſe: & ob ingentia maleficia fuiſſe a deo hos penitus deſtitutos: noſq; qui uerbum ſuſcepimus uel optimam ſpem apud deum habere: cum ob integrã erga hunc fidem:tum quia potuit ille nos ſibi concilia re:ut ab omni uerſutia:& uite improbitate: puriores iã redditos. Non igit̄ libere ſiquis uel iudeũ ſe fateat̄ uel xp̄ianũ: dicturus ẽ: noſtri precipue gratia deus uniuerſum terrarum orbem: & rapidos cœli curſus ſtruxiſſe:ſed ille id poterit ſedulo affirmare: qui ut do cuit Ieſus:& corde Purior ſit:caritateq; & manſuetudine polleat:q ue libenti animo: ꝓ pietate in deum & cultu: diſcrimina tolleret. Is itaq; non immerito in deo confidit:& ubi id intellexerit: quod ꝓphetarum uaticiniis nuntiat̄:& illud fatebit̄. cuncta credẽtibus nobis iampridem aperuiſſe deum & nũtiaſſe. Sed poſtq̃ xp̄ianos Celſus:quoſ uermes putat fecit illud ꝓfari:cœleſtes & rapidos cur ſus deferens deus:& tantum terrarũ hic paruipendẽs:nobis ſolum & uitam agit & ad nos legat p̄cones:nec mittere ceſſat:nec querer̄ intermittit:cũ eo ut ꝑpetuo ſimus: dicendũ erit Celſum hunc q̃ p nos minus dicunt̄:nobis alioqn dicẽda impoſuiſſe:q ut legimus: ita & nouimus caritate cũcta ꝓſequi deũ:nec eorum quicq̃ reſpuere: que ante feciſſet:non enĩ ſtruxiſſet qđ oderat. quin & illud ꝑlegi mus:parcis oĩbus: qm̃ tua ſunt dñe oĩa q amas aĩas. Spũs enĩ in corruptibilis in oĩbus ẽ. Propterea q labunt̄ paulatim redarguis: & in quibus delinquũt cõmonefacis. Verum quo pacto dicere deũ li cuerit:cœli rapiditate relicta & mũdo:& tot terris neglectis nobis dũtaxat uiuere:̄ q interp̄candũ cõpertũ habemus dici id ſapiẽtius optere:miſericordia dñi plena ẽ terra:& mĩa dñi ſup oẽm carnẽ:& illđ ꝓ eius bonitate deus ſolẽ ſuũ oriri facit ſup bonos & malos. pluitq; ſup iuſtos itẽ atq; iniuſtos. Et nos ipſos ut eius filii efficia

mur: & ſeſe imitemur:hortatꝰ: edocetq; omnes in homines ſi fieri liceat:noſtra beneficia ꝓpagemus.Is eni humani generis ſaluator eſſe aſſeritur:& eorũ precipue qui in ſe credũt:& xp̄us dei recõcilia tio eſſe ꝑ peccatis noſtris aſtruitꝰ: nec noſtris ſolum ſed orbis ter rarum. Et forte non ſolum quecunq; Celſus conſcripſit huiuſmo di:ſed alia quedam minoris momenti iudeoꝝ nõnulli pretulerit: cum lõge aliter ſe habeãt chriſtiani:ut qui optime callẽt: quemad modum ſuam in nos caritatem commẽdet deus:utq; uel nobis ad huc prauis facinoribus inquinatis:chriſtus mortem obierit:&ſi ꝑ iuſto uix quiſpiam moriatꝰ.Nam ꝑ bono audebit forte qs mortẽ obire. Nũc uero ꝑ his q ubiq; terrarũ ſunt peccatoribus:ut a pec catis deſciſcãt:& deo ſe credãt:adueniſſe predicatũ eſt xp̄um:& iſti uſmodi uerbis:ut patria tulit cõſuetudo:xp̄s eſſe dictus eſt dei.u l' a nõnullis forte accepit id Celſus:& deũ hũc eſſe:& nos item poſt eum:quoſ uermes iam dixerat.Nec ſecus hic agit ac ſolent:q phiæ ſectã iccirco explodũt & criminantꝰ: quia adoleſcẽtulus ꝓmptior quiſpiã:& audaculus: ac fere ꝓdie natus:temere nõnulla effuderit: & cũ philoſophũ aliquẽ unum ſectetꝰ:ceteris ut inferioribuſ & pla ne indoctis inſurgat. Nouimus enim q̃multa homini mortali ꝓ cellere:& quemadmodũ ĩ ſynagoga ſteterit deoꝝ deus ꝑlegimus: non qui falſo ꝑ cæteros adorentꝰ: qppe cũ omniũ gẽtiũ dii demo nes ſint:quin & illud legendo ꝑcurrimus. Deus ſtetit ĩ ſynagoga deoꝝ in medio aũt deos diiudicat:nec illud nos fugit:&ſi mlti in cœlo dii dicantꝰ:ſiue in terris:ut dii plurimi ſũt: ita & dominos eẽ q̃multos.nobis tñ unus eſt deus:ille inq̃ q pater eſt:ex quo oĩa ꝑ dierũt:& nos in ipſo cõſtamus:& unus item eſt dñs xp̄s Ieſus:per quẽ uniuerſa:& nos ꝑ eũ.Nouimus p̄terea & angelos ip̄os:ſic eſſe hoĩe potiores:ut cũ hoĩes ad ꝑfectõnem euaſerint angelis coequẽ tur:& his ſimiles fiãt. Nam ubi mortui reſurrexerint nec nubent neq; nubentꝰ: ſed ſunt ut angeli q in cœlis ſunt:iuſti.& angelis pa res efficiuntꝰ: nec nos quidem clam habet in hoc angelorum ordi ne thronos alios uocitari: alios dominationes: alios poteſtates: & principatus: alios dici: & plane uidemus & nobis hominibus

qui ſumus iſtis inferiores: ex optimis uitæ actiõibus & cæteris ꝑ uerbi uolũtate operibus: ſpem haud dubiã eſſe: aliqñ nos in ange loꝝ ſpeciẽ euaſuros: deniq; ſi minus liqueret quid nam ipi ſimus futuri: certiores tñ efficimur: deo nos ſimiles fore & eũ in ſua eſſen tia conſpecturos: q̈ ſiqs illud a nonnullis ꝓnuntiatum: ſiue ſcien tibus ſiue ignaris: ſiue ut ſanius dictũ alicũde accepientibus: deus eſt: dixerit: poſt hunc & nos ſumus: hoc ipſum affirmaturi: Siqui dem rõnales interpretamur: & tunc precipue cum ſolertiores uide bimur & rõne utemur. iuxta nos nanq; beatoꝝ omniũ una & cõ munis eſt uirtus. Quo fit ut eadem ſit & hoĩs uirtus & dei. Vnde illud eſtote pfecti: ſicut pater ueſter in cœlis pfectus ẽ: edocemur. Nemo ergo qui bonitate ſit preditus uermis fuerit uolutabro in natans: nec quiſpiã qui pietate in deũ & iuſtitia preſtet: uel formi ca dicendus fuerit uel rana: nec alius quiſq̃ fulgẽtiſſima ueritatis lu ce aĩum illuſtratus: noctiuage auiculæ merito comparat᷑. Videt᷑ preterea Celſus & illud ſubaudiſſe: Faciamus hominẽ ad imaginẽ ſimilitudinem noſtram: & ſecundũ id effeciſſe ut uermes hec dice rent. Cum enĩ ſimuſ a deo creati: ꝓfecto illi pſimiles ſumus. Enim uero ſi ſciret Celſus qd inter ſe differãt eſſe ſecundũ dei imaginẽ: hominẽ factum: & ad dei ſimilitudinẽ conditũ: & quod dixiſſe de um litteriſ prodit᷑: faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram: & fecit aũt hoĩem ad imaginem & ſimilitudinẽ dei: non ad ſimilitudinẽ tm̃: haudquaq̃ nos faceret illud ꝓnuntiare: q̄a deo ſumus oĩo pſimiles. Nec tñ nobis eſſe & aſtra ſubiecta aſſerimus. quando iuſtoꝝ que dicit᷑ reſurrectio a ſapientibus intellecta: ſoli & lunæ & aſtris p eum ſimilis fit: qui inqt. Alia ſolis: alia lunæ: & alia aſtroꝝ eſt claritas. aſtrum nanq; ab aſtro claritate differt. Sic item & reſurrectio eſt mortuoꝝ futura: uel Daniele de hac ipſa ua ticinante. Ait inſup Celſus: & illud nos affirmare: conſtitutũ eſſe: ut cũcta nobis ſubiicianť: cũ forte nondũ audierit ſapientiſſimos uiros: qui inter nos ſunt iſtiuſmodi affirmantes: uel haud ſatis in telligat qua illud ſit rõne ꝓlatum eſſe omniũ oportere inferiorẽ: qui maior inter cæteros ſit. Etenim ſi græci hoĩes illud uſurpant:

ſolem & lunam mortalibus inſeruire: id ip̄m tamē ut ab Homero proditum laudant & paſſim denuntiant: que uero per nos uel refe runtur uel reticent̄: Carpit utiq; Celſus: & nos cum his ſimul calū niatur: ut quos ipſe induxerit perinde uermiculos iſta ꝓfari. Vbi enim inter nos quidam deliquerint uenturus eſt ad nos deus: uel eius filium demiſſuruſ: qui iniuſtos & improboſ incendio perdat: qui uero ex ranis nos reliqui fuerimus: cum eo uitam ſumus habi turi perpetuam. Aduerte autem quemadmodum quod de futuro iudicio diuinitus tradit̄: deq; prauoꝝ ſuppliciiſ: & iuſtoꝝ premiis denuntiat̄: in deriſum & cauillationē deduxerit nebulo & ſcura & elegans iſte philoſophus. Et his plane adiecerit: lōge eſſe tolerabili us: ꝑ uermes & ranas ut iſta dicant̄: q̄ per iudeos & chriſtianos in ter ſe diſſidentes: pronuntient̄. Ipſi uero haudquaq̄ Celſum ſecta bimur: nec ſumus talia aſſerturi: qualia de natura rerū promittunt ſe ſcire philoſophi: & inter ſe diſputant: & altercantur: quo pacto hec omnia conſtent: cœlūq; ipſum & terra: & q̄ in his fuerint uni uerſa ſint cōdita: & utrum per ſe aīæ conſtent: nec genite ſint: nec a deo create: & alioquin a deo hoc ipſo ornent̄: & corpora ꝑ uices immutent: an minime ſint permāſure. Poſſet enī uel quiſpiam: cū laudare potius iſtoꝝ deberet ingenium & ſimul ſuſcipere: qui ad inquirendam ueritatem ſe contuliſſent: irridendo & cauillādo uer mes eſſe hos dicere: qui in uolutabri angulo quodam uitæ huius humanæ: nihil ſe penſitarent. Et iccirco uideri eos perinde tātaſ res comprehēdiſſe: & eniti ut quecunq; protulerint cōtemplatos ſe fu iſſe appareat: que ſine potiore aliqua & diuina uirtute cōplecti ani mo nequeant. Siquidem ut nemo uidit que hominis ſunt niſi ſpi ritus hominis qui eſt in eo: ſic item nec ea quidem que dei ſunt qſ piam nouit: niſi ſpiritus dei. Sed nequaq̄ nos inſanimuſ: nec tantā hominum ſcientiā: quam utiq; non uulgatiorem quandā & com munem nunc dixerim: quippe que non in multis uerſet̄: ſed inq rende dumtaxat ueritati incumbat: uermium ſiue aliorū huiuſmo di: motibus comparamus: ſed ueritati ſtudētes teſtificamur: fuiſſe græcos nonnullos philoſophos: qui iccirco ſint deū cognitione

adepti: quia his deus de ſe hanc pateſecerit: Tam & ſi non ut deum glorificauerint: ut Paulus inquit: nec gratias egerint: ſed euanuerint in cogitatibus ſuis: Et obſcuratum ſit eorum inſipiens cor: dicentes eſſe ſe ſapientes: ſtulti ſint facti: & commutauerint gloriã incorruptibilis dei: in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum: quadrupedum & ſerpentium. Deinde Celſus cum uelit id confirmare: nihil uidelicet: ab his quos dixerat animantibus: iudeos ſimul & chriſtianos differre: Ex ægiypto ait fugiſſe iudeos: nec quippiam unq̃ egiſſe memoratu dignum: nec fama demum nec numero claros hos extitiſſe: quos equidem nec ꝑfugos unq̃ fuiſſe aſſeuerauerim: nec ægyptios quidem: ſed ægyptum incoluiſſe: ut ſupra iam diximus & ſatis iam conſtat: at ſi nec fama illos nec numero preſtitiſſe: iccirco autumat Celſus: qa apud græcos de iſtis nihil eſt hiſtoriæ proditum: dicturi ſumus: ꝙ ſiqs uelit iudeorum priſcum illum uiuendi morem aduertere: & legũ inſtitutionibus illis uacare: comperturus eſt plane hos homines extitiſſe: qui uitæ cœleſtis umbram in terris pretulerint. nimirũ: apud quos: preter eum qui cunctis preſidet rebus: pro deo nihil unq̃ ſit habitum: nec quiſq̃ ſiue imaginum fictor: ſiue ſtatuarum fabricator in eorum republica fuerit: ut quos procul lex ip̃a abigeret: ut nequa his eſſet fabricandorum ſimulachroꝝ occaſio: q̃ ſtultos quoſdam mortalium a deo reuelleret: & ad contemplanda terrena animi oculos retorqueret. Erat igitur apud iudeos lex iſtiuſmodi: Nolite impie agere nec facietis uobis ſculptile in ſimilitudinem aut imaginem maſculi uel feminæ: ſimilitudine omnium iumentorum que ſunt ſuper terram uel auium ſub cœlo uolãtium: uel reptilium que mouẽtur in terra: uel piſcium: uel omnium que fuerint in aquis ſub terra: & erat quidem legis mens ea: ut ſingulis in rebus: ut ueritas exigebat: hi uerſarentur: nec preter uerum effingerent aliqua: que præ ſe maris uel feminæ ſpeciem ferrent: uel iumentoꝝ naturam uel uolatilium uꝉ reptãtium ſiue piſcium imaginem mentirentur. Egregium uero apud hos illud & operepreci um fuit: quod hũc in modum & ſubſequenter lege ſancitˀ. ne forte

oculis eleuatis ad cœlũ: uideas ſolem & lunã & omnia aſtra cœli: & errore deceptus adores ea & colas: que creauit dominus deus tu us in miniſterium cunctis gentibus: que ſub cœlo ſunt. at qualis erat uniuerſe huius iudaicæ gẽtis reſpublica? apđ quã nec cõparer̃ effeminatus quiſpiam poterat: uel eunuchus? Quin & illud mirã dum ob iuuenum innatam luxuriam: & libidinum incentiua: ſub lata fuiſſe apud iſtos & ſcorta. Erant preterea uel æquiſſimorum iudicum: iudiciaria loca: qui uitæ integerrimæ diu ſpecimen dede rant: cum eſſet his decernendi creditum munus. Hi ſiquidem mo rum ob puritatem: & quia humanam excedebant naturam: dii: pa tria quadam iudeoꝝ conſuetudine dicebantur. Et profecto gen tẽ hanc omnem ut philoſophãtem ſpectares: quin & ut ocium eſſet ſacras leges his audire: & que ſabbata nuncupant̃: & feſti cæteri di es apud hos ſunt inſtituti. Verum quid erit de ſacerdotum ordi ne & ſacrificioꝝ dicendum? hec quidem præ ſe q̃multa tulerint ar gumenta: ut his innoteſcant qui ea diſcendi ſtudio tenerent̃. Sed quoniam in humana natura nihil eſt ſtabile: erat neceſſe tam pre clare inſtitutam rempublicam pedetentim corruptam: iam perdi tum iri: dei autem prouidentia iudaici ritus ac diſciplinæ dignita tem & gloriam: ut his congruebat: qui ubiq; terrarum eſſent: & ut erat queq; res immutanda: deniq; tranſferẽdo: iudeis poſthabitis: fidelibus per orbem uniuerſum diffuſis: preclarum illum iuxta Ie ſum & diuinum tradidit cultum. Qui utiq; Ieſus non ſolum ſapi entia: ueꝝ & portõne diuina ornatus: dephenſa in terris demonũ diſciplina: quos thura & ſanguis & ex adipe nidores oblectant. ſi quidem hi titanum & gigantium inſtar: ut fabule ferunt: a dei me ditatione mortales auellunt: iudeorum inſidias nil magnifaciens: quas hi potioribus maxime molirentur: leges impoſuit: pro qui bus qui ducerent uitam: beatitudinem conſequerent̃: non qui de mones ſacrificiis demulcerent: ſed qui hos prorſus per dei doctri nam contemnerẽt: que utiq; cum ſuperiora illa & cœleſtia: tum & deum ipſum ſpectantibus: preſidio eſſet. Et quoniam deo placitũ eſt ut Ieſu doctria apud homines pmaneret: haudq̃naq̃ demones

potuere uel omnia concitantes:ex aduerſo aliquid commoliri: ne decætero chriſtiani nominis exiſterent profeſſores. ſiquidem reges:ſenatumq; & qui ubiq; tunc principes eſſent: & ipſos inſuper populos: ut qui minus perciperent male nauatam: ut aduerſus Ieſum per demones operam:ita & qui in hũc credidiſſent.accerrime in nos irritarunt: cum alioquin dei doctrina:&ſi frequenter interpellata:haud ſecuſac cibum:ſui ad incrementum: interpiellantum demonum excipiebat inſultus:prouectiorq; in dies:& magno ſucceſſu q̃multas animas depaſcebatᷣ. id enim ut fieret deo collibuit. Hec autem ipſi &ſi in digreſſu iam diximus:dicenda tamen exiſtimauimus. Inerat enim animo his occurſare: que de iudeis memi nerat Celſus:q̄ ex ægypto ſcilicet profugiſſent: nec unq̃ dignum aliqđ facinus uiri illi deo tũc coniunctiſſimi peregiſſent: nec fama & nomine claruiſſent. Nos uero genus illud electum: & regale ſacerdotiũ dicimus: ſeceſſiſſe ſemp̄ & declinaſſe: ne multis immiſceretur: ne mores quibus erat imbutum corrumperet: ita ut diuina uirtute ſit conſeruatum:ſiquidem nec regna ſibi pararet:ut cæteri homines:nec propagandi imperii duceretur cupiditate:nec ea eſſe uellet paucitate:ut oportunum ad inſidias fieret: & penitus interiret.cum iudeis quidem ſic agebatur: q̃diu uiſi ſũt diuino preſidio digni:ubi uero uniuerſi deliquerant:eſſetq; ut ſe ad deum conuerterent laboribus diuexati:omnino futurum:nunc ad breue:nunc ad longius tempus deſerebantur:quouſq; tãdem Romanis regnãtibus:ingens illud flagitium commiſiſſent: ut Ieſum occiderent: ſic demum ſunt penitus deſtituti. Deinde Celſus tãq̃ primũ Moyſi librum qui inſctibitur Geneſis iam percurriſſet: temptaſſe inqt olim iudeos:a primo ſemine ſe affirmare:duxiſſe originem:ueneficorum quorundam & fallacium hominum uoces teſtificãdo: ſub oſcuras quidem & ancipites:& in tenebris latitantes: quas & rudibus quibuſdam & inſenſatis ediſſerunt:preſertim cum alias nunq̃ uel in diſceptationem id uenerit: aut queſitum ſit. Mihi uero obſcure admodum Celſus uidetur iam explicaſſe: que dicere libuit: ſed par eſt eũ: ut & locus exegerat: uel deinduſtria nihil apertius

edidiſſe:uidebat nanq̧ ualidiora eſſe que iudeos aſtruerēt e proge nitoribus talibus prodiiſſe:quales priſci illi fuere:uoluit item eius rei uideri ut nil contempnende non neſcius:que de iudeis utiq̧ tra ditur:.Liquet ſane id perhiberi:cepiſſe olim iudeos e tribus paren tibus ortum:quoꝝ nomina cum dei eppellatione coniuncta adeo ualent: ut non modo iudei illis utantur deo dum ſupplicant: uel demones ipſos adiurant: Habraā deum:deum Iſaac: & Iacob deū pronuntiātes:Sed uel in magicis quibuſdam codicibus & multis in locis diuini nominis uſurpatio iſta reperiatur: ita ut uel hoc ip ſum ueluti familiare ac precipuum habeāt magici homines: dum carminibus demones urgent.que igitur per iudeos: proferuntur & chriſtianos in argumentum:ſacroſanctos quoſdam: Habraam Iſaac & Iacob homines extitiſſe:& parentes fuiſſe Iudaicæ natiōis: nil prorſus fugere Celſum exiſtimo:minus fuiſſe non apertius ex plicata:ſed nihil potuit his dictis obſiſtere:nos uero uniuerſos ro gabimus qui huiuſmodi dei inuocationes uſurpant:dicite o uos: quis enim Habraam:quis Iſaac fuit: quid Iacob deniq̧ ualuit:ut diuini nominis appellatio:iſtoꝝ nominibus applicata:tantas exe queretur uirtutes: uel a quibus nam didiciſtis: uel ediſcere licuit: iſtorum uiroꝝ res geſtas:quiſue id curæ ſuſcepit de his ut hiſtori am ſcriberet:que tales uiros:ſiue ut preclaros collaudet: ſiue ex cō iectura: ut iſtorum magna quedam & admiranda facinora his pa tefaciat qui poſſunt illa animo contemplari. ꝙ ſi rogantibus no bis prodeat nemo: qui e quauis hiſtoria uel græca uel barbara: ſi ue non hiſtoria:ſed e myſtica quauis de his uiris ſcriptura:affirma re id queat: Geneſim ipſam prolaturi mox ſumus: que hoꝝ uiro rum & facta complectitur:& habita ad eos oracula patefacit.Non ne & tantorum uirorū diuinitatem aſſerturum id eſſe fatebimur: ꝙ uel per nos trium horum iudaicæ gentis parentum nomina ad mittuntur: qui aperte intelligamus his inuocatis peragi demum nil aſpernanda: quos tamen non aliunde: niſi ex ſacris iudeorum libris accipimus.Quin & Iſrael deus: & hebreorum deus: & deus inſuper qui rubro in mari: ægyptioꝝ regem & ægyptios ſimul

coeũtibus aquis immerſit:nõne appellatus aduerſus demones uel prauas aliquas poteſtates ſuſcipitur? didicimus autem & inuocationis huiuſce hiſtoriam: & diuinorum nominum interpretationem ab ipſis hebreis:qui & patriis litteris & lingua uernacula:hec ipſa & laudibus ferant:& narrent. Quo igitur pacto iudei qui auſi ſint:a primo iſtorum ſemine:quemadmodum originem ducant: aſtruere:quos & ueneficos eſſe: & fallaces exiſtimat Celſus: impudenter adeo connituntur oſtendere: & ſe ex his prodiiſſe: & principium originis ducere? quorum nomina cum hebraica ſint: Hebreis teſtificantur qui ſacros libros Hebraica lingua: & litteris habeant exaratos: eorum gentem hos uiros propinquitate cõtingere: ſiquidem uel ad id temporis iudaica nomina que ex Hebreorum lingua penderent:eorum ex litteris aut deſumpta ſunt: aut ex Hebraicæ linguæ ſignificantia ducta. Aduerte autem qui Celſi ſcripta perlegeris: uti hoc ipſum pretendat cum inquit. Temptarunt quidem eorum originem:a primo ſemine ducere:ueneficorum & fallacium hominum:ſubobſcuras quaſdam & ambiguas uoces:in tenebris aliquo latitantes:& nos quidem archana hec eſſe & occulta teſtificamur: quippe que ad multorum cognitionem nequaquam expoſita ſint: cũ minus ſint apud nos dubia:uel ſi per alienos quoſdam a noſtro cultu:ſuſcipiantur:pro Celſi uero ſententia:qui nullis certioribus argumentis: hanc uocum cõfirmet:quam dicit ambiguitatem: uelut nullius momenti hec reſpuuntur: cum alioquin ſi refellere eam rectius uoluiſſet: quam impudentiſſime dixerat per iudeos generationem deſumptam:qui Habraam ipſum & huius poſteros iactitaret: neceſſe fuiſſet ut ſuo loco & oportune cuncta exponeret:& primum ſuaſionibus confirmaret: quod ipſe opinaretur:moxque & ſtrenue uerioribus argumentis: eadẽ illa & dictis que pro ſe facerent:ut uiſum iam eſſet: dilueret. Sed nec Celſus ipſe nec alius quiſpiam:ea complexus animo: que de nominum extãt natura:& de ſe uirtutis aliquid edant:dum ab aliis ſuſcipiuntur & nuncupantur: de his certiorem aliquam poterit rationem afferre: uel hoies illos nullius momenti fuiſſe arguere:quam appellati dũtaxat

& inuocati:non apud domeſticos ſolū:ſed apud alienigenas quoſ dam:uim de ſe ſummam pretulerint. Fuerat preterea & illud ut ad deret Celſus:neceſſe. uti apnd imperitos nonnullos & inſenſatos: de hiſce nominibus:que placita eſſent: nos explicādo: auditores: ut ipſe putat: fallamus. at ipſe qui nec rudem ſe eſſe nec ſtolidum gloriatur: ueram de his nimirū interpretationem expreſſerit. Ad hec autem nomina a quibus ducunt iudei originem: & illud adie cit. de hiſce nominibus nihil unq̄: uel multis ante temporibus fu iſſe quæſitum: ſed iudeos dumtaxat hoc tempore aduerſus alios quoſdam:quos tamen ſubticuit:imprudenter ambigere. Sed oſtē dat qui uelit:qui nam ſint aduerſarii iſti:qui uel ueri ſaltem ſimili tudine aliqua:aduerſus iudeos utant̃. quemadmodum nihil ſince re:cum iudei: tum chriſtiani: ſua hec nomina in eos depromant: in quos nuncupanda deſumpſerint: alii uero & ſapiētius quidem & uerius explicent:que de iſtis comprehenderint: Nos uero pla ne cōfidimus neminem fore cui id exequi liceat:preſertim cum ad modum liqueat:iſtorum nomina ex Hebreorum fuiſſe lingua de ſumpta:& apud hos ſolum inuenta. Poſt hec Celſus:ex hiſtoria a diuina doctrina penitus aliena:hominum altercationem de antiq tate inter ſe diſceptantium explicat:Athenienſium dico:ægyptio rum:Archadum:Phrigiorumq;:& quorundam apud ſe aliquos e terra genitos aſſerentium:& de his ſingulis proferentium argumē ta. ſubditq; & iudeos in angulo quodam paleſtinæ cubando: ru des omnino:& qui nil antea auditiōe acceperint:que & Heſiodus & uiri quidem innumeri alii & diuini cecinerint. & commentos eſſe nonnulla que nihil habeant credulitatis:& a muſis longe plu rimum abſint:hominem ſcilicet fuiſſe plaſmatum: & huius e late re: feminam deinde deductam: & deum nonnulla his iniunxiſſe: & ſerpentem hos ipſos circumueniſſe:& ita ut dei mandata exceſſe rint:fabuloſa profecto quedam: & ueluti ab ocioſis aniculis enar rata:cum deū principio ſtatim imbecilliorem efficiūt adeo & im potentem:ut nulli quos creauerit hominum queat perſuadere que uelit. Ex his itaq; ſcientiſſimus & eximia peritia Celſus: iudeos

ſimul & chriſtianos inſcitiæ & ruditatis inſimulans: apte oſtēdit: quemadmodū teneat cuiuſq; hiſtorici tempora: uel greci quidem uel barbari: qui Heſiodum illum & infinitos alios quorum prete rit nomina: uetuſtiores & Moyſe putat: & huius conſcriptis operi bus: qui res troianas multis ſeculis anteceſſit. Non ergo iudei gra uiſſimi uiri de Terrigena homine aliquid conſcripſerunt: quod utiq; nec fidem ſortitur: nec prorſus oblectat: ſed iuxta Celſum ui ri quidam diuini ne uanos dixerim & mēdaces: Heſiodis ſcilicet & alii quos ipſe dicit innumeros: qui antiquiora illa & priſca in paleſtina & elegantiſſima dicta: cum nec didiciſſent nec audiſſent: de ueteribus illis tales hiſtorias conſcripſerunt: q̄les & de deorum generatione ediderant: ita ut quātum in ſe eſſet deos genitos dice rent: & ſobolem iſtis imponunt: & alia iſtiuſmodi pleraq;. Et iure optimo Plato: e ſua republica Homerum explodit: ut q̄adoleſcen tes depderet: & cæteros eiicit qui huiuſmodi ſcriptitāt fictiones. Et plato quidem: ut liquet: haudq̄ pro diuis hos duxerit: qui poe mata reliquiſſent: at Epicureus Celſus cui rectius longe q̄ Plato ni ī integro iudiciū eſt: ſi forte is idē ē ille q aduerſus chriſtianos li bros alios duos compoſuit: nos forte contendendo obiurgans: quos &ſi diuos nihil exiſtimet: diuos dixerit tamen. illud crimini dat: q̄ hominem ipſum inducimus manibus dei effigiatum. Cum Geneſis liber in hominis hac fictione: nec dei manus commemo ret. Et Iob ipſe & Dauid ita loquantur: Manus tue fecerunt me: & plaſmauerunt me. de quibus eſſent permulta nimirum dicenda: ut quid ſenſerint hi pateſieret: qui iſta protulerint. Nec ſolum q̄d inter ſe factura & plaſmatio differant: Sed quid dei manus deſi gnent: deniq; innoteſcat. quas qui ignorant: & huiuſmodi ſacrarū litterarum neſciūt uoces: exiſtimabunt nos talem effigiem deo re rum omnium preſidi impoſuiſſe: qualem eſſe humanam ſpecta mus: quin & alas conſequenter diuino corpori eſſe aſtruxernit: quando de deo noſtro ſacre littere id fateantur. Sed de his quicq̄ diſſerere nihil exigit q̄ de agit̄ ī p̄nti materia. Siq̄dē de his cū Ge neſim interp̄taremur: ſatis iā diximus. Exinde in ſubſequentibus

Celſi malignitatem aduerte: quum enim noſtra ſcriptura in hoīs plaſmatione ſic inquiat. Et inſufflauit in faciem eius ſpiritum uitæ & factus eſt homo in animam uiuentem: & uelit ipſe id dictum qđ minime nouit: malignius carpere: & illud adſcripſit: hominē compoſuerunt manibus dei plaſmatum: ut qui huic inſufflatum haud ſecus fuiſſe exiſtimet: ac ſolent utres inflari: ut illud irrideat: Et inſufflauit in faciem eius ſpiritum uitæ. quod utiq; eſt tropice dictum: & expoſitione indiget ſignificante tradidiſſe homini deum incorruptibilem ſpiritum: ut alibi dicitur: Incorruptibilis autem ſpiritus tuuſ in oībus. Et quoniam carpere diuina ſcripta erat illi propoſitum & noſtra libentius & iudaica criminari: & illud irridet: Immiſit deus ſoporem in Adam: & obdormiuit: & accepit unam de coſtis eius: & impleuit carnē pro ea: & ædificauit coſtā: quam tulerat de Adam in mulierem: cum alioquin dictōnem nil explicarrit: que confirmare queat auditorem: qui hanc norit ſub figura prolatam: nec uoluit quidem uel diſſimulāter permittere: fuiſſe illa allegorice dicta: tam&ſi deinceps ſit ipſe affirmaturus: ex iudeis uel chriſtianis qui æquiores fuerint: ubi dictorum hos pudui: ad allegoriam eniti illa traducere. Ad hec uero ſic reſpōdebimus: nun ea que diuinus ille tuus Heſiodus &ſi uanus: ut dixi: & omnium mendaciſſimus: de muliere in fabulæ modum eloquit͛: ueri in ſe aliquid habent & allegoriam admiſerint͛ ut in ignis uicem a Ioue ſit tradita illa mortalibus͛ noſtra uero que & dormientis & ſoporati ex latere deſumpta eſt: & a deo ſit condita: nec ratione ulla: nec recondito aliquo ſenſu uiſa tibi eſt dici͛ Sed par minime fuerit: illa quidem nil irridere: ut commentitia quedam & fabuloſa: ſed potius demirari: ut que ſub fabule cuiuſdam pretextu: philoſophice diſſerantur: hec uero & noſtra quaſi ſola dictione ſententiam terminent: ſubſannare: & uti nullius momēti ſint: ducere͛ Si enim ſimplicioris uocabuli gratia ſunt criminād a: que ſub latenti fuerint & altiore ſenſu prolata: caue ne Heſiodi ſcripta riſum potius ſint prebitura: uiri ſane: ut ipſe affirmas: diuini: qui talia ſcripſerit: hunc & iratus ſic affatus eſt Iupiter: qui nebulas

cogit: Iapitionide: alieni conſilii ſpectator acerrime: gaudes: quia ignem ſubtraxeris: & meam fefelleris mentem: futurum id tibi in genti damno & mortalibus poſteris. His ipſe pro igne: malum da turus ſum: cuius gratia omnes ſecundum animum oblectabunť: malum proprium peramantes. Sic dixit: & riſit pater hominumq; deorumq;: uulganumq; iuſſit clariſſimum ocius: terram aqua inter miſcere: hoiſq; indere uocem: uireſq;: & immortalibus facie ſimilē deabus uideri uirginibus: decoram ſpeciem amabileq;. Mineruam uero opera edocere: uariam telam ſubtexere: & gratiam capiti cir cumfundere auream uenerem: & cupidinē grauē: comendiq; mem bra & curas ingerere: imponereq; caninam mentem: & ſubdolos mores: Mercurium iuſſit perſonantem: & argi interfectorem. Sic dixit. Hi uero parebant Ioui Saturnio regi. Sed confeſtim e luto celeber claudus: finxit uirgini uenerande aſſimilem: Saturnii con ſilio. Cinxit autem & ornauit dea fulgentior oculis Minerua: huic uero gratie dee: & colenda Pytho torques aureos circum poſuerunt collo: & pulchris crinibus parce: uernis hāc coronabāt floribus. Omnem autem huius corpori ornatum coaptauit pallaſ Minerua. In pectore uero perſonans Argifontes: mēdacia & falla cia dicta: & mores uerſutos. parauit Iouis conſiliis grauitonantis: uocemq; impoſuit deorum preco: nominauitq; mulierē hanc Pan doram: quia omnes cœleſtia domata habentes: donum donarunt detrimētū uiris inuentoribus. ridiculū inde qđ de dolio dicit': ꝙ olim uiuerent in terra hominum tribus ſine malis & ſine graui la bore: & grauioribus morbis: que parce mortalibus dederant. Sed femina manibus magnum dolii operculum auferens diffudit ho minibus & partita eſt curas malas: Sola autē ibi ſpes in tutiſſimis domibus intus relicta eſt ſub dolii labris: nec extra euolauit: pri us nanq; impoſuit operculum dolio. Ad hunc igitur qui tam ele ganter iſta ſub figuris interpretatur: & pro ſuo iure quodammo do noſtra contemnit: & ſua extollit: ſiue in his ſit allegoriam ade ptus: ſiue minus: ſic reſpondebimus. Nun ſolis græcis opinando licet philoſophari: quin & ægyptiis ſeu quibuſuis barbarorum:

id ipſum licuerit: qui myſticis interpretationibus & ſecundum ſe ueris admodũ gloriant̃. Soli dumtaxat iudei tibi ſũt uiſi: & qui leges his tulerit: & cæterarum nationum ſcriptores: ingenti ueſania laborare: ſolamq́ hanc iudicas gentem diuinæ uirtutis nihil unq̃ participaſſe: que tam egregie ſit: quemadmodum ad ingenitã dei naturam aſcendat̃: inſtructa: utq́ & illi ſit ſoli uacandũ: & ab eodem omnia ſint & unice expectanda. ubi uero que de ſerpente litteris commendant̃: & predicat Celſus & plane irridet: q̄ diuinis ille ad hominem mandatis obſtiterit: perinde id fabulam ducens: & qualem ſolent anicule recitare: & nihil inuitus dei paradiſũ non nomine exprimit: neq́ ut illũ e regione orientis in edem plantaſſe dicitur deus: utq́ & omne lignum e terra produxerit: & uiſu pulchrum: & ad ueſcendum ſuaue: ut uitæ lignum in medio paradiſi ſit conſtitutum: ut recti prauiq́ ſcientiæ lignum id fuerit: & cætera que deinceps dicuntur: & Indidem queunt qui ea libens perlegerit ut credat inducere: non ſine graui & egregia quadam figuratione fuiſſe hec cuncta prolata: age & ipſi ea abiiciamus: que in Platonis ſympoſio de amore per Socratem differuntur: & que Socrati ſunt ad dicendum: ut elegantiora quedam: impoſita: q̃ cæteris eſſent: qui de amore etiam diſputarent. & ea quidem ita ſe habent. Cum eſſet ueneris natalitius dies: Epulantibus diis: & Metidis filius ſimul aderat Porus: ubi uero cenatum eſt: paupertas: ut que ad cenæ reliquias mendicaret: acceſſit: & pro foribus ipſis aſtabat. Porus uero nectare madens: nondum enim erat uini uſpiam uſus: Iouis hortum ingreſſus: grauis iam & oppletus humi conquieſcebat. Paupertas uero: pre eius inopia: inſidias Poro molita: ut ex eo pareret filium: mox illi accubuit: amoremq́ concitauit: unde & ueneris obſequentior ſeruus natus eſt amor: quia in eius natalitio & feſto die ſit ortus: ſimul etiam quia amator pulchritudiniſ eſſet: Cum & uenus ipſa decore ſit predita. Amor itaq́: ut qui ex Poro eſſet: & paupertate progenitus: hac conſtitit ſorte: & id uite genus ſuſcepit. Primum enim ſemper eſt pauper: & multis indiget rebus. tenellus item & mollis: decoruſq́: qualem pleriq́ ducunt.

durus inſuper & ſqualens: diſcalciatus: & domo carens: abiectior ſemp & ſine lecto: ꝑ foribus & in compitis: ſub diuoq; dormitãs: matris naturam ſortitus: indeſinenter paupertati cohabitat: ꝑ patris rurſum natura: uenuſtioribus parat & pulchris inſidias: cum ſtrenuus ſit incurſator & ualidus: uenator inſuper acer: machinationes ſemp intexens: ſapientiæ cupidus: & plane munificus. Quin & per omnem uitam philoſophatur: idoneus incantator: ueneficuſq; & ſophiſta: neq; immortalis natura: nec ut mortalis: Tunc enim & uno eodemq; die floreſcit & uiuit: cum multis abundat. tunc rurſum & moritur: & deintegro redit ad uitam: ubi patris ꝑ ſe tulit naturam: quod autem illi porrectum eſt: defluit ſemper. ita ut nec unq̃ egeat amor: neq; diteſcat: & ſapientiam inter & ruditatem conſiſtat. Qui ergo iſta perlegerint: ſi Celſi ſequãtur malignitatem: quod procul ſit uelim ab homide chriſtiano: & fabulam irridebunt: & Platonem illum qui tanti ſit irrſione dignum exiſtimabunt. Siqui uero ea que ſub fabule pretextu dicũtur: philoſophice penſitantes: perueſtigando poterunt quid Plato ſenſerit inuenire: ut ſcilicet ei licuerit dogmata que ſibi quidem maioris ſint uiſa: & multitudinis gratia imperitæ ſub fabule figuratiõe occulere: & ea inſuper ut oportuit his explicare: qui ſcirent ex commentitiis fabulis: uel eius ſenſum comprehendere: qui illas compoſuit. hãc autem Platonis fabulam iccirco expoſui: quia & Iouis hic ortum inducit paradiſo dei nihil abſimilem: & paupertatis de cauſa que põt cũ ſerpente conferri: qui in paradiſo fuiſſet. nec ſecus pori illius & gratia qui ſit & homini comparandus: cui fuerit ſerpens inſidiatus. neq; enim ſat liquet: utrum: ut tulerit caſus: in hec Plato inciderit: an ut putant nonnulli: ubi in ægyptum ſe cõtuliſſet: cũ illis ſit diuerſatus: qui iudaicis rebus ſtuderent: ab hiſq; ubi pleraq; didiciſſet: ea partim ſeruauerit: partim cum aliter ac ſe haberent acciperet: deniq; deprauarit: cauens ne græcos offenderet ſi omnino que ad iudeorum ſapientiam facerent: obſeruaſſet: qui a multis quidem culpantur: quia peregrinas quaſdam & externas habeant leges: & ſecũdum ſe priuatum quoddam uiueudi genus:

ſed nec que de Platonis fabula: nec que de ſerpēte & dei paradiſo: que ue in eo fuiſſent: ſcribuntur: in preſenti ſunt explicanda. Quādoquidem & in Geneſis expoſitione: ut licuit: operæ plurimum in his diſſerendis contulimus. Verum ubi & illud Celſus affirmat per Moyſi dicta: impiiſſime mox deum induci imbecillū & impotentem: nec ſuadere ex his cuiq̄ potuiſſe: quos condidiſſet: illud nos ſumus dicturi: haud ſecus ſe Celſi id dictum habere: ac ſiquis ad eius effuſiorem nequitiam confirmandam: deo id crimini daret: perinde minime quiuerit: ab homine illam arcere ut uel unus aliquis hominum inueniret̃: qui a principio nihil eſſet huius nequitiæ particeps: ut igitur hi quibus curæ eſt prouidētiam ipſam tutari: in eius defenſione non pauca nec contemnenda ediſſerunt: ſic item de Adam & eius delicto pliloſophentur neceſſe eſt: qui ſunt non ignari: ut Hebraicæ Adam homo ſignificetur: & alia pleraq; que ineſſe illi uident̃. diſſerit nāq; de hominis natura & Moyſes: in Adam ſiquidem ut ſacre littere dicunt: omnes commoriuntur. Et condemnati ſunt in ſimilitudine preuaricationis Adam: non enim æque de homine aliquo uno: ac de uniuerſo genere hominum ſacra ſcripta hec diſſerunt. Nam & in his que tanq̄ de uno ſubſequenter dicuntur: in Adam execratio facta: communis ē omnibus: & cunctis infertur. Que uero in mulierem pronuntiata eſt maledictio: haudquaq̄ in eam intenditur: in quam minus depromitur. ꝙꝙ e paradiſo cum uxore una ſit homo eiectus: pellicea obductus ueſte: quam ad hominum preuaricationem utriſq; & delinquentibus fecerat deus. reconditam habet in ſe & myſticam rationem: & Platonis dicta longe plurimum ſuperātem: quibus animam facit aligeram: & tam diu apud homines diuagantem: quo aduſq; firmius aliquid aſſequat̃. Deinde Celſus hec infert. Cathacliſmum poſtea quendam: & peregrinæ formulæ arcā producūt: uniuerſa intra ſe continentem: columbamq; neſcio quam: & coruum quempiam nuntios: adulterantes & ementientes Deucalionis res geſtas: non enim ſperabam preditura hec aliquando in lucem: ſed iſta plane infantibus & pridie natis: conficta narrabant:

uel ex his quidem aduerte: q̄ ſtulte Celſus: uetuſtiſſima iudeorum ſcripta & inſectetur & oderit. Cum enim nil prorſus haberet quo diluuii hiſtoriā carperet: neq; his demum inſiſtens que & in arcā poterat: & eius dimenſiones edicere & fateri: quemadmodum fieri non poſſet: ut qui pro multorum ſententia: arcæ trecentorum cu bitorum longitudinem: latitudinem quinquaginta: triginta de mum & altitudinem animo complecteret: ullo pacto aſſeueraret: uniuerſa terræ animantia: tantule magnitudinis arcam carpere po tuiſſe: ita ut ſi ad decem & quatuor & mundiora quidem hec ad miſiſſet: immunda uero ad quatuor: cum intus habere hāc uniuer ſa dixiſſet: abſurdius forſitan aliquid protuliſſet. Verum quid de bet in ea abſurdum arca uideri: que per annos centum traditur fu iſſe conſtructa: ex trecentiſq; in longitudinem cubitis: & in latitu dinem quinquaginta: in altitudinemq; ad triginta deſineret: coiſ ſe in cubitum unum: conſumata deniq; colligatur: Cur inquam non magis miranda fuerit: tantæ molis ſtructura: & ampliſſi me ciuitati ſimillima: quando ui ſua quadam & magnitudine dici non iniuria poſſit: uel ad milia nouem cubitorum accedere: ſi longi tudinem circa baſem dimetiaris: & ad duum milium: ſi latitudi nem: Cur non erat preterea & ingenium demirandum quo tanta moles effectum eſt: ut compagibus teneret. Ita uti himbrem: poſ ſet diluuii cauſam ſuſtinere: non enim uel picæ: ul' alia materia iſti uſmodi: ſed luto erat tenaciori: arca hec oblita: Cur non dignum admiratione id fuerit: cum uiua cuiuſuis generis animantia in ar cam diuina ſint prouidentia introducta: ut iterato ſemen habitu ra eſſet uniuerſorum animantium terra: cum deus ad eam rem ui ro iuſtiſſimo uteretur: futuro eorum deniq; genitore: que poſt di luuium reliqua fierent: obiicit preterea Celſus: que de columba ſcribuntur: ita ut uideatur & Geneſis librum legiſſe: cum nihil ha beret quo poſſet arguere commentitium eſſe quod de columba aſ ſeritur. Deinde: ut aſſolet: ad ludibrium ſacra ſcripta traducere: coruum mutauit in cornicem: & putat hec Moyſem ſcriptitaſſe: ementiendo que per græcos de Deucalione & fabuloſe: ut ſolent:

tradunt: ſi modo Moyſem dumtaxat is crederet:& non alios ple
roſq; hec conſcripſiſſe:nam id quidem pretendit: cum adulterare
hunc dicit: & ementiri Deucalionis res geſtas: & item cum illud
ſubiecit:non enim ſperabam in lucem hec proditura. Verum quo
pacto qui uniuerſe genti litteras tradidiſſent:non expectaſſent in
lucem que ſcripſerant exitura? preſertim cum omnibus gentibus
predixiſſent futurum:ut diuinus hic cultus paſſim diuulgaretur.
At Ieſus: cum iudeos hunc in modum alloqueretur. Auferetur au
autem a uobis regnum dei: & dabitur genti facienti fructus ſuos:
quid aliud diſpenſabat: niſi ut in lucem ipſe diuina uirtute iudai
cam omnem ſcripturam produceret:cœleſtis regni myſteria conti
nentem? Atqui ſi græcorum iſte generatiões:& de duodecim diis
perlegat hiſtoriam allegoriis & interpretationibus clariora mox
iſta effecerit:noſtra uero ubi calumniari peruelit:infantibus dictu
rus eſt & pueris fuiſſe & in fabule modum ꝑplata. Abſurdiſſimam
uero & intempeſtiuam admodum liberoꝝ ſuſceptionem: &ſi mi
nus expreſſit: id tamen ſat liquet de Habraam & Sarra dixiſſe: ut
qui ad multum iam eſſent ætatis prouecti. Cum uero fratrū inſi
dias obiicit.uel Caim ipſum:Abel fratri inſidiatum pretendit:uel
Eſau qui Iacob ſit molitus inſidias.patris uero triſtitiam Iſaac for
te dicit merorem:quo Iacob filii ſui diſceſſu affectus eſt:uel Iacob
ipſius:ob Ioſeph filium in ægypto diuenditum. matrum inſuper
& inſidias eo dixiſſe hunc reor: ut oſtendat Rebeccam Iſaac uiri
benedictionem ſic diſpenſaſſe: ut non Eſau: ſed Iacob ipſum ptin
geret. Proxime uero ſi cum his omnibus deum uerſatum dixeri
mus:quid nam quod abſurdum ſit agimus? qui perſuaſum habe
mus:eius diuinitatem ab his nunq̄ hunc ſubtracturum:quibus ꝓ
poſitum eſt uitam & rectius & ſincere impoſterum ducere. Irriſit
preterea que apud Laban ſibi quæſierat Iacob: cum minus intelli
gat quo dictum id referatur: Et erant quidem alba & nigra Labā:
cætera uero Iacob: & hunc ait uel deum aſellis & ouibus & came
lis donaſſe: nec prorſus hic uidit figuraliter his hec contigiſſe:
qppe cū ſcripta ꝓpter nos ſint in quos fines ſeculoꝝ deuenerint:

& uarii mores dei doctrina exculti exerceantur: & Iacob tropice nuncupato in poſſeſſionem iam traditi: qui enim in deum ex gentibus crediderunt: ex his plane deſignabant᷑: que de Laban illo & Iacob ſunt litteris prodita. Celſus uero qui a ſcriptorum huiuſmodi ſenſu longius abeſt: deum inquit & puteos iuſtis dediſſe. Non enim hic obſeruauit quemadmodum iuſti foueas quidem nil preparēt: cum puteos alioquin ſint ſuffoſſuri: dum terram permanentem & principium potabilium bonorum inuenire conquirunt: & figuralem perinde iuſſionem iam captant huiuſmodi ebibit aquā e tuis uaſis: & e tuorum puteoꝝ fonte: ſupereffundantur aquæ extra tuum fontem. In tuas autem plateas pertranſeant aque: ſint tibi ſoli bona: & nemo alienigena tibi ſit particeps: & pleriſq; in locis diuina ſcripta cum huiuſmodi narrant: maiora quedam pretendunt: que ſub latenti aliquo & recondito ſenſu ſignificentur: cuiuſmodi ſunt que de puteis conſcribunt᷑ & nuptiis: & de uariis iuſtorum conuentibus: que alio loco & oportunius temptauerit exponendo quis aperire. ꝙ autem putei ſint in Philiſteorum terra conſtructi: ex puteis liquet qui in regione Aſcalon mirabiles oſtēduntur: & memoratu digni: ob miram & longe diuerſam: ac ceteri putei fabricentur: ſtructuram. Quinetiā ſponſas ancillaſq; ad tropologiam deduci non ipſi docuimus: ſed iampridem a ſapientibus id plane accepimus: quorum unus quidam auditores ad recondita ſub figurationibus ſenſa hortatus ſic inquit. Dicite mihi qui legem legitis: legem non auditis? Scriptum eſt enim ꝙ Habraam duos habuit filios: unum de ancilla: & unum de libera. Sed qui de ancilla erat: ſecundum carnem factus eſt: qui autem de libera: per repromiſſionē: que ſunt per allegoriam dicta: Hec nanq; duo ſunt teſtamenta: unum quidem a monte Syna in ſeruitutem generans: quod eſt Agar. Et paulopoſt: que autem ſuperior eſt Hieruſalem libera eſt: que eſt mater noſtra. Qui uero ad Galathas uelit epiſtolam in manus deſumere: profecto intelliget quemadmodum & ea interp̄tant᷑ que de nuptiis illis tradunt᷑: & ancillaꝝ qd præ ſe ferāt admixtiones. utq; & diuina uelit doctrina quatenus qui corporis

opera fecerint: haudquaq̃ nos imitemur: ſed ea potius que iuxta dei apoſtolos ſpiritalia nuncupant᷑. Celſus uero cum magis opor tuiſſet ut ſtudio ueritatis ſuſcepto: quo hi nitebantur qui ſacras litteras conſcripſerunt: & nihil occulerint que uiderentur ad alle goriam referri: ut mira quidem & minus conficta: longe aliter fe cit. Et que de Loth huiuſq; filiabus traduntur accuratius nil inqui rendo: neq; quo referantur: ſcribendo: Thieſtis mala hec dixit ſce lere & impietate preſtare. Que nam autem in his & figura & inter pretatio cadat nequaq̃ eſt inpreſentia explicandum: nec dicẽdum quid illa deſignent: que olim fuere Sodomis geſta: quidue ſibi an gelorum ad eum qui erat cæteris peuntibus euaſurus habitus ſer mo uoluerit iſtiuſmodi: noli poſt tergũ reſpicere. nec ſtes in om ni regione: ſed in monte ſaluum te fac: ne forte & tu ſimul diſpere as: quiſue Loth ille fuerit: que huius & uxor: in ſtatuam ſalis con uerſa: quia ſe poſt tergum uertiſſet: que preterea huius & filiæ: que patrem inebriarunt: ut fierent ipſe ex eo matres. Sed age: que pro rei geſte hiſtoria proferuntur paucis tranſigamus. Conſtat olim bonorum malorumq; & indifferentium: græcos naturam inueſti gaſſe: & ſane qui ea ſunt conſecuti: bona quidem in uoluntate dũ taxat conſtituũt: Indifferentia uero omnia ſuapte ratione dicunt conſtare: que ſine uoluntate examinantur: uoluntatem: ſi illis decẽ ter utatur: laudabilem eſſe: ſi indecenter: culpandam. dixeram equi dem cum de indifferentibus ſuo loco tractarem: indifferens eſſe: fi liabus ex ſe: quempiam admiſceri ſi modo res urgeat aliqua: tam& ſi minus id deceat in bene inſtituta republica facere. Græci uero exempli gratia ut id demonſtrarent indifferens eſſe: ſapientem quẽ piam aſſumpſerunt: hominum genere uniuerſo deperdito: cum fi lia & ſola relictum: querũtq; utrum decenter cum filia pater ea de cauſa ſit cõgreſſurus: ne ꝓrſus genus interiret humanũ᷑ hec apud græcos ſanius diſſerunt᷑: nec contẽpnẽda Stoicoꝝ his aſſẽtit᷑ opi nio: ipm id affirmãtiũ: fuiſſe olim adoleſcẽtulaſq̃ cõflagratuꝝ qñq; mundũ pdidiciſſent: cũ nihil interea abſumi incendio certiores he redderent᷑: ubi ignem paſſim cõprehẽdiſſe eaꝝ urbem ſpectaſſent:

humani generis uitam in ſe dumtaxat ac patre reliquam eſſe ſuſpi cate: ſi uoluerint ob eam ſuſpitionem mundum deintegro confir mare: inferiores erunt pro Stoicorum ſententia: ſapiente illo qui decenter uniuerſis ſublatis: rem cum filiabus habuerit. Nec clam me habet: ꝙ offenſi quidam filiaꝝ Loth pro audaci ea animi ꝓm ptitudine impium id facinus duxerint. Nec ſecus & ex impio quo dam concubitu: cum Moabitarum: tum Amanitarum gentem cõ flatam eſſe affirment: ita ut execrationi obnoxia ſit. & ſane ut in re eſt: nuſq̃ pro comperto habetur: lr̃as ſacras rem eam: ut recte fa ctam uel comprobaſſe: uel incuſaſſe: ut praue: utcunq; tamen ſe il lud habet: ad figurationem quouis modo deducitur: habet enim quod ſecundum ſe aliquatenus excuſetur. obiecturus preterea: ut arbitror Celſus: & Eſau in Iacob maliuolentiam: hominis ſane ꝑ diuinarum litterarum confeſſione: non improbi. Exponenſq; Si meonis & Leui res geſtas: ut uiolate ſororis iniuriam uindicarint: hos demum incuſat. fratres uero: fratrem qui uendidiſſent: Iacob filios dicit: & fratrẽ uenditũ Ioſeph: & quemadmodũ Iacob pater a filiis ſit circumuentus. quia nihil eſſet de eorum fallacia ſuſpica tus: qui uerſicolorem ueſtem ad ſe excuſandos noſcendam profer rent: ſed eorum dictis preſtita fide: Ioſeph filium ut mortuum de plorabat: qui in ægypto tunc ſeruitutẽ ſeruiret. Aduerte itaq; quẽ admodum liuore Celſus non ueritate ductus: ex hiſtoria hec ipſa collegerit: ita ut quodcunq; uiſum in ea eſt in crimen aliquod cede re: id ſtatim exponat: ubi uero Ioſeph illius dignum aliquid me moratu factum occurrrit: ut continentiæ & caſtitatis: quando nec precantis: nec comminantis amori aſſenſus eſt dominæ: nihil commeminit. preſertim cum Ioſeph iſtius res geſtas longe ſupe ores ſpectemus: q̃ ea fuerint: que de Bellorofonte ſunt litteris pro dita: ut qui in carcerem includi maluerit q̃ pudicitiam perdere. & cũ rñdere criminanti is poſſet: & iure ſe excuſare: aio tñ ingen ti ſua deo ꝑmittens: rem tacitã tulit. Deinde Celſus & ſi obſcurius: de pincernæ & piſtoris: & Pharaonis ſõniis: deq; ſõnioꝝ ĩterp̃tati one nõnulla cõmemorat: & quo ſit Ioſeph e carcere tãdẽ ꝓuectus:

ut in ægyptios ſibi per Pharaonẽ ſit creditũ regnum. Quid igitur hiſtoriæ narratio iſta in ſe habebat abſurdi? ut eam in partem Celſus calumniet: qui ueritatis inſcripſit ſermonem: nõ dogmata exponentem: ſed chriſtianos iudeoſq; acrius criminantem. Nam & fratribus inquit qui ſe uẽdidiſſent: famellicis: & cũ aſinis ad mercaturam dimiſſis: qui olim ueniſſet gratificandi gratia: neſcio quid effeciſſe: cum nihil interea quid illud ſit patefaciat: nec ſecus & fratrum recognitionem apponit: qua in re quid ſibi uelit haud ſatis intelligo: nec quid abſurdius ex ea pretenderit. Non enim ut ita dixerim: uel ipſa calumnia: hec poterit criminari: que uel ommiſſa tropologia: de ſe plurimum ualeant. Subdit preterea & qui ad ſeruitutem ſit uẽditus Ioſeph: fuiſſe libertate donatum: & cum pompa ad patris ſepulchꝶ rediſſe. Et putat illud crimini cedere: ꝙ ſub Ioſeph ipſo iudeorum genus preclarum illud & ſanctius: in ægypto diſſeminatum: exteriora fuerit accolere iuſſũ: & locis deſpectioribus oues depaſcere: quod utiq; ex odioſa quadam ſui animi ꝓmptitudiue Celſus ipſe ſubiecit. Ex ægypto autem: hebrei populi exitum: fuge nomine criminatur: cum eorum principium nil meminiſſet: que in Exodo ſunt litteris commendata: de hebræis e terra ægypti digrediẽtibus: uel hec quidem iccirco nos explicauimus: ut oſtendamus: & ſi ut tradita ſunt: ſint minus culpanda: alioquin & incuſaſſe ea nunc Celſum & irriſiſſe: cũ nulla ratione confirmet quod noſtris in litteris praue dictũ exiſtimat. moxq; cum ſeſe q̃ſi ei rei dumtaxat addixerit: ut chriſtianoꝶ & iudeorum dicta maliuolentia & odio inſectetur: iudeos inquit & chriſtianos modeſtiores quoſdam ad allegoriam eorum dicta traducere: & cum iſtorũ hos pudeat: ad figurationes deniq; confugiſſe. Ad hec uero dicendum. Si enim que a maioribus ſunt olim ſuſcepta: pudenda & cõmentitia eſſe quis dixerit & fabuloſa: ut que homines utcunq; opinando conſcripſerint: Quorum nam in hiſtoriis magis q̃ grecorum ineſſe has fabulas dixeris? in quibus dii cum filii ſint: parentes genitalibus priuant dũ ea precidũt. & genitores dii: filios deos deuorãt. & dea mater ꝓ filio pr̃i hominũq; deorũq;: lapidẽ tradit:

& pater filiæ admiſcet̃:& uirum uxor uinclis coercet:aſſumptis ad hũc coercendum fautoribus:eius qui uinceret̃ fratre & filia. Verũ quid mihi ſunt cætera explicanda:que de diis græci hiſtoriæ pro didere:&ſi abſurdiora & pudenda: alioquin figurationibus inter pretata. Siquidem Soleus quidam Cryſippus:qui philoſophorũ porticum & Stoicorum ſectam multis conſcriptis operibus ornaſſe exiſtimat̃.quod in Samo inſula erat inſcriptum interpretat̃.quo ſcripto Iunonem nephandis quibuſdam facinoribus affeciſſe Iouẽ adnotabat̃. Inquit enim ſuis in libris grauis ille philoſophus:quẽ admodum ſeminaria dei uerba:ubi iam ſuſcepit materia: in ſe ſu ſcepta aſſeruet in omnium rerum ornatum. Materia enim iuxta Sami inſcriptionem Iuno eſt ipſa:& Iupiter deus:& iccirco ob iſti uſmodi fabulas: & alia iſtis uel infinita ſimillima: nec nomine te nus Iouem uolumus deum qui cunctis Preſideat nuncupare: ſiue Apollinem ſiue ſolem:ſiue Dianam:ſiue lunam rerum preſides di cere:Sed conditorem ipſum & uerum dum colimus:& eius opera laudamus: & diuinitatem illam ne nominis quidem appelatione inficimus:Platonis dicta haudquaq̃ ſumus nos ſuſcepturi:qui in diis denominandis uoluptate afficit̃:dum illud ſic inquit. O pro tarche circa deorum nomina ita afficior. Nos igit̃:& in uero erga dei nomen:& eius pulcherrima opera:animi ea ſumus affectione: ut ne ſub obtentu quouis tropologice figuratõnis:fabuloſum qd piam in poſterorum iacturam ſuſcipiamus. ꝙ ſi æquius hec ipſa Celſus perlegeret:nequaq̃ dixiſſet nil poſſe noſtras allegoriam lit teras capere:Siquidem e prophetiis:in quibus res geſte ſcribunt̃: haud ſecus licebit ad altiora nos prouehi: ac ſolet hiſtoriarum ad hiſtorias prudentiſſime diſpenſatas:& figuris conſcriptas: eſſe ſuc ceſſus:ita ut multitudo ipſa credentium ſimplex: & ex aliis pauci quidam:qui ea accuratius uelint uel poſſint expendere: id aſſequã tur. ꝙ ſi hi forte qui iuxta Celſum hoc tempore :ſiue ex iudeis ſi ue ex chriſtianis modeſtiores exiſtimant̃:res ipſas eſſent interpre tati:ueri forſitan ſimile aliquid dicere hic uideretur: cum uero do gmatũ qui & auctores extiterint & ſcriptores:ad figurationes nr̃a

hec redigunt:qd aliud fuerit exiſtimandũ:niſi ita fuiſſe illa conſcri pta:ut ad principalem aliquem ſenſum:ſub figuris explicarentur. Ipſi uero e q̃multis perpauca afferemus: ut oſtendamus fruſtra ac temere Celſum noſtram hanc carpere diſciplinam:perinde hec ne queat allegoriam admittere:Inquit igit᷑ Ieſu apoſtolus Paulus:in lege ſcriptum eſt.Non ligabis bouis os triturantis.Nũ de bobus cura eſt deo?uel propter nos tantum hec dicit?Propter nos enim ſcriptum eſt inquit:debet ſub ſpe qui arat:arare:&qui triturat ſub ſpe fructus participandi.& alibi:Scriptum eſt enim. Propterea re linquet homo patrem & matrem & adherebit uxori ſue: & erunt duo in carne una:& rurſum:hoc myſterium magnum eſt. Ego au tem dico in chriſtum & in eccleſiam. & alio loco. Scimus autẽ ꝙ patres noſtri omnes ſub nube fuerunt: & omnes mare tranſierũt: & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari.Deinceps ex ponens de manna rem geſtam: & quemadmodum litteris prodi tum ſit: mirifice aquam e petra fluxiſſe ſic inquit: & omnes hunc ipſum ſpiritalem biberunt potum. Bibebant enim ex ſpiritali cõ ſequenti petra:petra autem erat chriſtus.Aſaph autem ille:Exodi hiſtoriam omnem & Numeroꝝ affirmans præ ſe problemata & parabolas ferre:ut in pſalmoꝝ libro deſcribit᷑:quos futuꝝ erat ut repeterent impoſterum homines:hunc in modum ordit᷑. Attẽdi te popule meus legem meam: inclinate aurem ueſtrã ĩ uerba oris mei:Aperiam in parabolis os meum: loquar propoſitiones ab in itio:quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres noſtri annun tiauerunt nobis. Accedit etiam ꝙ ſi Moyſi lex: quod per latẽtio rem ſenſum pateret: nil habuiſſet inſcriptum: nunq̃ propheta in ter preces & uota deo dixiſſet: Reuela oculos meos: & intelligam mirabilia tua de lege tua.Nunc uero callebat hic ſane: uelamen ali quod fuiſſe eorum cordi obtenſum:qui legendo nil mente conci perent: que de figuris iam dicerentur. quod plane tunc dei mune re demit᷑:cum eum exaudit:qui ſecundum ſe & omnia factitat: & ex habitu quodam ſenſus ipſos: ad recti prauiqꝫ diſcrimen exerce at:& orando id ſedulo repetat. Reuela oculos meos & intelligam

mirabilia tua de lege tua. Quis autem qui draconem legat in ægypti flumine uictitantem: cuius in ſquamis & piſces nidificent: & e Pharaonis ſucceſſibus oppletos eſſe ægypti montes: non inde ut querat inducitur: quis nam ſit ille qui tantorum & ſuorum plane putridorum ſucceſſuum compleat ægyptios montes. que ue ſint in ægypto hec flumina: de quibus & Pharao iactabundus ſic inquat: Et mihi ſunt flumina & ego feci illa. quis preterea fuerit ad fluminis proportionem & draco: qui ue in eius ſquamis nidiculãtes & piſces: Verum quid erit neceſſe: ut ea tam enixe cõfirmem: que confirmatione nil egeant: quando ad hec & illud dicat: quis ſapiens & intelliget hec: Sed longior equidem in dicendo iam fui: cum uellem illud oſtendere non recte Celſum dixiſſe e chriſtianis & iudeis nonnullos modeſtiores temptaſſe: ad allegorias ſua traducere: ſunt enim eiuſmodi ut allegoriam nil prorſus admittant. Sed aperte quidem & uerius hec ipſa commentus eſt Celſus: ſiquidem longe magis græcorum dicta non modo inſipienter prolata: ſed impie admodum: conficta ſunt: non noſtra que uel ſimpliciores habent multitudinis rationem: quod utique hadquaquam qui græca iſta & fabuloſa cõfinxerint: ſeruant. iccirco non ingrate e ſua republica abigit Plato iſtiuſmodi commenta & fabulas. Videtur autẽ hauddubie Celſus audiſſe nonnulla litteris tradita que legis figurationes contineant. que utique ſi legiſſet: nunquam que ſubſequuntur tam temere protuliſſet. Quecunque itaque de his uidentur iuxta græcos ad allegorias cõſcripta: & turpiora ſunt fabulis: & plane abſurdiora: cum ea que coire prorſus nil queunt mira quadam & penitus inſenſata ſtulticia iungant. Apparet autem de Philonis libris uel hoc longe uetuſtiorum & ſcriptis hec dicere: qualia Ariſtobo li ſunt. Videre autem uideor: aliorum libros nil Celſum legiſſe: ſi quidem & multis in locis ſic aſſecutus illorum eſſe dicta appareat: ut ab his detorquere grecorum philoſophos uideatur: quibus in dictis non ſolum elocutio inſit: & ſenſa quedam profũdiora & dogmata: ſed uſus etiã: ut putat Celſus: ſacris ex litteris fabulãdi. Ipſe uero cõptũ habeo Numidiũ Pythagoreũ illũ: pleriſque de rebus quam

Plato longe melius differentē:& pythagoricæ ſectæ tūc ꝑncipem: ſuis in libris & ſepe Moyſi geſta narraſſe:& ꝓphetarum dicta non ſine ueri ſimilitudine:interpretatum:quemadmodū in Epopi ope re:& libris aliis quos de Numeris & loco cōpoſuit: liquet. De bo no autem:libro tertio: & que geſſerit Ieſus in partem expoſuiſſe: &ſi Ieſu nomem nil exprimat:& ſub figuris que fecerit explanaſſe. Vtrum igitur ſciens an imprudens id egerit:haud magni fecerim nunc explicare. Quin & Moyſi & Ianes ſubſequēter & Iambri ex ponit idem ille hiſtoriam:nec tamen id ipſi glorie ducimus: cum alioquin hunc longe magis q̄ Celſū ſiue alioſ græcos ſuſcipimus: qui diſcendi ſtudio & noſtra uoluerit ¡ccirco inueſtigare: quia & tropologiam admitterēt: & nō inſulſa ei ſint uiſa que a noſtris de ſcriberent̃.Poſt hec Celſus alioꝝ ex ſcriptis allegorias:& aliarum rerum narrationes non infacunde continentibus; uiliora pleraq; colligens: que utiq; ob fidei gratiam ſimplicioribus queāt & mul titudini ſatis conducere: non tamen ſapientiores mouere: ſic ſub dit.Papiſci equidem neſcio cuius & Iaſonis altercationem nō mo do irriſione dignam:ſed odio & commiſeratione exiſtimauerim. Sed haudquaq̄ propoſitum eſt hec coarguere:ſūt enim cuiuis no tiora:& ei preſertim qui patientem ſe prebeat: & ferre æquo aīmo poſſit:que iſti conſcripſerint: peruelim autem homines edocere: nil quippiam deum creaſſe mortale: ſed dei opera eſſe quecūq; ſūt immortalia:que uero mortalium fuerint aliorum eſſe. & ſane ani ma dei opificium eſt.corpis uero quedam eſt aliena natura:& hac ratione nullum erit inter hominis corpus: & ueſpertilionis & uer mis:ranæq; diſcrimen.Eſt nāq; una eademq; iſtoꝝ materia: & cor ruptio ſimilis.Ipſe uero & illud optauerim: quicūq; Celſum audi at tam acriter differentem: & affirmantem ſcriptum Papiſci & Ia ſonis libꝝ de Ieſu diuerſa ſentire: eoq; illos eſſe: & irriſiōe dignos & odio:ut libris hiſce in manus deſumptis patientius que in his continent̃ aduertat. & illorum ex ſcriptis Celſum cōdemnet: ubi in his nec irriſione nec odio aliquid dignum inuenerit.ꝙ ſi æqui ore quis animo Papiſci & Iaſonis ſcripta perlegerit:profecto com

periet: nec riſum mouere hunc librũ: in quo xp̄ianus ex iudaicis
ſcriptionibus: cũ iudeo deſcribit̃ diſputãs & plane demonnſtrans
que de xp̄o extãt & uaticinia: Ieſu ipſi congruere: cũ alioq̄n p̄ter
iudaicæ pſonæ decus & dignitatẽ: alter & xp̄ianus dicẽdo nihil in
ſiſtat. Neſcio autem quo pacto que nec admiſceri inter ſe poſſunt
nec in unum coire: in humana natura colligens Celſus: librũ illũ:
& miſericordia dixerit & odio dignũ: ſiquidem quiuis eũ fatebit̃
cuius miſertum ſit: odio haberi non poſſe: cum interea ſit miſerati
one dignatus. nec contra qui odio habeat̃ miſericordia condona
ri: q̄diu hunc cæteri oderint. Enimuero iccirco Celſus ſibi propo
ſitum eſſe affirmat minus hec coarguer̃: ut praua ſint: & miſericor
dia ſimul & odio digna: quia putet hec eadem cunctis uel prius in
notuiſſe q̃ illata ſit iure reprehenſio. Qui uero defenſionem hanc
noſtram aduerſus Celſi ad nos criminandũ obiectiones conſcrip
tam: plegerit: oro patientes uelit noſtris his ſcriptis aures adhibe
re. Et quoad ei licuerit ex his que ſcribunt̃: & ſcribentium uolũta
tem & conſcientiam contemplari: & animi diſpenſationem & ha
bitum. Comperiet enim nimirum his homines ardenter intẽtos:
que ſemel ſuſceperint: quoſdam uero præ ſe ferentes: quemadmo
dum rerum geſtarum: que & uiſe ſint & animo ipſo concepte: hi
ſtoria ſit deſcribenda: tanq̃ que geſſerint multi admiratione ſint
digna: & litteris iccirco tradenda: ut audituris ſint & poſteris pro
futura: an forte audeat quiſpiam dicere: non omnium commodo
rum & ſapientiæ fontẽ & principium eſſe: deo omniũ conditori fi
dem preſtare: & ea mente cuncta p̄agere: ut mos illi & oı̄bus in re
bus gerat̃: nec quippiam animo agitare: quod ei minus ſit placi
tum: perinde non ſolum pro dictis: factiſue: ſed pro cogitatibus
ſit iudicium cuiq; ſubeundum. Verum qui nam alius dicendi mo
dus ad recte uiuendum humanã naturã concitatius duxerit ac fi
des ipſa: uel illum mente & cogitatione ſepe uerſare: qui uniuerſis
preſidet rebus deum: & accuratius omnia cõtueri: que per nos uel
dicunt̃ uel fiunt: uel cogitando inſuper admittunt̃: Sed proferat
uelim græcoꝝ q̄ſpiã iter aliud q̄d & ſimul ad rectiora cõuertat: &

meliorem efficiat:non modo aliquem unū uel alterū: ſed abunde q̃multos:ut duabus his uiis ſimul collatiſ:optime aliquis interno ſcat·quod nam ſit illud dicendi genus quod ad bonum inſtituat. Sed cum Celſi dicta quedam protulerim:que e Timeo ille deſum pſerat & Plato ſic ſcripſit & nos explicemus. Nū deus mortale ali quid fecit:niſi ea dumtaxat que immortalia ſunt? extant quidem & alioꝝ opera:anima uero dei eſt opificiū:corporis autem eſt alia quedam natura: nec ullum erit inter hominis ueſpertilionis & ra næ & uermiculi corpus diſcrimen.Quippe quoꝝ ſit & materia ea dem & corruptio ſimilis. Sed de his age & paucis aliqua comple ctamur: Celſum coarguentes: uel Epicuream eius ſententiā nihil diſſimulaſſe:uelut dixerit quiſpiā aliquando tandem ad ea que po tiora ſunt hanc tranſtuliſſe:uel Epicureum depoſuiſſe & cognomē tum.Oportuit enim ut qui de rebus tātis decerneret: & nobis nō ſolum contradicendo aduerſari iam deſtinaſſet:& non ignobilem etiam philoſophoꝝ ſectam a Citieo Zenone prodeuntem: oppu gnandam deſumpſerit: prius illud cōfirmando aſſereret: quemad modum deus nec animantium corpora condidiſſet:utq; tanta hec circa ea ſolertia:a prima mente minime ꝓdiiſſet. Erat preterea ne ceſſarium:ut de Afantaſti & imaginationem minus recipientis na tura:que uni eſſet ſubiecta: & de tam multis & uariis plātis ad hu mani generis neceſſitatē tam bene diſpoſitis:deq; paratis ad homi num commodū animalibus:& utcunq; alias exiſtentibus: non ſo lum decernendo diſſereret:ſed & illud doceret: ut nō pfecta mens aliqua: tam multiplices in plantarū materiā indiderit qualitates. ꝙ ſi ſemel deos feciſſet uniuerſoꝝ corpoꝝ conditores:perinde ani ma ipſa dumtaxat:dei eſſet ſtructura & opificium: cur poſtmodū hec que condita eſſent partienti iam & q̃multis tradenti:nō cū op timis rationibus licuit:& deorum diuerſitates aſſerere: ut alii qui dem corpora humana pararent: quadrupedes alii: & ad ſpeciem atomoꝝ iſtorum nonnulli res conderēt: & feras beſtias quidam. Fuiſſet autem factu id neceſſarium:ut qui draconum aſpidum ba ſiliſcorumq; fabricatores intueretur: & alios item pro ſingularum

arborꝝ ſpecie ſiue cuiuſuis herbe:ut partitionū & cauſas explicaret: ſic forte ubi ſingula q̄q̄:uti & locus occurreret: ad inq̄rēdū acrius ſe contuliſſet: uel deum & unicum obſeruaret rerum omniū cōdi torem:ad aliquid eſſe & rei cuiuſpiam gratia:feciſſe hec ſingula:uel ſi id minus aduerteret:uidiſſet tamē quid eſſet ſibi de indifferente iam reſpondendum:re quidem & ſuapte natura corruptōni obno xio:& quia nihil eſſet abſurdius ut mūdus qui ex diſſimilibus cō ſtitiſſet:ab uno quodam ſit artifice conditus:qui ad uniuerſorum utilitatem ſpecierum diuerſitates parauerit. uel demum oportuit ut de tanto dogmate Celſus nihil decerneret:ſi minus erat que ſe doctũrum pollicebatur confirmaturus:ni forte nos criminando: ꝑ inde fidem exiguam promittentes:ſtare ſuæ ſententiæ uelit:tam& ſi nihil decernere:ſed inſtruere dūtaxat ſit ipſe pollicitus. nec ſane penitus deſperarem ſi tolerantius ferret: is Moyſi ſcripta: & pro phetarum uaticinia audiret: uel illud hunc animo concepturum: quid nam fecerit deus quod ſupra coelum ac terram:& id quod di citur firmanentum:luminariaq; & aſtra ſit conſtitutum.& deīcepſ ſupra cetæ grandia:& animam omnem uiuentem atq; motabilem que ꝓduxerunt aque in ſpecies ſuas:& omne uolatile iuxta genus ſuum.Ac demum ſupra hominem ipſum: q̄ autē fecit cum dicitur nequaq̄ ad alios ſpectare dicatur: ſat fuerit de luce id protuliſſe & facta eſt lux:ut aque uero q̄multe coierint id dictum fecerit ſatis: & factum eſt ſic:nec ſecus poterit & illud e terra germinantibus di ci:protulit terra herbam uirentem & afferentem ſemen iuxta ſpeci em ſuam:& lignum fructiferum faciens fructum: cuius ſemen in ſemetipſo ſecundum genus ſuum ſuper terram. Et quereret plane cui nam iſtiuſmodi fuerint iniuncta: ut ſingule mundi partes ſic conderētur?Profecto non tam facile carperet: ueluti in comprehē ſibilia & perinde nullum habentia recōditum ſenſum: que de his ꝑ Moyſem conſcribuntur:uel ut ipſi dixerimus:ꝑ ſpiritum ſanctū qui Moyſi inerat:cuius inſtinctu hec proferebat. ſiquidem longe melius atq; hi quos uates dicunt poete:preſentia peruidebat:& fu turorum erat hic preſcius.Cum uero & illud inquiat Celſus:aīam

quidem opus eſſe diuinũ: corpis uero aliam eſſe naturã: & iccirco nihil inter ſe habere diſcriminis tam hominis q̃ ueſpertiliõis & ranæ & uermiũ corpora: quippe quoꝝ materia eadem ſit: & corruptione ſimili computreſcat. Ad huiuſmodi dicta ſic reſpondebitur. Enimuero ſi materia eadem in ueſpertilione rana & uemibus: homineq; ſubiecta eſt: ita ut nihil abinuicem differant iſtiuſmõi corpora: liquet ergo nec a ſolis uel lunæ uel aſtroꝝ cœli: & quorum uis alioꝝ qui dii a græcis dicantᷣ: corporibus: iſtoꝝ que diximus corpora: quoq̃ pacto differre: ſiquidem eadem fuerit corporibus cunctis materia proprie rationi ſubiecta: ſine qualitate & figura: non enim ſat patet unde nam materia hec qualitates iuxta Celſũ ſit ſuſceptura: qui dei opera nullam ſubire corruptioné affirmet. cuiuſuis nanq; rei corruptio ex eadem ſubiecta materia prodeuntis: neceſſarium eſt pro Celſi ſententia ut ſue naturæ ſit ſimilis. ni forte hoc loco Celſus in anguſto compreſſus: a Platone quidé deſciſcat: qui e cratere quodam animam faciat prodeũtem: & ad Areſtotelem illum: ſiue ad Peripateticos ipſos confugiat: aerem ſine materia affirmantes conſtare: & preter cætera elementa quinte hũc eſſe naturæ: quoꝝ dictis non inſtrenue tam Platonici: q̃ Stoici obſtitere: & nos item qui a Celſo contemnimur enixe obſtabimus: ubi explicandum id exegerimus: & confirmandum quod per prophetam ita pronuntiatᷣ. Cœli peribunt: tu autem pmanes: Et omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcent: & ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntᷣ: tu autem idem ipſe es & anni tui non deficient. Sed ſatis ſit Celſo his reſpondiſſe: animam quidem dei eſſe opificium decernenti: Corporis uero aliam eſſe naturam: cuius dicta id ſequebatur: ſiue ueſpertilionis ſiue uermis ſiue ranæ cuiuſpiã corpus nihil eſſe uel ab æthereo corpore alienum. Aduerte auté utrũ huic ſuis hoc modo ſententiis chriſtianos calumnianti: ſit accedédum: diſciplina poſthabita: que & differentias proferat ob inſitas corporibus & circa corpora qualitates: non enim nos fugit eſſe & corpora quedam cœleſtia: quedam teeræna. & aliam eſſe cœleſtiũ corpoꝝ claritatem: aliam terrenoꝝ: nec cœleſtium quidé eandem

hunc eſſe & parem: ſiquidem alia quedam ſolis ſit claritas: alia ſide rum: & in his quidem ſideribus ab aſtro aſtrum claritate hac eadẽ conſtet differre: unde & mortuoꝝ reſurrectionem ſuſcipientes: im mutari dicimus qualitates corporibus inditas: quandoquidem li queat corporum quedam in corruptione proſeminata: in incorru ptione reſurrectura: que uero in ignominia: in gloria ut reſurgãt ſuturum: que in infirmitate: ut in uirtute: & que demum corpoꝝ animalia proſeminantur: ut ſpiritalia aliquando tandem aſſurgãt. ꝙ autem ſubiecta materia qualitatum ſit ad cõditoris arbitrium ſuſceptibilis: quicunqꝫ dei prouidentia regi mũdum admittimus: & pro ipſius arbitratu nutuqꝫ: aſſerimus fieri: ut modo in illa ma teria ſit una aliqua qualitas: paulopoſt lõge melior alia quedam & preſtantior ſit ſucceſſura. Sed cum conſtet & ad corporum immu tationes uias eſſe nonnullas: uel eo ex tempore quo mundus hic manet: & q̃diu eſt permanſurus: haud ſatis intelligo utrum noua alia: poſt mundi corruptionem quam noſtre littere conſummatio nem appellant: aliquando ſuccedente uia & a prioribus aliena: mi nus ſit demirandum: ſi in preſentia ex humano cadauere ſerpens haud ſecus prodiens formam recipiat & oriatur: ac multi affirmãt ex bouino occipitis cerebro apes: ex equo ueſpas: & crabrones ex aſino: & ex pleriſqꝫ aliis uermes prodire. quod utiqꝫ Celſuſ ad eius rei ducit confirmatõnem ualere: ꝙ nihil iſtorum dei ſit opificium ſed qualitates ipſas neſció unde ſic conſtitutas ex iſtiuſmodi fieri: nec eſſe illud diuinæ rationis cuiuſpiam opus: que in materia qua litates immutet. Quinetiam Celſo animam aſſerenti opus eſſe diuinum: corporis uero aliam quandam eſſe naturam: nec ſolum ſine confirmatione aliqua hec effundenti: ſed interminate & con fuſius differenti: quippe qui nil explicauerit: utrum omnis anima dei ſit opificium: an rationalis dumtaxat: ſic reſpodebimus. Si enim omnis anima dei eſt opus: cognitu promptiſſimum erit uel irrationabilium & uiliſſimorum quorundam feciſſe animas deũ: ita ut cuiuſuis corporis conſtet aliam eſſe naturamatqꝫ animæ ſit. Videt̃ preterea & in ſubſequentibus Celſus: ubi bruta animantia

deo cariora eſſe atq; ipſi ſumus affirmat:uel diuinitatis mentē poſſe purius demonſtrare:quandoquidem non hominū modo ſed longe magis & animalium rationis expertium animas:deus condiderit:id enim quod dixit ſubſequit᷑: eſſe illa q̄ ipſi nos deo acceptiora.Si enim rationalis dumtaxat anima a deo condita eſt:primum quidem:id nuſq̄ aperuiſti:ſecundo quia interminate: de anima ſit & nō omni aſſertum:ſed rationali dumtaxat: ꝙ dei ſit opificium: nec,cuiuſuis corporis aliam eſſe naturam:ſi autem non omnis corporis alia fuerit natura: ſed ſingulorum animantium corpus ad animæ conſtet proportionem:pſpicuum eſt:ut cuius anima ſit a deo creata:& corpus inſuper ab eius corpore differat in quo inhabitet anima:quam haudquaq̄ creauerit deus. Vnde illud falſum eſſe cōuincit᷑:ueſpertilionis ſeu uermis & ranæ corpus: ab humamo corpore nihil differre. Fuerit enim & illud abſurdius:ſi lapidibus lapides:& ædificia ædificiis:uel puriora dixeris uel forte impuriora: quia ad dei ſint uel honorem conſtructa:uel ad uiliſſimorum corporum:receptaculum. A corporibus autem corpora nullo inueruallo diſtare: ſi a rōnalibus animis inhabitent᷑: uel nulla ratione utētibus: & utrum preſtantiſſimi uiri hec ſint in domicilium nacti: an perditiſſimi:pleroſq; ut auderent effecit:ſummorum uirorum corporibus:quia animam ſolertiorem & probā ſuſceperint:diuinitatem deferre:eorum uero ut deſpectiora haberent:uel probro afficerent: q improbiſſimi extitiſſent.nec quidem ut omnino id rectius fieret: ſed quia e ſaniori quodam mentis conceptu ꝑncipium ſumpſerit: nun enim ſapiens quiſpiam poſt Anyti ignaui hominis obitum: & Socratiſ uiri ſapiētiſſimi:Anyti,æq̄ ac Socratis funus curauerit? uel tumulum erigat?hec autem ad ea protulerim:que dixerat Celſus:nec dei opera eſſe:cum de corpore id ipum haud ſecus ſentiret humano ac ſerpentiū:ſiue bouis:ex quo & apes prodirēt: uel equi e cuius corruptōe naſcerent᷑ & ueſpe:uel demum aſelli:qui crabrones de ſe natos emitteret. Subdit preterea Celſus & communem affirmat predictorum omnium corporum eſſe naturam & unam: reciproca uiciſſitudine quadā euntē & redeuntē: uel ex ſuperioribus

quidem ſatis iam liquet:non ſolum corporibus hiſce:quoꝝ ſupra meminimus: ſed & ſupercœleſtibus ipis cõmunem eſſe naturam: quod ſane utrum ita ſe habeat: ut iuxta hunc patet: &ſi alioquin in uero an ſatis id liqueat:neſciam:alternanti uiciſſitudine unam ire atqꝫ redire uniuerſoꝝ naturam. Conſtat tamẽ ex eorum ſenten tia qui mundum corruptibilem faciunt:ita ſe illud habere. Ttem ptabunt qui minus hunc corruptibilem aſſerunt: ubi quintum corpus nihil admiſerint:& illud arguere. quemadmodũ eat ſimul & redeat reciproca uiciſſitudine corpoꝝ una dumtaxat natura:ſic item & quod diſſoluitur ſuapte ui quadam ut immutetᷣ. Materia nanqꝫ que ſubiacet:qualitate deꝑdita: perſtat & reſidet:ut ſentiũt quidam:qui increatam hanc ipſam inducũnt:qꝫ ſiquis non increa tam oſtenderit:ſed ad uſum aliquem factam:perſpicuum eſt non eãdem habere ad perpetuitatem naturam: quam ut icreata iam ha buiſſet. Sed nequaq̃ hoc tempore nobis propoſitum eſt: de iſtiuſ modi rerum natura diſſerere:cum potius ſit Celſi criminatõnibuſ occurſandum. Inquit preterea quod a materia generetᷣ:eſſe nõ im mortale. Ad quod reſpondebitᷣ. Si enim nil quippiam a materia generatum eſt immortale:ſiue immortalis ſit mundus hic uniuer ſus:& non ut a materia prodiens: nec ipſe quidem: res erit aliqua immortalis. Si uero immortalis eſt mũdus: quod ſane his placet: qui animam dicunt opus eſſe diuinum:& e quodam cratere ꝓdi iſſe affirmant: oſtendat Celſus non ex materia qualitate carenti: hunc conditũ eſſe: cum illud tuetᷣ quod ex materia gignitur eſſe non immortale. Cum autem ex materia cõſtet hic mundus:haud quaq̃ eſt immortalis. Quo fit ut ſi immortalis ſit mũdus & illud in dubium ueniat: utrũ corruptibilis ſit nec ne. Si corruptibilis: tanq̃ dei opus hic corrumpetur. deinde in ea mundi corruptione: quid nã actura ſit anima dicat nunc Celſus. qꝫ ſi immortalitatis in uertens hic ſenſum id dixerit:& ſi corruptibilis ſit:& alioquin nil corrumpatᷣ:immortalem hunc eſſe cõſtabit: tanq̃ q mortis ſit ſu ſceptibilis:non tamẽ intereat: ꝑſpicuum eſt aliquid ſecundũ ſe fo re q̃d mortale ſit ſimul & immortale:qa utriuſqꝫ ſit ſuſceptibile:&

erit quidē mortale aliqd quod tamē non moriat̃:& quod non natura ſit immortale:qa non moriat̃:ſed p ſe dictū ſit immortale:in quā ergo ſignificātiā hec deſtinās Celſus:e materia dixerit genitū eſſe nil quippiā immortale:̃ uides utcunq; ſuoꝝ ſcriptoꝝ uel exp̄ſſeris uel diſcuſſeris ſenſa:plane coarguant̃ nihil admittere qđ probe ſit ac ſtrenue dictū.Hec ubi dixit iam Celſus que inſequuntur ſubiecit. De his autem ſatis ſit iſta dixiſſe:que ſiquis & audire diutius & inueſtigare diligentius uelit intelliget. Videamus igit̃ nos qui iuxta hunc inſanimus:quid nā illud ſubſequeret̃:ſi uel ad breue ſe audire poſſemus:uel poſt hec ipſa & ea conqrere: que & huic nec paucis quidē nec contēnendis ſunt dictis: ſed uarie de uiciorū natura queſita: & multipliciter interpretata: & hec ipſa tamen perpaucis dictiunculis putat ſe Celſus poſſe nos edocere ſic inquiens: uicia aūt in rebus preſentibus:nec prius quidē nec in preſentia nec in futurum:uel minora fient uel plura. Vna nāq; atq; eadē omniū eſt rerum natura:& uitiorum ſemper idem eſt ortus. Videtur hec Celſus ab his que in platonis theætico ſunt litteris prodita deſūpſiſſe: apud quē Socrates huiuſmodi loquebat̃. Sed neq; uicia ex hominibus ut deperdantur poterit fieri: nec apud deos ut iſta reſideant. Verum apparet is mihi Platonem nil rectius audiſſe: q ueritatē hoc uno & ſuo uolumine cōplexus ē. Et ueri ſermonis titulo contra nos ſcriptum id annotauit: ex eo nāq; quod dicit̃ in Timeo:Cū aūt dii terrā aquis diluēdo repurgant:liqdo patet purgatam imbribus terram:minus hoc tempore uicioꝝ habere ac olim habuerit:cū nōdū eſſet illa purgata.Et id quidē iuxta Platonē eloqmur:ꝙ minora fuerint p̄ſcis tpibus uicia: q in theætico ſuo affirmat:nil poſſe ex hoibus uicia depditū iri. nō enim itelligo quēadmodū ille cū ꝓuidentiā poneret quātū pōt ex libri huius quē ſcripſit dictis cōſtare:neq; plura neq; paucioraaſed pide p̄finita eē dicit hec uicia.vñ & dogma illđ pulcherrimū ſuſtulit:nllm hr̄e finē neqtiā:& uicia itē ſuapte nā i īfinitū ꝓceder̃.& appet id ſeq:nec pauciora nec plura facta eē hec uicia:nec eſſe qdē nec fore:qa quēadmodū pro eoꝝ ſentētia:q incorruptibilem eſſe mundum tutant̃:æquior

ille elementoꝝ ſtatus profectus a prouidentia ſit: nil permittente iſtorum aliquod unum plus quippiam cupere: ne mūdus hic corrumpatur: ſic item quaſi prouidentia quedam inhibuit: tantis undiq; exiſtentibus uiciis: ne plura hec uel pauciora efficerent̃: quin & aliter ea que de uiciis hiſce Celſus cōſcripſit a philoſophis coarguuntur: qui de uiciis & uirtutibus q̃multa inueſtigādo diſſeruerunt: & ex hiſtoria pretulerūt: queadmodū olim meretrices perſonate & uelamento obducte: extra urbes ſeſe ad merendū abuti uolentibus exponebant: Deinde ſpreto demum decore & uelamenta depoſuiſſe. Et cum legibus urbem ingredi haudquaq̃ permitterentur: extra urbes uerſatas: in dies uero: ex cōſuetudine: maiore parta licentia: uel urbes iniſſe. hec Chryſippus. cū de uicioꝝ & uirtutum introductione differeret: tradidit. unde tanq̃ uiciis: uel multiplicatis uel imminutis percipi peteſt: fuiſſe quōdam qui ambigui ſexus ſunt nomen ſortiti: publice proſtitutos: patiendoq; & ꝓbro affectos: adeuntium ſe lbidinibus inſeruiſſe: quos tandem cenſores abegerint. Nec ſecus & infinita poterunt commemorari: ex effuſioribus uiciis uitam hominum impoſterum ſubiiſſe: que antea nō extitiſſēt. Si uetuſtiſſime itaq; hiſtoriæ: & ſi innumeros quoſdā incuſent: qui in uita deliquerint: nepharia tamē patrantes: nec uniuerſos nec ſingulos tenuerunt: quo pacto Celſus ſic delirando non ridiculus arguat̃: cum uicia opinetur: nec plura unq̃ nec pauciora fuiſſe patrata? Si enim una & eadem fuerit uniuerſoꝝ natura: alioquin uiciorum origo continenter eadem eſt haudquaq̃ omnino futura. Vt enim uel ſi eadem hominis cuiuſpiam fuerit natura: nil tamen uel eadem ſemper hic ſenſerit uel dixerit quidem uel fecerit: nec uerbum quandoq; etiam admiſerit: & cum uerbo ad indignationem ueniat plerumq; neceſſe eſt. Et ad hanc quidem uel remiſſius uel forte effuſius. Nonnunq̃ uero ad uirtutem hic concitatus: uel ad maiorem profectum uel minorem euaſerit: aliquando & uirtutem hanc ipſam adipiſcetur: que in rerum contemplatione uel pluſculum ſit uel minus uerſata. haud ſecus & longe magis de uniuerſorum fuerit natura dicendum. ꝙ ſi una concedatur

ſit & eadem genere: non tamen circa eadem ſemper uerſat̃: nec ut eiuſdem generis contingit in omnibus. Siquidem nec naſcẽtium rerum ubertas ſiue ſterilitas: neq; aquarũ inundationes nec ſiccita tes future ſunt ſemper: ſic item nec animarum preſtantiorꝝ ut co pia ſit uel defectus: ul' forte deteriorꝝ: uti plus minuſue affluãt: eſt conſtitutum: & eſt quidem uolentibus omnia enixe & acriter per ſcrutari: de uitiis his aſſerendum: nequaq̃ eſſe eodem illa ſtatu ſem per manſura: ſiue prouidẽtiæ gratia: que uniuerſa ſeruet in terris: ſiue diluuiis & incendiis purget: & forte non ſolum que apud nos ſunt: uerum & que fuerint ubiq;: hunc in modũ purificet: ubi paſ ſim increuerint uicia. Deinde Celſus ſic infert. Que uero ſit uicio rum natura: haud facile cognitu eſt: minus philoſophãti. Verum ſat fuerit in uulgus id affirmari: nil unq̃ uiciorum a deo prodire. Materia autem ipſa inheret & uiciis inuerſatur: & continenter a pn cipio aduſq; finem pſimilis eſt mortalium circumactio: & pro ſta tutis quibuſdam reuolutionibus: neceſſe eſt eadem & fuiſſe ſem per & eſſe: & futura eſſe. Et Celſus quidem uiciorum affirmat natu ram haud facilem eſſe perceptu: minus philoſophanti: perindeac facile queat qui philoſophetur unde uicia hec oriãtur pernoſcere: qui uero nil ſapientiæ ſtudeat non facile poſſit: quemadmodum illa gignant̃ inſpicere: & ſi alioquin ſcire id inſudando hic ualeat. Ad hec uero dicturi nos ſumus: nec philoſophanti quidem facile fore uiciorꝝ originem noſſe: nec alios forte aperte hanc intelligere poſſe: niſi inſpiratione quadam diuina: ubi que nam ſint pro uici is habenda demum aperiatur: & quemadmodum quis illa ſubie rit: & quo pacto poterunt aboleri clarius innoteſcat. Pro uiciis ita q; ut dei ignorantiam ducere ſit neceſſe: ad hecq; & uiciũ illud ſũ mum accedere: ubi ignoretur quo modo deus & conciliandus ſit & colendus: nil prorſus qui iuxta Celſum philoſophantur in tellexerunt. quod utiq; ex uariis philoſophorum ſectis: & opinio nibus liquet: iuxta nos autem nemo qui non intelligat: uicium eſſe: diuinum cultum & pietatem exiſtimare pinde legibus qbuſ dam ſaluari: que ſint in ciuitatibus inſtitute: nec ortum quiuerit

maloꝝ dignoſcere. Nec quemadmodū cum eo ſit q diabolus nū cupat̃: & eius angelis actum: quiſue hic priuſq̃ diabolus efficeret̃ fuiſſet: & quo modo ſit diabolus redditus: quid preterea cauſe fue rit cur & una ſecum deſciuerint qui angeli uocarentur: haudquaq̃ iſtorum poterit tenere uiciorum originem. oporter autē qui hanc aliquando ſit cogniturus: ut optime animo complectatur: que de demonibus conſtant: & quia non ut demones ſint a deo creati: & uti rationabiles olim ſint conditi: & unde id illis contigerit ut ta les efficerentur: ut & demonum mentem ſubirent. Siquid igitur unq̃ humanarnm rerum indagatione indiguit: & noſtre naturæ fuit captu difficile: in his erit profecto & uicioꝝ origo annumerā da. Exin haud ſecuſac quedam haberet: que de uicioꝝ ortu: uel ne pharia dicere: uelut tacitus ea preteriens: & multitudini congruer̃ potius hec ipſa fatendo: ſubiecit. ſatis eſſe iam dictum quoad mul titudinem ſpectat: de uicioꝝ origine: quemadmodum ex deo nil mali prodierit: & materia hec inherendo inter mortales uerſetur. At ipſe equidē illud pro uero aſſeuerauerim: ex deo mali nil quip piam prodiiſſe: & iuxta Ieremiam id eſſe perſpicuum ita dicētem. ex ore domini non exibunt que mala ſunt: ſed que bona. Materiā uero mortalibus inuerſari: & maloꝝ eſſe hanc cauſam: haudquaq̃ uerum eſſe nos affirmamus: ſiquidem mens ipſa: cuiq; cauſa eſt in ſe ſubſiſtentis: que malum id prefert: nequitiæ: atqui mala hec fuerint: que a malignitate prodeunt actiones: & hec preter: ad no ſtram ſententiam: ut certius exprimatur: nihil uſq̃ eſt mali. Sed ſa ne intelligo hmuiuſmōi dicta cum opera: tum cōfirmatōne pluri mum indigere: nec ſecus & dei gratia animum ei illuminâte: qui ab ſe ſit dignior habitus: ut que hoc loco dicunt̃: pernoſcat. Ne ſcio tamen quo pacto optimum uiſum eſt Celſo ſuis ſcriptis nos inſectāti: dogma quoddam inſumere: cui multis ſit opus: ul̃ appa rentibus argumentis: utcunq; licuerit id affirmantibus: a princi pio ad calcē uſq; ut ipē affirmat: mortales æque oēs & pariter circū agi: & ꝓ iſtitutis reuolutōibus neceſſe fore: ut eadē illa & facta ſint cōſtēntq;: & ſint demū futura. quod utiq; ſi uerū eſſe quis aſtruat:

uel quod in noſtra eſt poteſtate iam tollit᷑: nam ſi pro inſtitutis reuolutionibus fuerit neceſſe ut eadem ſint ſemper effecta: & in p̄ ſenti iam conſtent:& ſint ſemper in mortalium circumactione il la:futura:perſpicuum eſt fore omnino ut Socrates ſemper philo ſophet᷑: inſimulet᷑q; & uane ſuperſtitionis:& pinde iuuētutis cor ruptor.Anytus uero ille & Melytus nequiſſimi delateres hūc ſem per incuſent:& Ariopagyte deniq; conſultores ut continenter ſen tentiam ferant:ut Socrates ueneno intereat. Haud ſecus & Phala ris ille cogetur aſſiduo tyrannidem exercere: & Phereus Alexan der ſedulo deſeuire: & qui Phalaridis tauro adiudicantur in hoc perpetuo emugire.que quidem ſi ut uera forſitā admittant᷑ haud quaq̄ ſatis conſtabit quo pacto id poſſit quod in noſtra eſt pote ſtate ſeruari:& merito id cōſequetur:ut hec uel laudet uł improbet quiſpiam.nec ſecus ſi ſimilis eſt a principio ad exitum uſq; morta lium hec circumactio:& pro inſtitutis reuolutionibus fuerit id ne ceſſarium: ut eadem illa & facta ſint olim: conſtentq;: & futura imposterum ſint:erit etiam & illud neceſſe:ut Moyſes ipſe cum Iſ raellitico populo iterato ex ægypto excedat:& iterato ad uitam ut redeat Ieſus:eadem illa facturus:que non ſemel hoc modo:ſed mi lies ex Periodis iſtis iam fecerit. Quin & chriſtiani ſunt illi idem pro reuolutionibus his inſtitutis futuri:& Celſus ip̄e librum hūc ipſum quem ſcripſerit antea: alias eſt atq; alias ſæpius conſcriptu rus.Celſus igitur mortalium dumtaxat Periodum per ſtatutas re uolutiones:neceſſario dicit & fuiſſe ſemper & eſſe & fore:Stoicorū uero pleriq; non ſolum mortalium Periodum hunc eſſe affirmāt: ſed & deorum ſecundum ſe immortalium: ſiquidem cum incēdia ſint infinita iam facta:& futura ſint infinita: ordo hic idem & diſ poſitio a principio aduſq; finem: & fuerit iuxta hos ſemper: & ſit continenter futurus neceſſe eſt: & temptantes quidem qui e Stoi corum ſunt porticu moderari: eorum utcunq; licuerit argumen ta: neſcio quo modo aſſimiles per quemq; Periodum: omnes his aſtruunt fore: qui in prioribus Periodis extitere: ita ut non ite rato Socrates fiat: ſed ſimilis quiſpiam alius Xanthippem ducat

uxorẽ & ab Anyto Melytoq; ſimilimis ſit incuſandus. Sed neſcio equidem quo pacto mũdus quidẽ idem ſit ſemper: nec alter alteri ſimilis: que uero in eo eſſe iam conſtat non eadem ſint: ſed ſimilia. Verum que Celſi dictis huiuſmodi & Stoicoꝝ imprimis ſunt reſpondenda: facilius in aliis ubi inciderit mentio conquirent̃: quãdoquidem neq; ſecundum id temporis: neq; pro his que ad p̃ſens exequi propoſitum eſt: longior eſſe indicendo uelim. Ait preterea Celſus nec ea que oculis expoſita ſunt & uiſunt̃: fuiſſe homini tradita: ſed uniuerſoꝝ ſalutis gratia: & gigni ſingula & interire: iuxta eam quam dixerat alternam uiciſſitudinẽ. & ſane ſuperuacaneũ eſt iſtiuſmodi rerum confutationibus immorari: quas ſupra: ut licuit: expoſuimus: ſiquidem ad id quod Celſus intulerat: nec bona nec mala inter mortales: uel pauciora fuiſſe: uel plura affecta: ſatis iam diximus. Nec ſecus ubi & ad illud reſpondimus nil oportere ut denuo deus que fecit caſtiget: neq; quemadmodum mortalium quiſpiã: aliquid mance & imp̃fectius ſtruxerit: ul̃ inſcite quippiam condat: ita & deus corrigat mundũ: quem diluuio ſiue incẽdio ſit euerſurus. Sed coercet hic potius: ne abundãtior ille nequitiæ fluxus latius ſerpat. Ipſe uero exiſtimauerim uel miro quodã ex ordine: & uniuerſis ut conferat: deum nequitiã ſublaturũ: q̃ demum ſublata utrum impoſteꝝ ſit homines ſubitura nec ne: alias ubi p̃mũ occurrerit differet̃: libet igit̃ deo ut denuo corrigat: peccata caſtiganda reſumere. Nam & ſi omnia illi optime ſint & tutiſſime. ex uniuerſa hac rerum ſtructura diſpoſita: fuerit ei alioquin neceſſaria medendi ars quedam que nequitiæ morbo laborãtibus & uniuerſo mundo ex ea perinde coinquinato mederi poſſit: & ſane nihil hic per negligentiam pretermiſit: neq; pretermiſſurus eſt: quo minus aliquid agat quod ſe deceat: in uerſatili mundo hoc facere. & quemadmodum agri cultor pro uariis anni temporibus: & uaria facit agriculturæ opera: terram uel excolendo uel repurgando que in ea exoriuntur. Sic deus: tanquã annos quoſdam: ut ita dixerim: ſecula cuncta diſpenſat: & moderatur: per hec ſingula exequens: que ratio ipſa depoſcit uniuerſorum: ita ut hec p̃ ſe

dumtaxat:uti in uero eſt:aptiſſime quidẽ & ſtatim comprehenſa: traducat ad finem. De uiciis autem & alia intulit Celſus hmői. Si enim inquit quippiam tibi nequam uidetᷣ: nec dum tamen utrũ ita ſit an minime liquido pateat:profecto nil noſti: utrum tibi an alteri cuiq̃ uel uniuerſis ſit id conducturũ:Et habet quidem penſi aliquid & moderati id dictum. nouit enim & prauorũ naturã nõ prorſus improbã eſſe: qa quod uicii ineſſe in ſingulis exiſtimatᷣ: cõferre omnibus poſſit. Verꝝ ne quis haud recte id ceperit:& iccirco immorandi inueniat cauſam:tanq̃ nequitia cunctis ſit profutura:uel ea poſſit utilis eſſe: dicendũ erit: ubi illud fuerit qđ in nr̃a ẽ ſingulorumq; poteſtate ſeruatum:hauddubie rectius ut cũcta diſponat & moderetᷣ:uel improborum uſurus eſt nequitia deus: nimirum qui hos ut cæteris neceſſarios in medium ſtatuat: &ſi culpa nil uacent mortales: ut uniuerſis ſint documento: & ex iſtorũ improbitate rectiores clarius innoteſcant. Et Paulus quidem Ieſu apoſtolus edocens ad communem neceſſitatem uel perditiſſimos facere:& hos quidem apud ſeipſos abhominabiles fore: & optios quoſq; mirifice ſingulis conducturos:& peruerſoꝝ decauſa ut probi optimo loco conſtituantᷣ futurum:ſic inquit. In magna autem patriſſamiliæ domo:non ſolum ſunt uaſa aurea & argentea: ſed lignea & fictilia:& alia quidem ſunt in honorem: alia uero in ignominiam:ſiquis igitᷣ purificauerit ſeipſum:erit uas in honorem ſanctificatum:& utile dño:in omne opus bonum paratum. Hec autẽ ad ea ut dicerem neceſſarium fore exiſtimaui: que Celſus hunc in modũ intulerat: &ſi tibi uiciũ eſſe aliquid uideatᷣ nõdum tñ utꝝ ſit uicium liquet: non enim tibi ſat conſtat utrum tibi an alteri conferat: ne forte ex his occaſionem ad peccandum quis nactus: perinde delinquẽdo uniuerſis ſit profuturus. Sed cum Celſus minus intelligãt que de deo ꝓ hũanis affectibus exprimuntᷣ: carpit hec plane & cauillatur:& ea precipue in quibus & iraſcentium uoces in impios & ĩ peccatores comminationes eduntᷣ:dicendũ erit: ꝙ quemadmodũ ipſi:ubi cum pueris minutioribus oborta nobis eſt diſceptatio:non nr̃as dicẽdi uires attendimus: ſed illoꝝ imbec

cillitati nos ipſos accomodantes: non ſolū his conſentanea fabulamur: ſed ea etiam facimus: que ad puerorꝫ uidentˀ emendationem ſat facere: & illis non parum conducere: ſic item & dei uerbum uideturː q̄ ſcripta ſunt diſpenſaſſe: ꝓ auditorꝫ & uiribus & utilitate: dimetiendo: que decenter denuntiarit. Quemadmodū uero que ad deum ſpectant denuntientˀ: in Deuteronomio ſic proferuntˀ. Portauit te dn̄s deus tuus: ut ſolet homo geſtare paruulum filiū ſuum: ꝑinde humanos mores deo ſacra ſcripta imponūt: ut hominibus cōferant. Non enim erat multis neceſſe: ut deus ꝑſonam ſibi effingeret pro eius ut dignitate iſtos alloquueretˀ. ſed quibus curæ eſt ſacras litteras apertiores efficere: comperturi ꝓculdubio ſūt ſpiritalia ſpiritalibus nūtiari: ubi ſic dictorꝫ ſenſa contulerint: ut queq; uel ad infirmiores habentˀ: uel ad ſolertiores quoſdā denuntiantˀ: & ita ut in una ſepe & eadem dictione id utrūq; ineſſe ei appareat: qui audire hanc nouerit. Iram igitˀ dei nos dicimus: non tamen iraſci illum aſſeueramus: & uſurpatum id eſſe: ut qui q̄ multa comimſerint: caſtigentˀ: dum grauiter & crucius arguuntˀ. Quod autem dei ira dum nuncupatˀ: uel ubi dei dicitˀ furor: caſtiget: idq; diuinæ doctrine ꝑlibeat: ex eo liquet quod in ſexto pſalmo ſic dicitˀ. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et itē in Hieremia: Corripe nos dn̄e: ſed in iudicio & non in furore. Qui uero in libro Regū ſecundo dei irā ꝑlegerit: Dauid ipſi ꝑſuadentem ut ppl'm ſuum recenſeat: & in Paralipomenon ꝑmo diabolū: & inuicē iſtorꝫ dicta examinādo expēdat: plane uidebit q̄ in re ſit ira hec conſtituta: cuius & filios: Paulus homines omnes redditos eſſe affirmat ſic inquiens. Eramus olim filii ire: ſicut & cæteri. ꝙ autem non ira deus afficiatur: ſed ſinguli delinquēdo ſibi hanc uendicent: Paulus idem in his patefacit. Nun diuitias bonitatis eius & patientie & magnanimitatis cōtemnisˀ ignorans quoniam bonitas dei te ad penitentiam ducit: ſecundum autem duritiē tuā & impenitens cor: theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelatōnis iuſti iudicii dei. Verꝫ quo pacto qs poterit ī die iræ iram ſibi theſaurizareˀ ſi iram pro affectu aīmi quodā & paſſione

acceperis? uel quo modo quiuerit iræ affectio hec caſtigare? non enim uel ſacra dicta que minime iraſcēdum eſſe commonefaciūt: & i ſexto iniungūt & trigeſimo pſalmo. Deſine ab ira & relinque furorem: & in Paulo illud edicunt: Deponite & uos omnia: iracū diam: furorem: odium blaſphemiā: turpiloquium: hūc ire affectū deo accōmodaſſent: a quo nos prorſus uelit eximere. Liquet ſane de ira hac dei fuiſſe tropologice explicatū: qn̄ & de eius ſomno id litteris proditur. Propheta nanq; ueluti e ſomno hūc excitās: Sur ge inquit quid dormis dn̄e: & rurſum: & ſurrexit tanq̄ dormiens crapulatus a uino. Si itaq; hoc loco aliud quippiā ſomnus iſte de ſignat: & non id quod in promptu ex dictione accipitur: cur non item & ira intelligatur: & comminationes insuper ea pretendant: que denuntient his occurſura: qui praue uitam hanc degunt? nec ſecuſac ſi & comminari quis diceret medicū cū egro illđ inclamat: precidam te equidem: & inuſtiones mox adigam: ſi meis legibus minus obtemperaueris: uel ab his: illiſue: haudquaq̄ abſtineas: ul te nō ita ut iniunxero geſſeris. non itaq; humanos affectus deo an nectimus: nec impie de eo ſentimus: neq; errore aliquo ducti: ſa cris adinuicem ſcriptionibus examinatis: que de deo narrantur ꝓ ferimus: nec ſane aliud eſt illis propoſitum: qui diuinam hanc pre dicant diſciplinam: niſi pro ſua uirili ut auditores a ſtulticia uēdi cent: & ſapientiores efficiant. Exinde Celſus cum minus intelligat que ſunt de dei ira conſcripta: ſic ſubdit. Nun enim non ridiculū fuerit: ſi homo quidē iudeis eſſet iratior: hos fūditus ſuſtuliſſet: & abſumpſiſſet incendio: ita ut nulli uſpiam eſſent: deus uero ma ximus ille: ut ipſi affirmant: & iratus & furens & minabundus: fi lium ſuum demittit: qui tanta ſit demum perpeſſus? Enimuero ubi chriſtum iudei his affecerunt: que in eum ſunt ut facerent: au ſi: & ſublati ſunt funditus & incendio conflagrarunt. Nec ex alia ira: niſi ex ea quam ipſi ſibi theſaurizaſſent: perpeſſi hec ſunt: & dei aduerſum ſe quodam iudicio: diuino ex conſtituto iam facto: quod utiq;: more quodā patrio Hebreoꝝ ira nuncuparet: & ſane ꝑpeſſus eſt dei filius uolens ꝓ ſalute mortaliū: quēadmodū ſupra:

ut licuit:diximus: poſt hec Celſus ſic inquit. Verum ne de iudeis dũtaxat(non enim id affirmauerim)ſed de uniuerſa natura:quod fueram pollicitus: dicendum ſit:apertius que ſupradicta ſunt:demonſtrabimus:quis autem qui moderatior ſit & iſta perlegerit:& humanam imbeccillitatem ſatis iam calleat: nõ huius comprimat impudentiam: qui de uniuerſorum natura polliceatur redditurũ ſe rationem:& haud ſecus in his inſoleſcat:ac alias fecerat: cum & librum ueritatis titulo annotaſſet:ſed uideamus que nam ſint iſta que de quauis rerum natura oſtenſurum ſe pollicetur: q̃multis enim deinceps nos criminatur: quia hominis gratia deum feciſſe uniuerſa dicamus:nititur enim ex his q̃ de animalibus ipſis narrãtur:pro ſui ingenii:ut putat acumine: nõ magis hominum q̃ brutorum animantium cauſa:ut condita fuerint hec omnia demõſtrare. Et mihi ſane uidetur hic haud aliter dicere: ac ſolent: qui eos quos oderint:ob inimicitiam:earum rerum inſimulẽt: in quibus ſibi amãtiſſimi quidam collaudant. Siquidẽ ea ut in re hos odiũ cecat:ne uideant ſui ſe amantiſſimos his incuſare: quibus & carpere inimicos exiſtimant:ſic item & Celſus mente confuſus nihil aduertit uel Stoicos ſe philoſophos criminari:qui nil praue hominẽ ipſum & rationalem deniq; ipſam naturam: brutis omnibus anteponunt. quin potius hominis precipue gratia dicũt prouidentiã omnia condidiſſe. Et arbitror equidem ꝙ quemadmodum qui obſonia & forum procurant quos Epiforos dicimus: nõ alterius rei decauſa:niſi hominum id cure ſuſcipere: tam&ſi & canes & animãtia pleraq; rationis expertia:uenalium huius copiæ rerum participent:ita & prouidentia imprimis rationalibus proſpicit: cum illud mox ſequit:& cætera animãtia eorum in partem ut ueniãt: que parata ſunt humani generis gratia. & quemadmodum fallit qui fori procuratores non hominibus magis q̃ canibus ipſis proſpicere autumat:quando & canes uenalium rerum copia perfruuntur: Sic item longe magis & Celſus ipſe & cæteri qui ſecum eadẽ ſentiunt in deum impie agunt: rationalibus prouidentem: cum inquiunt: Cur hec hominibus in cibum potius fiant: q̃ plantis:

arboribuſq; herbis ac ſentibus:putat enim imprimis non dei ope ra eſſe:tonitrua ipſa & fulgura:imbreſq;:aptius iã Epicureos ipſos ſectatus:deinde ſic ſubdit. Vel ſiquis cõceſſerit dei eſſe hec opera: alioquin non magis mortalibus nobis hec ipſa parant in cibum: q̃ plantis arboribus herbis & dumis:fortuito & non ex prouiden tia: ut uerior Epicurus accidere iſta permittens. Si enim non no bis potius q̃ plãtis arboribus herbiſq; & ſentibus hec uſui fuerit: perſpicuum foret nec a prouidentia:iſta prodire:uel ſi a prouiden tia dixeris: ea tñ q̃ nñi non magis q̃ arboꝝ plantarũ dumorũq; & herbaꝝ curã ſuſceperit ꝓuidẽtia ꝓdiiſſe cõſtabit.utꝛq; aũt impiũ hinc eſſe arguitur: & hmõi obuiam dictis ire:huic obſiſtẽdo: qui nos impietatis inſimulat:ſtultius fuerit.ſiquidem ſatis ex his que dicta ſunt liquet:quis nam ſit impietatis coarguendus.Deinde ſic inquit:&ſi hec dixeris hominum cauſa naſci:plãtas.ſ. arbores her bas & dumos:cur hominibus potius naſci hec affirmaueris q̃ bru tis & efferatiſſimis animantibus:Fateat ergo aperte nunc Celſus: hanc tantam rerum uarietatẽ in terra naſcentium: prouidẽtiæ eſſe non opificium: ſed ex atomis coeuntibus tanta hec extitiſſe: & ea coitione tot plantarum & arboꝝ ſpecies herbarum & fruticum in ter ſe ſimiles eſſe:ut nulla ex arte uel ratio ipſa:hec confirmauerit: neq; ut a mẽte ipſa principium duxerint: quicquid miraculi eſt ex cedente.At nos xp̃i legem ſectantes:qui illiuſmodi condidit:deo hec accenſemus:& in his gratias dicimus fabricanti: ꝙ tale nobis parauit edulium:nec ſecus & noſtri ob gratiam uel his qui nobis inſeruiunt animalibus:qui producit animantibus fœnum & her bam ſeruituti hominum. educẽs panem de terra: & uinum ut leti ficet cor hominis: & exhilaret faciem i oleo: & panis cor hominis confirmet. ꝙ ſi uel efferatiſſimis beluis & cibos paraſſet nil mirũ: ſiquidem & hec animantia uel philoſophantium alii iccirco cõdi ta fuiſſe dixerunt: ut homini exercitationem & negocium exhibe rent. nec ſecus & quibuſdam in locis e noſtris ſapientibus quidã: ita commonefaciunt:non enim dixeris:cur hoc: cuiuſue illud gra tia effectum eſt:ſunt enim cuncta ad uſum aliquem facta.Deinde

cum uelit Celſus non nobis potius diuinam ꝓuidentiam q̃ effera
tiſſimis beſtiis que naſcunt̃ e terra feciſſe: ſic infert. Nos igitur la
borando & calamitate ſemper affecti: uix & ſummo cum labore
iam alimur. Brutis uero animantibus nec ſata quidem: neq; excul
ta: cuncta & paſſim exoriunt̃: nil tamen hic conſpicatus: quemad
modum ubiq; deus humanam uelit ſapientiam exerceri: ne ul' oci
oſa hec torpeat: uel inexcogitabilis ad artium inuentionẽ ꝑmane
at: indigentem hominem fecit: ut ob eius indigentiam opificia co
geret̃ excogitare: partim ob cibi neceſſitatem: partim tegumento
rum & ueſtium: quibus operiret̃. Siquidem his lõge ſatius fuerat
qui nec eſſent conquiſituri diuina: nec his ſtudium impenſuri: ut
rerum afficerent̃ penuria: & ita ad artium inuentionẽ: ſapiẽtia ute
rentur: q̃ ſi ex abundanti omnium copia ut diuites & opulenti:
ſapientiam demum negligerent. earum itaq; rerum carẽtia: que ad
uitam ſunt neceſſarie. Hunc illumue confirmauit: ut partim agros
excolendi modum excogitaret: partim uineas paſtinandi: partim
hortos plãtandi & irrigandi: partim ædificia fabricãdi & æra cudẽ
di & ferrum: e quo & inſtrumenta artibus futura his uſui conflarẽ
tur que ad uictum neceſſaria compararent. Operimenti uero neceſ
ſitas: & textrinam induxit: ſutrinamq; & fullonicam adinuenit: &
architecturam edocuit. Et hoc pacto altius euecta eſt ſapientia: eo
rum uero que ad uitam neceſſaria ſunt: indigentia demum effecit:
ut que aliis in locis gignunt̃ nautica ad eos arte deueherent̃: qui
illis carerent. Fit itaq; ut iure quis queat dei prouidentiam admira
ri: que preter bruta animantia: rationale animal ut ei conduceret:
multarum rerum fecerit indigere: quandoquidem quecunq; ſunt
rationis expertia: eſcam in promptu habeant & paratam: ut q̃ nul
lam nacta ſint ad artes occaſionem: & naturale acceperint operimẽ
tum: nam uel ſetis obducunt̃ uel pluma: uel uellere operiuntur &
ſquamis: & his quidem ſat ſit reſpondiſſe: que Celſus hunc in mo
dum ĩtulerat: nos uero inſudãdo & calamitate affecti: uix alimur.
Brutis uero animatibus: nec ſata quidem nec plane exculta e terra
paſſim exoriuntur. Poſt hec Celſus propoſiti ſui oblitus: quod

uticꝫ erat ut iudeos & chriſtianos inſimularet: ſubinfert Euripidis iambicum a ſua ſententia alienū: & temere quod ille enarrat inua dens: haud ſecus & criminat᷑: ac praue aliquod dictum. Celſi uero iſta ſunt uerba. Si enim Euripidis illud attuleris: ſolem confeſtim ac noctē mortalibus inſeruire: cur potius nobis q̄ formicis & mu ſcis iſta inſeruiāt᷑? Illis ſiquidem ad quietem nox fit: dies uero ut uideant & operent᷑? patet autem nec iudeoꝝ nec chriſtianorum aliquos dixiſſe unq̄: ſolem nobis uel cœleſtia inſeruire: ſed iuxta quoſdam & Scenicum philoſophum quempiam Anaxagoræ de rerum natura philoſophantis auditorem aſſeueraſſe: ex uno ali quo homine ratōnali ſe illud complecti: que ubicꝫ ſunt ut cæteris ratione utentibus ſeruiant: quod item uel Euripidis dicto ſignifi cetur: cum ſolem inquit & noctem inſeruire mortalibus. uel forte ex ſole & tragicus ille quia faciat lucem: diem denominauerit: pla ne commonefaciens diei & noctis uiciſſitudine que infra lunā ſūt maxime indigere: cum id minus ita ſe habeat; ſed que ſuper terrā ſunt hac potius egeant. Dies itacꝫ noxcꝫ inſeruit mortalibus: & ra tionalium gratia ſunt hec inſtituta. ꝙ ſi formice & muſce interdiu operando: & noctu conquieſcendo his item fruunt᷑: que hominū ſunt gratia facta: haud tamen formicaꝝ uel muſcarum decauſa: di cendum eſt noctem diemcꝫ factum: ſed ut mortalibus dumtaxat prouideret᷑. qn & illud Celſus ſubiungit. Siquis enim nos diceret eo in beſtias habere imperium: quia alia animantia uenādo capte mus: & item his ipſis ueſcamur. Reſpōſuri id ſumus: quin potius illoꝝ fuiſſe nos cauſa factos: quandoquidem & nos illa pleruncꝫ interuenandum areptos mox uorent. Accedit etiam; ꝙ ipſi quidē ad hec cōprehendenda: & retibus & hominum multitudine: & ca nibus indigemus: illis uero natura in prōptu contulit arma: qui bus nos ſibi facile ſubdant. Vides uel hoc loco ut in magnum pre ſidium tributa nobis ſit ſapientia: & quibuſuis armis: quis fere be ſtie muniunt᷑: ualidior? Nos igit᷑ qui beluis hiſce ſumus infirmio res: quia & breuiores earum nonnullis: ſtatura: ſapientia tamē has ipſas p̱uicimus: & tāte molis elephātos uenādo cōphendimus:

ita ut que ex feris his animantibus ſunt ad ſeruitutem idonea: nr̃e obedientia manſuetudini faciamus: que uero ex ſeruitute uidentur nil nobis uſui fore: ſic noſtra cum ſecuritate conſtringimus: ut uel incluſa cum libuerit habeamus: & occidamus: dum nobis ex eorum corporibus ſumendus eſt cibus: nil ſecus: ac cætera que nihil in ſe habeant feritatis. Conſtituit itaq; cõditor ille rerum: ut ratõnali huic animanti & eius innate ſapiẽtiæ cuncta ſubiicerent̃. Quo fit ut pleriſq; in rebus canibus nobis ſit opus: ut ad ouium uel capra rum: uel armentorum tutelam: & domus cuſtodiam: ita & bobus: ut in excolenda terra: & ſarcinariis item quibuſdam iumẽtis: ad one ra deferenda utamur. nec ſecus ad prõſeminati in nobis roboris ex ercitationem: leones urſos leopardoſq; & ſues: & cætera id genus animantia oblata fuiſſe tradunt̃. Deinde Celſus ſic homines ipſos affatur qui & ſui generis excellentiam norint: & quantum cæteris preſtẽt intelligũt. Ad illud enim quod ipſi fatemini: a deo uobis permiſſum fuiſſe: ut & tollere & trucidare beſtias liceat: dicturi ſu mus: par eſſe ut id olim licuerit: priuſq̃ ul̃ ciuitates conſtruerent̃: uel adinuenta opificia eſſent: uel homines in unum coirent: & ar morum nondum eſſet uel retium uſus: ſic homines ipſi uel rapti a beluis uorabant̃: cum illa per homines nuſq̃ comprehenderent̃. Aduerte autem: q́ ſi uel beſtias ipſas ſuſtulerit homines: uel homi nes ipſos corripiant belue: longe tamen ut plurimum differant: q̃ per ſapientiam uicerint: & que feritate & immanitate deſeuiendo hos ſuperent: qui minus ualeant ſapientia: precauẽdo: nequid a be ſtiis patiant̃. Illud uero q́ priuſq̃ ciuitates conſtruerent̃ & artes eſ ſent inuente: & homines ſimul coirẽt: predixit: eius eſſe exiſtimo: qui ſit plane oblitus: que ſupra commeminiſſet. ut mũdus ſcilicet & increatus & incorruptibilis ſit: & illi dumtaxat qui & diluuia eſ ſent & conflagrationes olim perpeſſi: non omnes in hec mala inci derint. ut enim proferre nequeunt: qui mundum increatum exiſti mant: mũdi principium: ſic item nec tempus: quo nec ciuitates fue re nec eſſent adhuc artes inuente. Sed eſto uel ipſi ab eo nil diſcre pantes: ut hec cõcedamus: cum ſuis tñ hic dictis nil correſpõdeat:

quid igit̃ hoc ad id fecerit:quod Celſus idem hic dixerat: ut tum primum homines a beſtiis rapti deuorarent̃: cum minus interea ab hominibus beſtie caperent̃.Si enim per ꝓuidẽtiam factus eſt mundus:& deus cunctis tunc preſidebat: erat omnino neceſſe ut qui in humanis tunc agerent: ubi primum eſſe ceperunt:aliquo ꝑ ſidio munirent̃:quod a potioribus quibuſdam prodiret: ita ut a principio ſit diuina natura mortalibus ipſis admixta:quod utiq; Aſtræus poeta ſat callens:ſic inquit. Communes tunc epule erãt: communes & ſedes immortalibus diis cum hominibus ipſis mortalibus.Et ſacra quidem iuxta Moyſem ſcripta & hos induxerunt q priores dei uocem exaudiſſent & uaticinia: & angelos ſepe uiderent ad ſe uentitaſſe.Par enim eſt ut in mũdi primordiis humana natura plurimum haberet preſidii: quoad demum ad aliquem ꝑfectum euecti:cũ ſapiẽtiæ:tum cæterarum uirtutũ:tum artes excogitandi:per ſe homines poſſent & uitam hanc ducere: ne curatoribus ſemper egerent:& qui ſe inſtituerent:cum mira aliqua rerum earum facie & demonſtratione:que pro dei arbitratu miniſtrarentur.Ex his autem illud conſequẽs eſt:falſum eſſe omnino ꝙ in ꝓncipio a beſtiis homines ipſi abrepti: in eſcam his cederẽt: cũ nihil interea ab hominibus beſtie caperent̃.Nec ſecus ꝑſpicuum eſt uel illud quod p Celſum infert̃ mendacii poſſe coargui: ꝙ homines deus beluarum ditioni ſubdiderit.Nõ enim beluis ſubiecit homines deus:ſed hominũ ſapiẽtiæ beſtias ipas ꝑmiſit: ut captu faciles eſſent:& ipis inſuper artibus:que hac ipſa ex ſapiẽtia aduerſus has pararent̃.non enim ſine diuino quodã inſtinctu: & ſe homines a brutis hiſce & efferatiſſimis animantibus tuebant̃: & hec ꝓuincebant.neſcius autem:& nil plane aduertens:ſtrenuus iſte:&ſi mľtis philoſophis ꝓuidentiam diuinam illam rationaliũ gratia feciſſe omnia aſſerentibus:uel precipua quedã quãtum in eo fuit: iccirco ſuſtulit dogmata: quia cum his cõuenire ad ſapientiæ ſtudiũ xpiana religio uidebat̃.nec plane intelligit quantum iacture fiat: dũ uerus intercipit̃ cultus:ſi illđ ſuſcipit̃:ꝙ a formicis & apibus apđ deum nil differãt homines. Inquit enim iccirco differre homines

a brutis uident̃: quia & incoluerint ciuitates:& utunt̃ republica: magiſtratibuſq; fungunt̃: quod utiq; ad rem min ime facit. ſiqui dem apibus & duces ſint quos & ſequant̃ & curent: ſint preterea bella: uictorie:de uictorumq; fuge:& internitiones: ſint ciuitates: ſuburbia & operum ſucceſſiones: aduerſuſq; ignauos prauoſq; & iura. Nam & abigunt fucos & pæna afficiunt. Et ſane neq; in his q dem hic uidit quidnam ſit inter ea diſcriminis:que ratione & ratõ nali natura gerunt̃:& que ratõnis inſtinctu quodam & tenui ope ra fiunt:cum nulla his ratio inſit:qua queant que fecerint capere. quippe cũ nihil habeant apes in ſe rõnis. Vetuſtiſſimus aũt & dei filius ille ſubſiſtentiũ omnium dñs: naturam ratione carentem ic circo effecit:ut tanq̃ rationalis his preſidio eſſet que nulla ſunt rati one dignata. Ciuitates itaq; apud mortales multis artibus conſti terunt & legibus & inſtitutis:reſpublice item & magiſtratus & hu iuſmodi cætera utcũq; & proprie nũcupent̃:inter homines ſũt co firmate:his itaq; haud parum intenti:qui rectius leges ſanxerunt: optimas conſtituere reſpublicas:nec ſecus & p̃fecturas & magiſtra tus: quorum in brutis nil unq̃ potuit inueniri: Tam&ſi Celſus rationales rerum nuncupationes & rationalibus attributas: ciuita tes dico & reſpu.& magiſtratus:uel formicis & apibus aperte detu lerit: cum ad hec munera nec formice nec apes uſpiam admittan tur:ut que non ex animi quodam conceptu hec faciant: ſed natu ram ipſam diuinam mirabimur:que uel aduſq; bruta illud proue xerit:ut pleriſq; in rebus ratione preditos imitent̃. Et forte id egit ut multis uel ratione utentibus perſpicuum eſſet exemplar: ut for micarum intenti operibus:& rem ipſi gerendam agrediant̃:& par ta iam ſeruent:& apum ubi mores cognouerint:& ducibus pareãt partianturq; optima reipu. ad ciuitatum ſalutem negocia: & forſi tan apium certamina:ad iuſtiora & bene dipoſita prelia ineunda: ſunt documento:ſi unq̃ gerenda eſſent mortalibus. Nec tamẽ api bus uel urbes ſunt uel ſuburbia: ſed aluei: & adglomerata exami na: & domo abacta: ita ut ad hominum uſum & operent̃ & que important̃ ſuſcipiant: ſiue ad corporum affectoꝝ curationem hi

melle utant̃:ſiue lautiorẽ in cibum.nec ſane ſunt que ab apibus in fucos gerunt̃: cum iudiciis his conferenda & pœnis que aduerſus eos edunt̃ qui praue in urbibus & per inertiam degerint. Verum ut ſupra iam dixi: naturam in his admirabimur ipſi diuinã: & ſuſcipiendũ eſſe hominem affirmabimus: qui poſſit que uniuerſoꝶ ſunt ſupputando:animo ipſo complecti:& ornamentum his inde re:nec prouidentiæ ſolum diuinæ opera exequat̃:ſed ſua.Cum uero fecerit Celſus de apibus formiciſq; mentionem: ut non modo chriſtianoꝶ: ſed cæterorum hominum: cum ciuitates:tum reſpublicas:tum prefecturas & magiſtratus: tum que ꝓ patria gerunt̃ & bella extenuet.Subiungit deinceps:& apum laudes explicat:ut illis collaudatis:hominum diſpenſationẽ in cibis quærendis & curam deniq; cauillet̃: & iſtoꝶ future hiemis prenotinem contemp nat:ꝑinde non plus quippiã habeãt: q̃ formice rationis expertes: quibuſ & ineſſe ꝓuidentiam putat.quem enim ſimpliciũ hominũ qui & rerum omniũ naturam uel aduertere neſciant uel cõtemplari:quantum in eo eſt:Celſus non ꝓrſus auertat:ne opem his ferat qui ponderibus opprimunt̃:& laborum ſe participem offerat:dũ de formicis hec narrat:ut inuicem ſe oneribus leuent:& ubi ſiquã laborantem conſpexerint plane opitulent̃.dicet nanq; rudior aliqs:&ſi forte uel inſtruẽtibus aliis erudiat̃:cũ de ſe nihil aduertat. Cum igit̃ a formicis nihil ipſi diſtemus: ubi graui pondere laborantibus aliis opem tulerimus: cur incaſſum id agimus:̃quando nec formice quidem ut ratione carentes: gloriæ que ipſe met facti tent duxerint: ſi hominũ operibus comparentur:̃ homines uero qui ob inſitam rationem noſſe ſat poſſunt uti eorum communicata officia tandem uiluerint: offendent̃ fortaſſe ſi Celſum & eius dicta aduerterint:qui ſane nil uideat dum a xp̃iana doctrina dehortari hos uelit:qui ſua ſcripta ꝑlegerint:quemadmodũ uel gentiles ipſos ab officio pietatis detorqueat ne prorſus ſuccurrant grauiſſima onera ꝑferentibus.oportuit aũt ſi philoſophi is fungebatur officio:ut percepta communi utilitate: cũ uellet ĩ chriſtiana religione:que prodeſſe uiderent̃ hominibus ſimul euertere:ut et bona

que cõmunia xpianis cũ cæteris mortalibus iudicaret: extolleret: ſi fieri poterat:& operã his ſimul impenderet:q ſi ſemina & ex his editos fructus deponunt formicæ:ne diſpergant̃:& maneat his in annum quo uesci queant: haud tamen ea mente id facere illas exiſtimandum eſt:ſed naturam ipſam id operari: que uel bruta exornat:ut eſt rerum omnium parens: & ex ſe nil penitus nec minima quidem pretereat: nec ullum patiat̃ ſue rationis ueſtigium intermittere.ni forte clam uelit per hec Celſus(ſolet nãq Platonem in plurimis imitari)perſimilem eſſe omnium animam.nec quicq̃ ab ea hãc ipſam differre:que formicis inſit & apibus.quod utiq eius fuerit:qui animam e cœli conuexionibus:ad humanum non ſolũ corpus traduxerit: ſed uel in cæterorum impegerit animantium corpora. Cui opinioni chriſtiani homines nihil aſſentiuntur: ut qui perſuaſum iam habeant ad imaginem dei eſſe hominis animã figuratam:& uideãt plane fieri non poſſe ut que ad imaginem dei uel natura ipſa ſit condita: penitus queat ſui ipſius characteres abolere: & alios neſcio quos demũ reſumere q brutorum quorũdã imaginem preferant.Sed cum perfunctis uita formicis:que ſupeſtites fuerint:ſeorſũ inqat Celſus: locũ decernere: & hũc his eſſe p prio more ſepulchrorum:dicendum:quo plures ratione carentibus aggeſſerit laudes:eo magis ul̃ſe inuito: ratõnalis naturæ opus exaugebit que uniuerſa exornet:& hũanã ſolertiã patefaciet:que orõne queat brutorum animãtiũ exornare affectus.celſus uero cũ ſentiat nec rõis eſſe expertia que ad cõmunem omnium opinionem bruta uocantur:nec formicas duxerit ratõne carere.Is inq̃ qui de uniuerſorum natura dicturum ſe pollicet̃: & ueritatem libri iactat inſcriptõne: de formicis tanq̃ mutuo ſermone utentibus:iſtiuſmodi ſubdit. Et ſane quidem dum ſe offendunt: & diſputant & colloquuntur: quo fit ut nec uia aberrent.Erit igitur & perfecta apud iſtas oratõ: & de ſumma rerum quarundam:communes ſententiæ & edite perinde uoces:& exiſtentia quedam & ſignificata:fit enim per uocem alterna hec diſceptatio aliquid præ ſe ferentem ſignificantiæ: de hiſq & pleraq denuntiãtem que accidentia dicimus: & hec quidẽ

uel formicis ineſſe fateri:cur nõ præ cæteris fuerit irriſione digniſſi
mum:˜ nec ueritus tamen his addere: que poſteris patefaciant ſuo
rum dogmatum feditatẽ:age inquit:ſiquis e cœlo in terram deſpe
ctet:quid nam huic apparebit eſſe diſcrimis:inter ea que ipſi geſſe
rimus:& que p formicas & apes gerant̃:˜Enimuero qui iuxta Cel
ſi ſuſceptam materiã e cœlo in terrã deſpexerit:& mox que per ho
mines fiunt aduertat:& que p formicas agant̃ & apes: nun ubi in
hominũ corpora: & formicarum & apium ſuperne hic intenderit
oculos:non hos ratione duci menteq; & cogitatione moueri intel
liget:˜illa uero & temere agi quocunq; impetus tulerit:& nulla cũ
ratione:ſed imaginatione dumtaxat:& nature inſtinctu qu odam
deferri:˜Sed fuerit quidem abſurdius ut qui e cœlo ad terras demi
ſent oclos ſi hoĩm formicaꝝ & apiũ: e tãto interuallo:corpora dũ
taxat uelit inuiſere: nõ lõge magis mẽtis aĩorũq; naturas inſpicer̃:
& motuum ipſoꝝ originem:utrum rationalis an rõnis illa ſit ex
pers:ꝙ ſi motionum & impetus fontẽ quis ſemel ſit cõtemplatus:
hauddubie & hoꝝ diſcrimina internoſcet:& quantũ homines ipi
precellãt:ita ut non modo formicas & apes hi longo interuallo ex
cedant:ſed elephantos & maiora hmõi animantia.Cum alioquin
qui e cœlo ad inferiora iſta obtutum deflexerit in brutis quidem:
&ſi ingẽti ſint corporis mole: nullum ſpectabit ineſſe primatum:
niſi irrationalitatem:ita ut dixerim:quandã.in his uero:ut rõnali
bus rõnem:que utiq; cum diuinis & cœleſtibus ipſis:uel cum deo
cõmunis eſt homini: qppe q ad dei dicit̃ imaginẽ factus: ſiquidẽ
dei imago:q cunctis preſidet rebus: eius eſt uerbũ. cæteꝝ cũ mor
talium genus deprimere in multis cõtẽdat: & brutoꝝ ſimillimũ
reddere:nec de his preterire quidpiã uelit:quod ſit hiſtoræ prodi
tum:& maiora quedã ꝑtendat:uel magicã brutis quibuſdã ineſſe
artem affirmat:& ne forte hanc ſoli homines iactẽt:& in ea nolint
bruta hec anteire:ſic ſubdit.ꝙ ſiqd hoĩes magicis carminibus ſapi
ant:iã ea in re ſapientiores ſunt lõge ſerpẽtes & aquile:norũt enim
q̃multa:que & uenena decutiant:& mala ꝓpulſent.Accedit etiam
& lapidũ quorundã ut calleant uires: ad nidi & pulloꝝ ſalutẽ:que

quidem ſi hominis aſſequant̃: mira quedã adeptos ſe arbitrent̃. Primum quidem neſcio quo pacto brutoꝝ animantiũ in phiſicis hiſce medelis: ſiue peritiam ſiue naturalem conceptũ magicam dixerit: pinde in aliis id magici nominis plane deſierit: ni forte clam uelit ut Epicureus carpere iſtiuſmodi rerum & uſum: tanq̃ ĩ magorum hic pollicitationibus cõſtet. Sed concedat̃ ut in eius artis cognitione homines inſoleſcant: ſiue in ea ſint peritiores ſiue minus periti: uerum quo pacto uel ea in re ſapientia ſerpẽtes preſtiterint homines: quia fœniculo ad oculos exacuendos & citatiorẽ motũ utunt̃: cum id natura tantum illis ſit inſitum: non ut mente & cogitatiõe eam rem aſſequant̃: ſed inſtinctu naturæ quodã id agãt. Homines uero non ex ſimpliciore ipa natura: ut deduci ſerpentes ſolent: ad iſta deueniunt: ſed experientia partim: partim doctrina: & coniectura plerunq; uel arte: at aquilas dixeris. aetitem lapidem ad pulloꝝ ſalutẽ repertum: ad nidum perferre. Sed unde nã illud: nun quia ſapientiores ſunt aquile: uel quia homines ſapientia antecedant: qui experientia quadam aminiculum illud: quod aquilis ẽ natura tributum: animo & cogitatione inuenerint: & conſiderate utant̃. Eſto preterea ut & alia quedam beſtiis innoteſcant: que ad medellam mirifice iuuent: quid igit̃ ad illud id fecerit: cũ nõ natura ſit horum inuentrix ſed ratio: que talia in brutis ipſis deprehenderit. Si enim ratio ut beluis inſita hec inueniret nõ in ſerpẽtibus dumtaxat illud comperiret̃. Inſit preterea ſecũdum aliud quidpiã aquile: tertiumue & aliis item & cæteris animantibus: uel ſi placet: quecunq; ineſſe hominibus conſtat: eſt tamen ex eo pſpicuũ: quãdo ex conſtituto ꝓ cuiuſq; bruti natura & adiumenta cõſentanea ſunt: nec ſapientiam illis ineſſe: nec ratõnem: ſed naturalem inſtinctum ſalutis gratia quempiam: p rationẽ his inditum. q̄ ſi in his uellem cum Celſo ſentire Solomonis illud ex parabolis mox ipſe ꝓducerem: quatuor ſunt minima terræ & ipſa ſunt ſapiẽtiora ſapientibus: formice: ppl̃s infirmus q̃ p̃parat in meſſe cibum ſibi: lepuſculus: plebs inualida: qui collocat in petra cubile ſuum. regem locuſta non habet: & egredit̃ uniuerſa p turmas. ſtellio manibus ni

titur:& morat᷑ in edibus regis. Atq nequaq̃ dictis his utimur per inde apertioribus & ſatis patentibus & inſcriptioni huic conſenta nea: inſcribit᷑ enim liber perabolæ: ſed tanq̃ enigmata iſta conqri mus: eſt nanqꝫ uiris hiſce cõſuetudo: ut cũ aliud ex ſcriptione ipſa ꝑtulerint: aliud latẽtiori ſenſu deſignent: in ſpecies multas hec ipa diſpartiant᷑: e quoꝝ numero: ſat eſſe pabolas cõſtat. iccirco in euã geliis ſcribit᷑: ſaluatorẽ nr̃m hec tradidiſſe. Hec in parabolis locu tus ſum uobis: uenit hora ut non ultra in parabolis loquar uobiſ cum: non igit᷑ ſenſibiles iſte formice ſapientiores ſunt ſapiẽtibus: ſed qui in Prouerbioꝝ pinde ſpecie demonſtrat᷑, nec ſecus poterit & de cæteris animãtibus dici. Sed ſimplicia admodũ & rudiora ex iſtimat Celſus: que cũ iudei: tum xp̃iani lr̃is ꝓdidere: & putat quí dem qui illa interpretant᷑: ubi id egerint: ſcribentiũ uolũtatem ui olentius corrupiſſe. Ex his igit᷑ arguitur Celſus fruſtra nos carpe re: & eius deniqꝫ ſermo falſitatis conuincit᷑ de aquilis & ſerpẽtibuſ habitus. quo illos decernit hoĩbus eſſe prudẽtiores & ſapiẽtia hos anteire. Vult ꝑterea multis diuinitatis cognitionẽ oñdere: ꝑter cæ tera animãtia homini nõ eſſe ꝑcipuã: ſed brutoꝝ eẽ nõnulla: que utiqꝫ q̃ dei ſunt norint: de quo tã uarie ſenſerit: uel ꝑſpicatioreſ illi & ſũmo ingenio uiri: q ubiqꝫ terraꝝ tã græci q̃ barbari extitere: vñ ſic inquit. Si enĩ homo diuine mẽtis ẽ capax: & icci reo ꝑcellere cæ teris animãtibus exiſtimat᷑: ĩtelligãt qui hoc ipm̃ fatent᷑: ul᷑ alioꝝ aĩalium pleraqꝫ fore q̃ ſibi id uẽdicẽt: & iure quidẽ. qd enĩ quiſpiã diuinius eẽ ꝓtulerit: q̃ futura ꝑnoſcere: & lõge hec ante ſignificar᷑ id igit᷑ hoĩes ab aliis animãtibus & auibus ꝑſerti ediſcũt: & qcũqꝫ illaꝝ portẽta intelligũt: uates dicunt᷑ & augures. Si aues itaqꝫ nos & aĩalia queuis alia: ex deo uaticinantia: futuroꝝqꝫ ꝑſcia: ex ſignis cõmonefaciũt: eo magis appet effecta hec eſſe deo ꝓpinqora: ſapiẽ tiaqꝫ pollere: & illi itẽ eſſe gratiſſima. Ferũt aũt & q inter hoĩes ſapi unt: & collocutiones his eſſe: uel nr̃is quidem longeplurimum ſan ctiores: & eorum nihil hec fugere: que gerantur: & re ipſa preferre: quemadmodũ fiunt: cognitionem. quod utiqꝫ ꝑdicendo q̃multa aues ipſe affirmãt: uti & uerba q ſe cõſulant fecerint: & cuiuſmodi

ſecerint:& quo ſe contulerint: hoc illud ue: ut facturi deniq; ſint. hec ſane aues uel delapſu quodã & uolitatu: uł garritu ꝑmõſtrant. Elephãtis uero nil ſanctius eſſe uidet̃: nec erga deos uel fide uł pi etate maiori: nimirũ qui diuinitatis habeant notionẽ. Aduerte au tem quemadmodũ: uel ea que cũ apud græcos: tũ apud barbaros queſita ſint: ſiue hec ipſa hi adinuenerint: ſiue a demonibus qbuſ dam didicerint: que de auguriis & aliis animãtibus perhibent̃ a q bus portendi nonnulla hoĩbus & predici Celſus affirmat. Et imꝑ mis quidẽ queſitũ eſt: utꝝ augurandi ars ulla extaret: & utrum ꝑ bruta hec deniq; uaticinia fierẽt: an minime? Secũdo apud eos q ꝑ aues uaticinia fieri poſſe admittũt: nil conuenit̃: quẽadmodũ fiãt. Siquidẽ ꝑ demones partim: ſiue ꝑ deos quoꝝ ẽ uaticinãdi id mu nus motus illos affirmẽt in beluis fieri: & auibus itẽ ad uarios uo litatus & uarias uoces: in cæteris uero ut ſeſe iſtorſum illorſumue moueãt: partim aũt & motus fieri his lõge diuiniores: ad quos & illđ accedat: ꝙ accõmodatõres ad id ſint iſtiuſmõi animãtiũ aĩmi: quod ꝑſus eſt incredibile. Oportuit aũt: ſi ĩ uero hec ſenſerat Cel ſus: ut plane oſtẽderet quẽadmodũ bruta hec animãtia diuinitatis in ſe plus quidpiã & ſapiẽtiæ q̃ hoĩes ipſi haberẽt: & pluribus con firmaret magicã artẽ ſubſiſtere: & aptius qbus id tueret̃ & clariori bus argumẽtiſ mõſtraret. & explicatiuſ arguẽdo eoꝝ dicta q iſtiuſ modi uaticinia tollerẽt: ĩprobaret. nec ſecus & hos refutaret q a de monibus ſiue diis affirmẽt ad uaticinãdũ beſtias cõcitari: & demũ aſtrueret has ipſas: & ſi rõnis expertes: animũ nactas eẽ diuiniorẽ. Sic forte & nos eius ꝑſuaſiõibus: ſiqđ tãtis ĩ rebus philoſopho di gnum ꝑ ſe tuliſſet: inheſiſſemus: cõfutãdo qdẽ animãtia ipa rõe ca rentia: hoĩem poſſe ſapiẽtia ſuperare: falſitatis uero coarguendo: di uinitatẽ hec magis q̃ ipſos nos ſapere: & ſanctiora ĩter ſe hr̃e collo quia. Nũc uero q nobis ĩ crimẽ aſcribit: ꝙ ĩ deũ uniuerſoꝝ preſidẽ credimus: dignũ ducit: uti & illđ credamus: auiũ aĩas fuiſſe & mẽtẽ nactas lõge magis diuinã & clariorẽ q̃ hoĩes hẽant. qđ utiq; ſi ueꝝ eſt: habitur̃ ſũt ergo & aues clariores de deo ſẽſus q̃ habeat Celſus. Nec ſane mirum ſi ea in re Celſum aues ꝑuicerint: q hominẽ ipm

tam enixe extenuet & paruifaciat. Quinetiam quantũ in Celſo fu erit aues ipſe mentis diuinitate atq; preſtantia non ſolũ nos xp̃ia nos & iudeos ſimul excelſerit: qui nobiſcũ eiſdem ſcriptis utunt̃: ſed eos etiam qui apud græcos theologi extitere. diuinitate ergo iuxta Celſum auium genus: preſtantiorẽ longe naturam acceperit q̃ pherecides uel Pythagoras ipſe uel Plato: & nimirũ adeunde no bis aues fuiſſent perindeac inſtructrices: ut ſuis nos uaticiniis: que futura ſunt edocerent: ſic item & mortalibus ipſis ambiguitatem omnẽ de diuinis adimerent: cum de his ſententiã promerent: que clarius cõcepiſſẽt. Celſum igit̃ exiſtimantẽ ab hoibus ſic aues dif ferre: illud plane ſubſequit̃: ut auibus dumtaxat utatur magiſtris non alio quouis apud græcos philoſophantinm. Nobis uero ad ea que propoſita ſunt: pauca e multis dicenda fuerint coarguenti bus opinionem non minus ingratam q̃ falſam in ſuũ conditorẽ conceptam: homo nanq; Celſus cum ſit: In honore cum eſſet non intellexit: & iccirco nec cum auibus comparãdus eſt & pecudibus aliis: quibus putat uaticinandi uim quandã ineſſe: ſed illis potius de primatu concedens: enixius lõge q̃ ipſi ægyptii: qui bruta que dam ut deos adorãt: ſeip̃m ſubiecerit. Et quantũ in eo eſt uel uni uerſum hominum genus: tanq̃ de diuinitate illi deterius ſentiãt: q̃ ſenſerint aues: ratione carentium ditioni ſuppoſuit. Sed imprimiſ inquit illud queratur: conſtet ne per aues & cæteras animantes: q̃ & fatidica eſſe credantur: ars iſta uaticinandi an minime? Non enim contemnendã ſunt dicta que poſſunt in utranq; partem pro ferri. Fit itaq; ut illud nonnunq̃ admittere uereatur: quod ratõna le ſit animal: pro demonum uaticiniis & his demum poſthabitis haudquaq̃ auibus ipſis utatur: nonnunq̃ uero multorum aperti oribus teſtimoniis dicit fuiſſe q̃plurimos maximis iccirco pericu lis liberatos: quia fidem auguriis preſtitiſſent. Sed cõcedat̃ in pre ſentiarũ conſtare auium hec auguria: uel hoc pacto id opinãtibus & ea iampridẽ captis opinione: oſtẽderim equidẽ lõgeplurimũ ho minẽ brutis aĩantibus & uaticiniis hiſce ſupiorẽ: nec quoq̃ pacto hunc eſſe cũ his conferendũ. Nam ſiquid beſtiis ineſſe diuinæ na

turæ futura preſagientis:& que tam afflués eſſet & copioſa:ut abũ de & uolenti cuiqȝ futura denuntiaret:profecto habita prius earũ rerum que ſe pertingerent ratione:precauerent ne ea aduolitarent qua ad ſe captandum homines pedicas & laqueos poſuiſſent:& ſa gittas maxime deuitarent:& aquile item iam preſcie pullis inſidia tum iam iri:ſiue per angues ad hos perdendi ob cauſam euadẽtes: ſiue per homines:uel ad ludibrium illos uel ad medellã capturos: nequaq̃ nidificarent:ubi eſſet futurum ut pullis pararent̃ inſidie: uel nullum deniqȝ huiuſmodi animantium ab hominibus capi tã facile poſſet: quippe que homines diuinitate & ſapientia anteirẽt. ꝙ ſi & alites bellum inter ſe gerunt: ut Celſus inquit: & naturam habent augurales aues diuinam:& ſine ratione animantia: diuini tatis & ſenſum:& futura preuoſcunt: que omnia iam ſupra expo ſui: haudquaq̃ homericus paſſer eo eſſet in loco nidiculatus: ubi futurum erat ut draco:cum ſe:tum pullos deperderet:nec rurſum: ut poeta idem affirmat: & draco nil precauiſſet ne per aquilam ra peret̃.Nun igitur aquila dumtaxat erat fatidica:̃ draco uero quã doquidem hoc animante augures ipſi utuntur: nequaquam erat futuri iam preſcius:̃ Cur ergo: ubi in integro eſt quod eligi poſ ſit:non utriqȝ arguantur fatidici:̃Non enim draco ſi fuiſſet fatidi cus non ſibi cauiſſet ne ab aquila hec illaue pateret̃. Poſſunt uel innumera alia produci exempla:quibus id aſtruat̃: animantibus hiſce & brutis animam minus ineſſe:que in ſe uaticinandi uim ha beat.Sed iuxta poetam hunc ipſum olympus multos mortalium in lucem emiſit: & Apollo ad aliquam ſignificantiam accipitre utitur nuntio:nimirum Apollinis celer is dicitur nuntius: iuxta nos uero:prauos conſtat eſſe hos demones: & ut ita dixerim: tita nicos ſiue gigãticos quoſdã erga uerum deum & cœleſtes angelos ad impietatem redactos: & e cœlo precipitatos:& circa corporum craſſiora in terra hac uolutari:aliquam nactos de futuris cognitio nem:ut qui terreis ſint hiſce corpoibus liberi:& in eo uerſent̃: ut plane puelint humanum genus a uero deo ſeducere. Vnde & ani malia ſubeunt:ſiue que rapaciora ſint & agreſtia:ſiue que cautiora

& uafra:ita ut hec & ꝑ arbitrio concitēt: & quouis tempore libeat iſtoꝝ imaginationes & animi impetus: ad uolitatus & motus ali quos uertant:ut homines auſpiciis capti:que his ineſſe crediderit: ne deum qui cuncta complectit̃ querant:nec uerum cultum expē dant:ſed tota mente in terram procumbāt:aueſq; & dracones: uul pes inſuper & lupos ſectentur. Siquidem per idoneos quoſdam ſit obſeruatum: efficaciores rerū prenotiones: per huiuſmodi ani mātia fieri:perinde in domeſtica cætera & hominibus aſſueta: nō eam uim habeant demones:quā in efferatioribus habent: que ob uiciorum ſimilitudinem:ſi dici uicia poſſunt que iſtis īgenita ſūt: ad facinus omne exercent. Vnde ſiquid unq̄ in Moyſe ſum demi tatus:uel illud dignum miraculo duxerim: ꝙ ubi animalium na turas nouiſſet:ſiue que de iſtis traduntur:ex deo perdidiciſſet: cal leretq; item & que demonum ſunt: & ut cuiq; animanti hi eſſent propinquiores:ſiue ipſe ſapientia quadam prouectus: ea compere rit q̄ de animantibus ipſis definiuntur: omnia quidem dixit eſſe immunda:que apud ægyptios & cæteros hominum uaticinandi uim habere creduntur:& omnino mundiora illa exiſtere:que non iſtiuſmodi forent: ita ut inter immunda habeatur apud Noyſem lupus:& uulpis item & draco:aq̄laq; & accipiter:& huiuſmodi alia nec ſolum in lege:ſed in prophetis etiam hec comperturus es ani mantia:ad peſſima ꝓrſus exempla fuiſſe deſumpta: nec uulpis no men nec lupi fuiſſe unq̄ ad bonum aliquod uſurpatum. Videtur itaq; demonū cuiq;: ꝑ eius eſſe & ſpecie communicatio quedam ad ſingulas animantium ſpecies. Et quemadmodum inter homines hominibus aliis ualidiores ſūt quidā:uel agilitate ipſa uel uiribus ſic inter demones fortiores nōnulli extiterint. Et plane ut liq̄t ad hoīm deceptiones animalibus hi ꝑ eius arbitratu utunt̃:q mūdi ꝓnceps nr̄is in lr̄is uocitat̃.alii uero p aliā quādā animātiū ſpeciē futura denuntiabūt. & uide q̄ ſint demones iſti flagitioſi:ut eorū inſtinctu uel uirgunculas ipſas deſumant uaticinandi gr̄a quidā: ſed tuo iudicio illud permiſerim: utrum hoꝝ ſit potius admitten dum:ꝙ deus ipſe:eiuſq; filius:aues uel cæteras animantes ad edēda

uaticinia moueant: an qui animantia hec hominibus ipſis aſtantibus concitant: improbi demones ſint & immundi: ut ſacre littere nuncupant: ꝙ ſi iccirco diuina eſt auiū anima qa futura predicūt: cur non potius hominum: quādo & his admittunt oracula & auditu percipiunt: diuina igit aliqua iuxta hos erat homerica auis que procis predixerit: poſtremo ſe ibi tunc cenaturos: en uero diuina hec fuit. atqui Vlixes ille & tantus: & Minerue amicus: diuine alitis diuinationibus cognitis leticia: ut inquit poeta afficiebatur: ex ædito Iouis oraculo. Aduerte autē: ꝙ ſi diuinum aues animum habent & deum ſentiunt uel deos: ut Celſus appellat: perſpicuum erit uel nos homines e quadam nobis qualitate innata: & ea quidem uaticinabili: animum ſubeunte iam ſternutare: ſiquidem id ita accidere multoꝝ teſtimonio cōffirmat: vñ & Homerus ſic inquit. Hic uero ſupplicante illo adſternutabat. Icciꝛco & Penolopes ipſa illud ſubiecit. Nō uides o mi fili ut his uerbis adſternutaueris: atqui quod in uero diuinum eſt: ad futuri cognitōnem nec irrationalibus his utitur beluis: nec quibuſuis hominum: ſed ſanctiſſimis dumtaxat & puriſſimis quorundam mortalium animis: quos & deo cōplet & prophetas reddit & uates. Quocirca ſi aliud quidpiam in Moyſi lege mirifice dicit: uel hec fuerint illi adnumeranda. Nolite augurari: & alibi: gentes iſte quarum poſſidebitis terram augures & diuinos audiunt: Tu autem a dn̄o deo tuo aliter inſtitutus es. Deinceps ſic ſubdit. Prophetam ſuſcitabit dominus deus tuus de fratibus tuis. Cum autem olim per augurē deo collibuiſſet ab auguriis populū dehortari: effecit: ut i augure ſpūs loqueret huiuſmodi. non eſt auguratio in Iacob nec uaticiniū in Iſrael: per tempora nuntiabitur Iacob & Iſrael quid facturuſ ſit deus. Hec itaqꝫ: & his ſimilia nobis cum innotuerint: libet mandatum id myſtice denuntiatum ut obſeruetur. omni cuſtodia ſerua cor tuum. Cauendum quippe ne quid quod demonum ſit mentem inſcēdat: uel ſpiritus aduerſantium aliquis ad ea que uult uertat imaginationē ueſtram. Optamus autē ut illuceat cordibus nr̄is illuminatio ſcientiæ claritatis dei: diuino ſpiritu animū ſubeunte:

& nobis que dei ſunt ſuggerẽte: Quicũq; enim ſpiritu dei aguntᷣ: hi filii dei ſunt. Sciendum preterea haudq̃q̃ eſſe omnino diuinum futura prenoſcere: quippe quod ſecundum ſe medium ſit: & in prauos etiam quoſdam urbanoſq; item cadat: nam & medici multoꝝ ſunt ex arte medica preſcii: tam&ſi deprauatis ſint moribus: ſic item & nauium gubernatores: &ſi perditi ſint & ſceleſti: ex obſeruatione tamen quadam & longa experientia: & uentoꝝ preuidẽt ſigna: & turbines: reuolutiones inſuper: que in hoc terræ ambitu fiunt: haud tamen iccirco diuinos eos quis dixerit: ſi moribus ſint prauis imbuti. Falſum igitur eſſe conuincitᷣ: quod Celſus hũc in modum predixerat: quid enim diuinius quiſq̃ attulerit q̃ futura prenoſcereᷣ & lõge hec ante ſignificareᷣ nec ſecus & falſitatis illud arguitur: animantium pleraq; ſenſus ſibi uendicare diuinos: nihil enim in ſe habet diuinitatis: animalium mens ratione carentium: demum & illud falſo aſtruitᷣ: diuinis colloquiis bruta eſſe propinquiora: quando uel homines ubi ex improbis ad ſummum profectum euaſerint: longiuſ abſunt a dei ſermone: illi dumtaxat qui in uero ſunt ſapientes: & pietate nil ſimulata: cum deo loquuntᷣ. quales iuxta nos extitere cum prophete: tum Moyſes: cui ex puritate multa & abundanti: quod traditur hunc in modum: teſtimonium perhibet: Moyſes ſolus aſcendet ad deum: alii autem nõ appropinquabunt. Verum quo pacto ab eo tam impie: qui nobis impietatem obiectat: editum eſt: non ſolum hominũ bruta hec ſapiẽtia anteire naturam: ſed dei eſſe amantioraᷣ aut quis nam non a recto diuertat mox animum qui Celſo fidem preſtiterit: draconẽ ac uulpem: lupũ & aquilam accipitremq; fatenti: maiori eſſe erga deũ affectu: q̃ ſit humana naturaᷣ quo fit ut Celſũ id ſubſequatᷣ: ut dici iure id poſſit: Si deũ beſtie uehemẽtiori quodã q̃ hoĩes ꝑſequuntᷣ amore: liquet ergo nec Socratem ipſum nec Pythagorã: nec Ferecidem: & quos pauloante extuleram laudibus: græcorum theologos: caritate in deum exceſſura eſſe hec animãtia. ſed illud celſo qs comprecetᷣ: Si enim deo hec acrius longe q̃ homines ipſi afficiuntur: uelim equidem & ipſe ſis huiuſce pietatis in deum cum beluis

particeps:& iſtorꝝ perſimilis:que iuxta te homines erga deum ob ſeruantia ſuperēt. Sed age neminē eſſe huiuſmodi aliqd ſuſpicetᷣ: Verum quis nam non illud optauerit:eorꝝ ſe ſimilem reddi:quos dei duxerit eſſe amantiores:ut & ipſe nil ſecus ac illi pari quadam afficiatur in deum beniuolentia:Deinde cum placeat Celſo muto rum colloquia animantium:noſtris eſſe admodum ſanctiora: nō quibuſuis hominum:ſed ſapientibus dumtaxat id rei demandat: ut difficile cognitu:Cum in uero hi ſint ſapientes: qui & ſolertio res & probi extiterint.Siquidem improbus nemo dici ſapiēs pōt. inquit igitur.Ferunt enim qui inter homines ſunt ſapiētes:& mu tua eſſe brutis colloquia:& noſtris ſane his ſanctiora. Et ſe quidē que dicantur pernoſſe: & re ipſa oſtendunt: ſe horum nil fugere: ubi plane predicunt: quo nam abiture ſint aues: quidue facture: hoc illudue etiam patefaciunt: cum eo ille ſe conferant:& fecerint plane:que ipſi predixerint.Et ſane ut ueritas habet: nemo ſapiens iſta conſcripſit:nec brutum eſt aliquod unq̄ ſermones ſanctitate noſtros ſe anteire profeſſum.ꝙ ſi dum Celſi dicta inquirimus:qd ſubſequatᷣ conſideremus: liquet profecto ad eius opinionem ſan ctiora admodum eſſe que inter ſe contulerint bruta: q̄ Pherecidis Pythagoræ Socratis & Platonis uirorꝝ preſtantium: & aliorū phi loſophorum ratiocinatio ſit:quod utiqꝫ uel abſurdiſſimum eſſe ar guitur.ꝙ autem & credamus ex auium uoce nihil ſignificante nō nullos ꝑdiſcere: quo ſe ille contulerint: & quid preterea fecerint: quidue portendant:uel id quidem fatebimur per demones homi nibus ſignificatum: ut ab his fallantur mortales.& a deo ſuo auul ſi:a diuinis & cœleleſtibus ad inferiora iſta mentem detorqueant. nec plane intelligo quo pacto Celſus elephantorum iuſiurandum uſpiam audiuit: & fide erga deum ut nos hi antecedant: & diui uinitatis habeant cognitionem. Et ſane nihil me preterit: q̄mul ta & mirabilia de animalium cum natura: tum manſuetudine fu iſſe hiſtoriæ demandata: & alioqn de elephantico iſto iureiurādo nil cuiq̄ proditum eſſe ſat ſcio. ni forte illorꝝ placiditatem ubi no bis inſueuere:manſuetiores iam redditi: perinde cum hominibus

id illi ſemel pepegerint: ſeruatum ab his iuſiurandum hic dixerit. quod utiq; falſum eſt: nam & ſi rarenter: hiſtoriæ tamen id prodi tur: edomitos & manſuefactos: iam elephantos in homines deſe uiſſe. & iccirco: ut nõ uſui ultra futuros: neci damnatos. Proxime autem ut & illud confirmet: ſecundum ſe uel pellicanum pietatis officio hominem ſuperare: que de hoc animante narrant̃: aſſum pſit: ut & uicem reddat: & eſcam deferat genitoribus. ad quod dicẽ dum: non ex officii contemplatione pellicanos id facere: nec cogi tatione aliqua: ſed natura id ut faciant duci hac ipſa uolente que has aues parauerit: ut uel in mutis animantibus homines exẽplar haberẽt: quod & intueri iam poſſent: quemadmodum gratie ſint reddende parentibns. ꝙ ſi intelligeret Celſus: quantum interſit ſi ratione id fiat: uel nullo rationis inſtinctu: ſed natura dumtaxat duce geratur: haudquaꝗ̃ pellicanos hos diceret: homines pietate ꝑ uincere. quinetiam Celſus pinde pro brutis tutandis decertet: & iſtoꝝ ſuſceperit patrocinium: Arabicum animal fænicem deſumit commemorandum: quemadmodum in ægyptum ſecedat: defun ctumq; geſtet parentem ſmirnea ſpera recõditum: deponatq;: ubi ſolis ſit ſacrum. & id quidem hoſtoriæ ꝓditum eſt: poteſt alioqn ſi uerum id fuerit uel nature eſſe id munus: diuinæ prouidẽtiæ lar gitate: que & in animaliũ diuerſitate: hominibus ꝓ̃ferat q̃ uaria ſit eoꝝ ſtructura que in mundo ſunt: ut uel auem & animal quoddã brutum pertingat: quod ſolum ſit & unicum conſtitutum: & ob id quidem demirari nos faciat: non animal tantum: ſed qui illud condiderit. Cæterum his omnibus & illud Celſus adiecit. Non enim inquiens hominis gratia ſunt uniuerſa hec cõdita: quemad modum nec leonis uel aquile uel elephanti: ſed ut mũdus iſte: dei ut opus: integer ex rebus omnibus perfectiorq; cõſtaret. & iccirco dimenſa ſunt oĩa non ꝑ uices: & ſingulis: ſed uniuerſis: deo q̃ppe uniuerſa ſunt curæ: & hec haudq̃q̃ deſerit ꝓuidentia: nec ſane dete riora fiũt: nec ꝑ tpoꝝ ſpacia: ad hec ip̃a regredit̃ deus: nec hoĩum iraſcit̃ gr̃a: quẽadmodũ nec ſimiaꝝ decã nec muriũ: quoꝝ ſingu los ut ſui ptẽ uiciſſim ſuſcepit. Sed age uł paucis: his occurramus:

arbitror autẽ me ex ſuperioribus ſatis iam oſtendiſſe quemadmo dum hominum & rationalis cuiuſuis gratia ſint cuncta creata: & propter animal precipue rationale fuiſſe hec condita. Celſus uero nec homini aſtruit nec leoni nec aliis q̃ dixerat ſupra hec facta fu iſſe: At nos nõ leoni: non aquile: nõ delphino dicturi ſumus ſtru xiſſe hec omnia conditorem: ſed rationali dumtaxat animanti ut mundus iſte eius perinde opificium undequaq; perfectior redde retur. his itaq; erit: ut recte dictis: aſſentiendum. curat igitur de us non modo id uniuerſum ut autumat Celſus: ſed preter id om ne & illud precipue: quod ad rationale animal ſpectat: neq; id to tum unq̃ deſtituet prouidentia: quippe que illud diſpenſat: & ſi de terius fiat: ut ob rationalis nature peccatum: totius uel aliquã par tem expurget. & tempoꝝ interuallo ad ſe id totum cõuertat. Sed ne ſimiarum quidem uel murium gratia deus ira ſuccenditur: ho minibus uero ut naturales cauſas preuaricantibus: & pœnas qui dem & ſupplicia infert: & his tamen cum per prophetas: tum per eum qui omnibus ut ſalutem afferret aduenit: minat̃: ut commi nando qui ſe audierint ad meliorem uitam deniq; transferantur. Qui uero eius uerba neglexerint a prauis facinoribus ad ea que rectiora ſunt reuocãtia: pœnas ꝓ meritis luant: quas utiq; par eſt: ut pro eius arbitrio ad uniuerſoꝝ profectum his irroget deus: q laborioſius & curandi ſunt demum & caſtigandi. Sed quarto iam libro: quandoquidem in eo ſcribendo ſatis multa cõplexi ſumus: ne profuſior ſit: finem nunc fecerim: p eius uero filium: deus qui & deus eſt item & uerbum: & ſapientia: ueritas inſup & iuſticia: uel utcunq; hunc ipſum ſacre littere nuncupent: optantibus nobis id tribuat: ut & quintum iam librum ad eoꝝ q lecturi ſunt cõmodũ ordiamur: & ſuo uerbo animũ inuadẽte hũc rectius abſoluamus.

LIBER QVINTVS.

Audquaq̃ interdictam dicacitatẽ ſectando ſacer Ambroſi:e qua crimẽ defugi nõ poteſt:iã quintum aduerſus celſi ſcripta:ordimur hũc librum:ſed totis viribus enitendo:ut eorꝫ in diſcuſſum nil rlinq̃mus que ille cõſcripſerit: et ea preſertim quorꝫ nõ nullis ſit forſitan viſus:cum nos:tum iudeos argute inſimulaſſe. proin &ſi factu nil facile ſit:ut cuiuſuis animũ qui celſi ſcripta fuerit inpoſterꝫ perlecturus:cũ ratione deniq; ſubeuntes: ſagittam nos auellamus quãcunq;:vulnus his infligentẽ:qui nihil ſunt dei armorꝫ preſidio cõmuniti·vel ut rationalẽ vulneri impoſituri ſimus medellã:quod a celſo inflictũ exciperetur:& eos redderet nõ integra fide:qui celſi dictis vacarent:exequeremur tñ id uel aĩo prõptiore. Sed cum dei illud ſit opus:ut ſecundũ ſuimet xp̃i ſpiritũ:in eos aduentet quoſ dignos iam duxerit:nobis tñ cũ edocendo:tũ ſcriptitando nitentibus:hoĩes ut optime credant efficere: propoſitũ eſt oĩa factitare ut operarii ſine pudore doctrinã veritatis exerceant. Sed vnũ illd̃ ex oĩbus factu uidet̃ precipuũ:ut uel ea que celſo ſiĺia ueri ſunt viſa:vti per te nobiſ eſt cũ fide iniũctũ:diſſoluẽdo deniq; refutemuſ: age et que deinceps dicturus eſt Celſus ſupioribus iam cõfutatis (de his enim iudicium:legenti reliquũ facimus)mox ſubſeq̃mur. Deus aũt nobis id largiatur:ut ea pficiãtur que cũ animo: &ſi diuinitatis experte:tũ uerbis:ut explicẽtur ſic deſtinauimus:ut eorꝫ fides quibus ꝓdeſſe pcupimus :nõ humana hac ſapiẽtia cõſtet:ita ut xp̃i ſenſum ab huiuſ patre accipiẽtes:qui ſoluſ cõferre hũc põt: et ad pticipandũ dei uerbũ adiuti:oẽm altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus dei ſciam deſtruamus:nec ſecus & celſi contra nos inſolentiam:qui in Ieſum:ꝓphetaſq; ipſos tam ſtolide intumeſcit:ita ut qui euangelizãtibus in uirtute multa dat verbũ:nobis item hoc preſtet:ut ingentes ad ſui preconiũ vires elargẽdo: fides his innaſcatur:qui in dei doctrina et uirtute hec ſcripta perlegerint. Placet

igitur nunc celſi dicta que huiuſmodi ſunt: refutare: Deus quidē o iudei: uoſq; itē et chriſtiani uel dei filius: nec deſcēdit aliquādo: nec deſcenſurus eſt: at ſi quos uos dicitis angelos deſcendiſſe: quoſ nam eſſe hos affirmatis? Deos ne: An aliud quidpiam genus? An ut par eſt: forſitan demones? Ad hec autē que ſepe repetit Celſus: quippe qui eadem alias dixerit: nihil erit de cetero reſpōdendum. ſat enim fuerit: que antea ad hec ipſa protulimus. perpauca uero e multis: que etſi conſentanea uidentur ſuperioribus: haud tamen e andem prorſus habitura ſententiā: explicaturi iam ſumus: in qui bus plane id demonſtrabimus: queādmodum qui omnino decre uerit: nec deum quēpiam: nec dei filium ad homines ſe contuliſſe: ſublaturus ſit: cum multorum de deo opinionem ut cōparuerit: & uiſus mortalibus ſit: tum ea que ſuperius dixerat. Si enim ſine ulla exceptione: deum: uel dei filium aliquem nec deſcendiſſe: nec ut deſcendat futurum Fatetur in uero Celſus: perſpicuū eſt et ſub latum iri e terra uel deos: qui ſiue vaticinandi per cauſam: ſiue me dendi deſcendiſſe feruntur. Sic fiet: ut nec Pythius ipſe nec Eſcula pius nec eorum aliuſ quiſpiam: quos fungi ad ſalutem hoc mune re putant mortales: pro diis decetero habeant: perinde e celo ſint ad terram delapſi. Vel ſi dii ſint crediti: terram tamē ſortiti ſint ſi bi perpetuo habitandam: tanq̄ fugitiui deorum ſedes reliquerint: uel nequeant in diuinorum bonorum ſortem uenire: uel forte fi et: ut ne dii quidem futuri ſint: Apollo ipſe & Eſculapius: ſeu qui uis alii creduntur in terris miri quidpiam factitaſſe: ſed demones potius quidam his longe inferiores: qui ſapientia inter homines pollent: et ob uirtutem celum conſcendunt. Aduerte quemadmo dum cum uellet hic noſtra euertere: & ſi in nulla totius ſui operiſ parte: epicureum ſe eſſe fatetur: in epicurei tamen ſententiam con ceſſiſſe uel ultro coarguatur. Cauendum autem tibi qui in Celſi hec dicta incideris: & his plane aſſentiaris que prepoſita ſunt: ſiue aduentare deum: ut ſingulis mortalium proſpectu᷑: apertius ne ges: Siue id falſo confutaſſe Celſum exiſtimes: ne ſi prouidētiam forte ſuſtuleris: huius dicta falſa eſſe coarguas. In quibus & deos

iſte & prouidentiã ponit:ut ea uera eſſe confirmes. Sin uero proui dentiã & ipſe induxeris:ut qui cum Celſo ſentire nil uidearis: nec deum nec dei filiũ aſſerenti deſcendiſſe ad homines:nec ut deſcen dat futurũ:cur nõ ex his diligentius que de Ieſu per nos proferun tur:deq; hoc ipſo & que prophetaꝝ ſunt uaticiniis edita: peruеſti gandũ tibi deſumpſeris & ſedulo cõquirendũ:Vter fuerit uel de us uel dei filius exiſtimãdus:qui ſeſe mortalibus deſcendendo ob tulerit:Ieſus ne qui tanta hec & diſpenſauit et fecit:an alius quiſpi am:qui ſub oraculoꝝ et uaticinãdi pretextu ne illos dicã quos cu rent:ad rectiorẽ uitam traducant:uel eoꝝ mores caſtigent: ſed ab integro potius illo & puriore:uenerandoq; dei Conditoris et cul tu cogunt deſciſcere:& ſub honoriſ quodã obtentu qui diiſ pluri mis deferatur:eoꝝ qui ſe audierint aĩoſ dirimẽdo:ab eo diſiũgunt qui & unicus eſt et aperte uerior deus:Sed cum deinceps tanq̃ iu deis & xp̃ianiſ de his reſpondẽtibus:qui ad homines deſcẽdiſſent: et aſſerentibus angelos eos fuiſſe:ſic ſubdit.ꝙ ſi angelos quoſdã hos dicitis extitiſſe:quos nam eſſe hos affirmatis: deos ne an ge nus aliud quidpiã:ꝓinde rurſus quaſi reſpõdẽtes illos ꝓducẽs:ſi enim inquit aliud fuerit id genus:uti par eſt:demones dixerim. Age tñ et hec pernoſcamus.enĩuero & angelos dicimus miniſtrã tes ſpiritus quoſdam:& in miniſterium.eoꝝ gratia miſſos:qui he reditariã ſunt habituri ſalutem:& hos quidem aſcendere ut homi num uota preceſq; & obſecrationeſ ad ea loca iam perferant:que et celeſtia ſunt & puritate mundũ penitus antecedunt:uł ad ſuperce leſtia illa que conſtat eſſe terrenis his puriora. & inde rurſum de ſcendere eoꝝ cuiq; pro meritis iuſſos aliquid ſumminiſtrare:qui dei affecti ſint beneficio: quos utiq; angelos pro eoꝝ miniſterio fuiſſe & nomen ſortitos didicimus: & diuos uel deos plerunq; in ſacris litteris uocitari:cum alioquin nobis nihil iniungit̃ ut qui miniſtrando ad nos que dei ſunt deferant:pro diis colamus:uota nanq; & preces omnes:et gratiarum inſuper actiones ad deũ ſunt per angelum tranſmittenda:qui per pontificem & uiuens uerbũ & deũ:angelis p̃fectus eſt ceteriſ.Id uero uerbũ ſumus dep̃caturi:

eiq; ſupplicabimus & gr̃as ſimul acturi: Votis inſup̃ depoſcemus ſiquo fieri modo id queat ut quid recte: quid praue oretur: audiamus: nã eos angelos nũcupare qui in iſtiuſmodi pnoſcendis non hoĩes ſuperent: haudquaq̃ par eſt: fuerit enĩ & de huiuſcemodi rebus: ſcĩa mira et ĩexplicabiliſ q̃dã: que et ĩeſſe his ãgelis cõprehédatur: & angelorum præ ſe ferat naturã: & ad quas ſint hi ſinguli reſ inſtituti: hec tñ eſt mĩme permiſſura: ut alteri cuiq̃ quis audeat ſupplicare: niſi ei qui ad oĩa ſufficit: et cunctis p̃ſidet rebuſ: per eũ qui nobis ſaluti fuit: & dei filius ẽ itẽ et uerbũ: ſapĩaq; & ueritaſ ipſa: ſiue ut aliaſcũq; prophete: ſiue apl̃i: hunc ſuis ſcriptis exp̃ſſerint. Ad illud aũt nobis ut ſanctiſſimi angeli dei ſeſe ꝓpicios prebeant: et nr̃i cuncta ut pagant gratia: noſtra ſat fuerit erga deũ animi promptitudo: que totis pro humanæ naturæ uiribus: angelorum imitetur & uoluntatẽ: deũ ſectantiũ: cũ et illud acceſſerit: ut huius filium Ieſum & uerbum ſic: quoad licuerit: capiamuſ: ut uihil obſiſtere ſanctiſſimis angelis uideamur: clarius hũc & aperte pcipientibus: ſed indieſ ad iſtorum clariorẽ illam dei aſſequendã cognitionẽ: omni ſtudio cõtendamus. Celſus uero: ut qui ſacras & nr̃as minus plegerit litteraſ: ſibi ip̃i: perinde id nobis tradẽtibus: ita reſpõdet: eniuero aliud quoddã genus eſſe angelos dicimus qui a deo: mortalibus profuturi deſcendũt. & hos non ĩmerito ait a nobis: demões nuncupari: cum tñ nil uideat demonũ nomẽ: haudquaq̃ eſſe: ut hoĩm mediũ: quoſ inter probi quidã exiſtant: nõnulli uero et improbi: nec eã dixerĩ ꝓbitatem q̃ de diis: ſiue demõibus: ſiue ſimulachriſ ſiue beſtiis ipſis: ſtatuitur: ſed qualẽ definiũt qui ea que dei ſunt norunt: cũ de uera diuiuinitate et beatitudiue diſſerũt: demonũ uero id nomẽ prauis ſemp addicitur poteſtatibus: que corpe careant: & hoĩes fallant: & a deo rebuſq; ipſis ſupceleſtibus retrahant: & ad inferiora iſta detorqueãt. de iudeis uero & ſubſequẽter Celſuſ huiuſmodi diſſerit: primũ igitur par fuerit ut iudeos ipſi miremur: ſiquidem celũ: & qui in eo ſunt angelos colunt: excellẽtiſſimas uero celi partes & potẽtiſſimas: ſolem inquit & lunã et aſtra cetera: ſiue errantia: ſiue minus: repudient: perinde illud admitti queat: ut uni

uerſum hoc:deũ dicamus:uniuerſi aũt partes haudquaq̃ diuinas: aut hos affirmemus optime colere: qui illis ſe applicaſſe dicunt̃: qui in tenebris uſpiã:& prauis quibuſdã magiciſq; preſtigiis exce cãtur:uel p umbratiles quaſdã & ſuboſcuras reꝝ imagines ſomni ant.qui uero aperte adeo:& tam clare ea cũctis predicũt: e quibus pluuie:nimbiq; & nebule & tonitrua:que iſti adorãt: fulguraq; & arboꝝ fructus:& q̃uis ſemina obſeruant̃:ut nullius momẽti duca muſ:cũ ex hiſ liqueat rebus deũ aperuiſſe ſupernaꝝ reꝝ hos & pre cones eſſe clariſſimos:& angelos uere quoſdã celeſtes. Vel ex his quidẽ confuſior mihi Celſus uidet̃: & ex auditione dũtaxat que minus ſciret ſcripſiſſe:Siquidẽ iudeoꝝ res cõquirentibus:ubi et q̃ xp̃ianorum ſunt cũ illis cõiunxerint:perſpicuũ erit iudeos legẽ ſe ctantes preter deũ qui & celũ condiderit nil uſpiã colere: lex nãq; in dei pſona iniũgit huiuſmodi.Nõ habebis deos alienos coram me nõ facies tibi ſculptile:neq; omnẽ ſimilitudinẽ que eſt in celo deſup et que in terra deorſum:nec eoꝝ que ſnnt in aquis ſub terra non adorabis ea neq; coleſ:quinetiã:nec celi angelos qui moyſi le gem obſeruat:quoq̃ pacto adorat:haud ſecus nec ſolẽ ipſum nec lunã aſtraq; & celi ornatũ celũq; ipſum colere & qui in eo ſunt an geloſ precauebũt:qui legi tradenti hec:obſequũtur.nõ reſpicieſ ce lũ ne ſolẽ & lunã cum uideris & aſtra:et omnẽ celi ornatũ: decipia ris:& illa adores et his ſeruias que diuiſit dñs deus tuus uniuerſis gentibus.quin & illud ſibi Celſus aſſumẽs: tanq̃ celũ pro deo du cant iudei:ut abſurdũ inducit.& iudeis in crimẽ aſcribit:ꝙ celum quidẽ adorẽt:ſolẽ uero lunã & aſtra nil colant:perinde quod dixe rat nõ ſit admittendũ:ut id omne ſit quod cernit̃ deus:machinæ uero totius haudquaq̃ ſint ptes diuinæ:& omne cũ inquit:celum exprimit:partes cũ ſubdit:ſolẽ et lunam ꝑtendit et ſidera. Atqui nec xp̃iani nec iudei quidẽ aperte ut inquit Celſus:deũ eſſe celum fatent̃:ſed cõcedatur iuxta hunc & iudeos celũ pro deo aſtruere: qđ utiq; falſum ẽ:ſint etiã & celi ptes:ſol ipſe & luna & ſidera: qđ itẽ eſt procul a uero:nõ enĩ et terræ ptes uĺ animãtia fuerĩt uel plã te:vñ ergo uel ad grecoꝝ oppinionẽ ueꝝ eſſe id arguet̃:ut celum

omne ſit deus:& eius ſint partes diuinæ:mundū ſane hi uniuerſū deum eſſe affirmāt:Stoici quidē primū deū eſſe hunc ſtatuunt:Se cundū platonici:Ex græcis ceteris quidā:tertiū dicūt.Fit igitur ꝑ iſtoꝝ ſnīa:qn̄ quidē mundus hic uniuerſus:eſt deus:ut eiuſ & par tes ſint diuinitatis particepes:ita ut nō hoīes ſolū ſed uel bruta q̄ uis animātia:ut mundi partes:deitatis participent ſit neceſſe. nec ſecus et plante.ꝙ ſi & mundi ꝑtes & flumina & maria ſunt: Cōſe quēs erit:qn̄ & mūduſ hic totus eſt deus:ut flumina hec ipſa et ma ria dii etiā ſint:qđ utiq; nec græci met fatebūtur: ſed eos dixerint deos eſſe:qui mari & fluminibus ꝑſident:unde Celſi uniuerſale illud & iuxta ſe cōſequens:uel pro græcoꝝ ſnīa prouidentiā indu centiū:falſum eſſe arguit̄:ut cū aliquid totū ſit deus:& eius parteſ diuinas eſſe oīno ſit neceſſariū.nā illud Celſi dicta ſubſequit̄: ut ſi uniuerſa ſit mūdi hec machinā deus:et que in mūdo ſunt diuīa ſint oīa:quia mūdi ſint partes.Et iuxta id quidē diuina fore:& ani malia ſequeret̄:muſcas.ſ.ueſpas:uermiculos:& quaſuis ſerpētum ſpecies:nec ſecuſ et uolucrū piſciūq;:quod ſane nec qui mundū de um eſſe aſtruxerint faterent̄.Atqui ſecundū moyſi legē degunt iu dei:& ſi nil patiātur:qđ lex ipſa latēter uel dicat uel uelit: admitte re:uel quod archanū illa pretenderit:nec celū dicturi ſunt deū eſſe nec angelos.Verū cū Celſum dixerimus ex auditōibus quibuſdā q̄multa cōfuſius explicaſſe:age & hec pro nr̄a uirili apiamus: nec ſecus ubi iudaice cōſuetudinis eſſe iā ducat:celū colere:et qui in eo ſunt angelos:demōſtremus:haudquaq̄ iudeoꝝ id eſſe: ſed quorū dā iudaicoſ rituſ:ꝑuaricantiū:quēadmodum ex ſoliſ uel lune uel a ſtroꝝ hoc cultu:uel forte ſimulachroꝝ:in Hieremia ꝑcipue cōpe riat̄:dei uerbū iudaicū populū per ꝓphetā accuſans: ꝙ huiuſmōi coleret:& celi regine ſacrificaret:& militie uniuerſe celeſti.declarāt ꝑterea id & xp̄ianoꝝ dicta:iudeoꝝ ſcelera criminātium: nā deū a ffirmant iccirco populū illū deſeruiſſe:quia praua quedā facinora cōmiſiſſet.In apl'orum ſiquidē actis:litteris proditū eſt de iudeis: quemadmodum hos auerſatuſ deuſ tradidit ut exercitui celi ſerui rēt.uti & ſcriptū eſt in ꝓpheticis libris:nec hoſtias nec ſacrificia

obtuliſtiſ mihi in heremo annis quadraginta domuſ iſrahel:et ſu ſcepiſtis tabernaculũ moloch.& ſidus dei ueſtri rõphe.figuras q̃s feciſtis adorare eaſ.& Paulus itẽ iudaice apprime eruditus:& ex mi rifica Ieſu apparitiõe illa: xp̃ianam religionẽ ſectatus:in ea quam ad colaſſenſeſ ſcripſit ep̃ſam:huiuſmodi protulit.Nemo uos ſedu cat uolens in humilitate & religione angelorꝝ que nõ uidit ambu lãs fruſtra inflatus ſenſu carnis ſue & nõ tenenſ caput:ex quo totũ corpus per nexus & cõuinctiones ſumminiſtratũ & cõſtructũ cre ſcit in augmentũ dei.Hec uero cum neqꝫ perlegerit neqꝫ didicerit Celſus:neſcio quo pacto tanq̃ nihil preuaricãtes:iudeoſ:effecerit: & celũ colere:& qui in eo ſunt angeloſ.quinetiã ut animo confuſi or Celſus:& neſcius plane quid quoqꝫ loco exigitur: exiſtimauit ex ueneficiis quibuſdã:magiciſqꝫ carminibus cõpulſos iudeos: & apparẽtibus nõnullis his imaginibuſ pro excantantiũ arbitratu: celeſtes angelos adorare:cũ minus intelligat:uel preter legẽ quidẽ id fuiſſe facturos:ſi qui forte id facerent:quippe cũ lege illud caue tur:ne declinetis ad magos:nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini ut polluamini per eos.Ego dñs deus ueſter. oportuit igit᷑ qui iude os iam duceret ut legis obſeruatores tutandos:in hos nihil huiuſ modi quoq̃ pacto referret quippe.qui ſe affirmarent & legem ſer uare: & uitam ex lege iam ducere: uel qui in eos illa retulerint: ut plane oſtenderẽt ex iudeis preuaricatoreſ quoſdã hec factitaſſe. & rurſum quẽadmodũ impii ſunt:qui ut ceci & in tenebris uſpiã: & ex magica arte:et ſuboſcuris imaginibus ſomniãtes (ut Celſus inquit)illis ſe totos addicũt quos religioſe & praue colunt. Sic & qui ſoli & lune et ſideribus ipſis ſacrificant: impie agunt.nec dice re ſimul iudeos quis poſſet:ubi ſolem adorare & lunã permaxime cauent:nõ etiam cauendũ ſibi exiſtimare ne celũ & angelos colãt: ꝙ ſi de his æque & nobis reddenda ratio fuerit: quẽadmodũ qui ſolem & lunã uel aſtra minus adorent:nec iſtos quidẽ quoſ græci uiſibileſ nũcupant & ſenſibiles deoſ:ſint quãdoqꝫ adoraturi:dictu ri mox ſumus:moyſi legẽ ſat ſcire:uniuerſis que ſub celo ſunt gen tibus deos iſtos diſtributos fuiſſe:nõdũ tñ illis quos in precipuũ

portionem preter ceteras nationes ſibi deuſ deſumpſerit. Sic enim in Deuteronomio ſcribitur: Ne forte oculis eleuatis ad celum ui deas ſolem & lunam: & omnia aſtra celi: que creauit dominus de us tuus in miniſterium cunctis gentibus que ſub celo ſunt. Vos autem tulit dominus & eduxit de fornace ferrea ægipti: ut habe ret populum hereditarium ſicuti eſt in preſenti die. Genus igitur electum: regale ſacerdotiū: gens ſancta: populus acquiſitiōis a deo uocatus eſt Hebreorum populus: de quo Abraham ipſe predixit ex uoce diuina ad ſe facta: ſuſpice celum & numera ſtellas ſi potes: & dixit ei ſic erit ſemen tuum. non igitur erat futurum: ut cui ſpeſ eſſet aſtrorum ad inſtar eius ſemen excreſceret: ut & ſidera coleret: quibus ex diuinæ legiſ cognitione & obſeruantia: ſui eſſent in po ſterum comparandi. Ad hos nanq; ſic dicitur. Dominus deus ue ſter multiplicauit uos: & ecce eſtis hodie ut aſtra celi præ multitu dine. In Daniele preterea de reſurrectione: huiuſmodi predicunt. et in tempore illo ſaluabitur populus omnis qui ſcriptus eſt in li bro: & multi ex his qui dormierunt in terre puluere euigilabunt: Alii in uitam eternam: alii in obprobriū: ut uideant ſemper. Qui autem docti fuerint: fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos: quaſi ſtelle in perpetuas eternita tes: unde & de reſurrectione illud deſumens ſic inquit: & corpora ſuperceleſtia: & corpora terrena: Sed alia quidem ſuperceleſtiū glo ria: alia uero terreſtriū: et alia ē claritas ſolis & alia claritas lune: & alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella differt in claritate. Sic & re ſurrectio mortuorum: haudquaq̄ igitur par erat: ut qui edocti iam eſſent ingenti aīo creata iſta cuncta peruincere: ob idq; apud deū in beatiore uita illa uel optima queuis ſperare: & illud inſuper au dire: Vos eſtis lux mundi: & luceat lux ueſtra corā hominibus: ut uidētes opera ueſtra bona. laudent patrem ueſtrū qui eſt in celis: ſiue ſe exercendo preclarā illam et īmarceſcibilē conſecuti ſint ſapi entiam: ſiue eā acceperint que eternæ lucis ſit ſplendor: ut ſolis ac lune & ceterorū ſiderum: ſplendorē tātopere demirarent & obſtu peſcerent: ut ex ſenſibili illorum fulgore exiſtiment ſeſe in tenebris

uſpiam diuerſari:qui tantũ ſint & intellectuale ſcie lumen adepti: hoc eſt uerã illam ut mũdi:ita & hoĩm lucem: uel hec ipſa ut colerent:que ſi colenda quoq̃ pacto fuiſſent nõ tñ ſuo ſplendore quẽ plurimi demirauĩ:coli oportuiſſet: ſed lucis illius ob gratiã:que & mente concipitur & uerior eſt. Si forte in celo aſtra: rationabilia & ſolertiora quedam ſint animantia & ſciæ lumine per ſapientiã ipſam illuminata:que utiq; ſplendor eſt lucis perpetue. Siquidem illam aſtro℞ lucẽ ſenſibilẽ eius conſtet eſſe ſtructurã:qui uniuerſa hec condidit: intellectualẽ uero ſiderũ ipſorũ fortaſſe: & ex libero quodã eorundẽ arbitrio prodeuntem. Neq; hec quidem eſt lux per eum colenda:qui & ueram intuetur & intelligit lucem:& precipue ſi huiuſ participatione illumĩnetur: & deum contẽpletur ueri luminis patrem: de quo recte id dicitur. Deus lux eſt: & tenebre in eo ſunt nulle. & queadmodum ob lucem illam ſenſibilem & celeſtem:qui ſolem colunt & lunam:& ſidera: haudquaq̃ in terris uel igniſ ſcintillulã uel lucernam coluerint:eo℞ incõparabilẽ cõtemplati preſtantiam:que cultu digna iam duxerint: ut longe excelſiora:q̃ uel ſcintille ſit uľ lucerne lux aliqua: Sic item qui norũt quo pacto deus lux eſt:& animo ipſo concipiunt:uti & dei filius uera lux ſit:que illuminat omnẽ hominem in mundnm hunc uenientẽ:& demum intelligat quorſum id proferatur: Ego ſum lux mundi:profecto:ut ita dixerim:in ſole ipſo uel luna uel aſtris nec radios quidem coluerint:quia nullius momenti hos ducerent ſi lucẽ aduertãt:ueri luminis:deum. nec ſane tanta dei hec opera afficienteſ iniuria:neq; Anaxagore in morem:ignitum ferrum ſolem eſſe & lunam & aſtra aſſeuerãtes:iſtiuſmodi de ſole hoc ipſo et luna & ſideribuſ eloquũtur:ſed precellere ineffabili quadam preſtantia:dei numen ſentimus:unigenitiq; item & magnitudinẽ cetera ſuperantis:perſuaſiq; ſolem ipſum & lunam & ſidera:unigeniti interuentu:deo rerũ preſidi ſupplicare:decernimus nequaq̃ eſſe ſupplicibus ſupplicandum: quandoquidem uel aſtra hec malint: ut deo quem ipſa & precentur & colant uota nos potius q̃ ad ſe deferamus:nec quoq̃ pacto nr̃am ſupplicandi uim oẽm ſeiunctam:ut

deo ita & ſibi impartiamus. Vtar autem hoc pro loci oportunita te: exemplo. Saluator noſter & dominus: cum a quodam magi ſter bone audiret ſe nuncupari: ad patrem reiiciens qui ita ſe ap pellaſſet: ſic inquit. Quid me bonum dicis: Nemo bonus niſi unus deuſ pater. ꝙ ſi merito hic qui cũ dei ſit bonitatiſ imago hec protulit: caritatis paterne filius: Cur non æquius ſe adorantibus ſol iſtiuſmodi dixerit: Dominum deum tuum adorabis & illi ſo li ſeruies: cui cum ipſe: tum ceteri qui mecum ſentiunt ſupplica mus & colimus: enimuero & ſi non tanti ſit quiſpiam: nihilomi nus dei uerbo ſupplicando hoc petat quod ſanare ſe queat: & eo amplius patri: qui priſcis olim & iuſtioribus uerbum ſuum tranſmiſit: & ſanitatem reſtituit: & propriis exemit corruptioni bus: Deus itaqꝫ pro eius bonitate: non loco ſed prouidentia con deſcendit ad homines: & dei filius haudquaquam tunc ſolum cũ in humanis ageret: ſed continenter cum diſcipulis manet: illud ſe dulo exequendo quod dixerat. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſqꝫ ad conſummationem ſeculi: Atqui ſi uitis nequit fructum producere: niſi in uinea manſerit: hoc eſt in chriſto dei: qui & nobiſcum in terris localiter diuerſatur: & his preſto ubiqꝫ ſit: qui ſibi adheſerint. Alioquin uel ſe neſcientibus ubiqꝫ terrarũ adeſt: & id quidem Iohannes ille qui in Baptiſte Iohannis perſo na euangelium ſcripſit: ſic inquiens patefacit. In medio ueſtrum ſtetit quem uos neſcitis qui poſt me uenit. Sed plane abſurdius fuerit: ut Solem haudquaq̃ ad omnia pertingentem: uel lunam: uel ſidus aliquod: quibus ſupplicetur queramus: cum celum im pleat deus & terram: & illud dominus inquiat. Nõ ne celum ipſe ac terram compleo: ſitqꝫ is nobiſcum una: & plane proprinquior: quippe dicenti illi crediderim: Deus e uicino ego ſum: & non de us a longe. Concedamus autem (ut Celſi uerbis utar) nonnullos eſſe qui & pluuias & himbreſ & nubes & tonitrua & fulgura uim habeant predicendi. de ſoleqꝫ pleraqꝫ & luna et aſtriſ uaticinentur: Nun igitur qui tanta hec preſagiendo denũciant: nõ deo potius: ut eius miniſtri: ſupplicandum denũcient: & illi longe plurimum

eſſe q̃ ſuis uatibus intendendum? Predicant igitur iſti: ut lubet & fulgura: & ſemina queuis futura: & hec omnia pro arbitrio obſer uentur: haud tamen iccirco ſumus ſupplicantibus quoquam pacto ſupplicaturi. Quemadmodũ nec Moyſem ipſum nec eius poſteros ex deo prophetas: qui potiora longe q̃ pluuie ſint uel himbres: uel nebule: uel tonitrua: uel fulgura uel fructus uel ſemi na hec ſenſibilia: predixerunt. Quinetiam uel ſi Sol ipſe uel Lu na uel aſtra meliora quedam uaticinandi uim habeant q̃ pluuie ſint: nil tamen hec ſumus ſed patrem & dei uerbum adoraturi: qui uaticinia ſuggerunt. Sint autem & celeſtes angeli certiores qui dam dei precones: cur non potius deum qui ab his predicatur: adorandum duxerimus: q̃ huius uel precones uel angelos? Cete rum & illud ſibi Celſus ut affirmet: deſumit: nullius momenti ſo lem ac lunam & aſtra nos ducere: de quibus nos illud fatemur: uel hec reuelationem filiorum dei ſuſcipere: ob terrenorum cor porum uanitatem in preſenti propter eum ſubiecta qui ſubiecit in ſpe: ꝙ ſi & alia Celſus & infinita legiſſet: que de ſole & luna & ſideribus dicimus: ut laudate eum omnes ſtelle & lumen. & lauda te eum celi celorum: haudquaquam de nobis id iudicando ſenti ret: ut aſtra hec tam parui ducamus: que miris deum efferunt lau dibus. Nec Pauli quidem illud nouerat Celſus: nam expectatio creaturæ reuelationum filiorum dei expectat. Vanitati enim crea tura ſubiecta eſt: non uolẽſ: ſed propter eũ qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in liberta tem glorie filiorum dei. Sed in his noſtra defenſio hec termine tur: qua nec ſolem nec lunam nec ſidera cetera nos colere demon ſtrauimus. Exponamus autem & que deinceps dicendo proſequi tur Celſus: ut liceat poſtmodum: tribuẽte deo: ea huic reſponde re: que nobis ueritatis lux ipſa ſuggeſſerit. Inquit itaq; Celſus huiuſmodi: iſtorum autẽ & illud ueſanum: ꝙ deum in coci morẽ ignem exiſtimant intuliſſe: & ceterorum quidẽ hominum genus aliquando conflagraturum: ſe uero & ſolos tam uiuos q̃ uita de functos: in carne illa eadẽ qua & terrã ſubierint & q̃ ſpes eſt: unica

uermiũ:permanſuros. Verum que nam mortaliũ anima putrens corpus cupierit? Cum enim nec noſtri quidem id ſentiant ſed chriſtianorum non nullis communis ſit ea ſententia: alioquin decretum id quod neſarium admodum eſt: & reſpuendum ſimul & impoſſibile hunc iſti in modum: decernunt & ſtatuunt: quod enim corpus omnino corruptum ad priſtinam ſui poteſt redire naturam: & ad ſtatum eundem ipſum e quo ſolutum iam fuerit & plane collapſum reſtitui? Ad hec cum nil habeant quod reſpondere poſſint: ad illud confugiunt: quod abſurdiſſimum eſt: & a uero penitus alienum: dicunt enim deum omnia poſſe: cum tñ que turpia ſunt: exequendi uim nullam is habeat: nec ea uelit que naturam exceſſerint: nec tu quidem ſi quidpiã pro tua deperdita nequicia concupiſcas abhominandum: id deo licuerit: nec credendũ eſt ſic ſtatim futurum: quippe cum nec prauæ uoluptatis neq; indecori & falſi facinoris: ſed rectioris & iuſte naturæ prĩceps & ductor eſt deus: & animæ poteſt uitam perpetuam elargiri: mortui quidem inquit Heraclitus ſtercoribus ſunt deſpectiores: carnem uero his plane refertam: que nec dici quidem honeſte poſſunt: perpetuã eſſe inique decernere: nec libuerit deo nec plane licebit. qppe qui uniuerſorum que conſtant ratio ſit. Aduerte ut principio ſtatim mundi incendium uel a græcorum quibuſdam non negligenter philoſophantibuſ olim inductum: cum irriſione hic carpẽſ nos uelit perinde cocum deum fecerimus: illud inducere: quod de mundo quandoq; cõflagraturo aſſerimus: neſcius uel græcorum nõnullis id uiſum: quod ex antiquiſſima forſitan iudeorum gẽte acceperant: fore ut ignis ad purgationem mundo ſit inferendus. et iure quidem. Nam ſingulos quibus per ignẽ: uel pena ſit ſimul & medicatio afferenda: ignis iſte amburit nõ tamen exurit: ut qui nil habeant quod per ignem ſit abſumendum. Vrit autem eum: quĩpotiuſ ĩcendit et prorſuſ abſumit qui factiſ dictiſq; & cogitatu in eã que tropice ſtructura uocat᷑: ligna fenũ ſtipulãue ĩedificãt. Sacre ſiquidẽ lr̃e tanq̃ cõflantis ignis & herba fullonũ: uẽtuꝝ affirmãt cuiq; dñm: qui eius curatiõe ĩdigeat: ob admixtã mortalibus

perinde adulterinam & fuſilem quandam materiam: a uitiis pro deuntem: indigentemq; igne (qui ut ita dixerim) diſſoluat ac fundat qui ære ſunt: ſtagno: plumboq; immixti. & hec quidẽ poterit quiſq; ſi uelit: ab Ezechiele propheta perdiſcere. Sic itaq; non ut cocum aliquem dicimus ignem illaturum mundo quãdoq; deum: ſed uti erga eos beneficum: qui & dolore afficiẽdi ſint & igne indigeãt. quod utiq; ſacris ex litteris ut peccanti populo dictum: in eam ſententiam comprobatur. habes carbones ignis quibus in ſideas: Hi erunt tibi in auxilium. & ſane priſci illi & ſanctiſſimi uiri ſcribendo ea diſponunt: que omnino multitudini congruant: ſacras litteras perlecturæ: que utiq; tacite & ſapienter truciora quedam edicunt: ut eos perterrefaciant: qui aliter nequeant ab influẽtibus peccatis auerti. Verum qui ita hec obſeruauerit: e laborioſis & trucioribus hiſce: aperte comperiet: dolentibus: meroris finem afferri. In preſenti uero ſat fuerit de Iſaia unum id produxiſſe: propter nomen meum oſtendam tibi furorem meũ: & glorioſa mea inducam ſeper te: ne te perdam: Coacti autem ſumus que ſimpliciter credentibus: & ſimpliciore quodam uerborum apparatu indigentibus: minus congruerẽt: protuliſſe: ne uideremur Celſi criminationes inconfutatas relinquere: affirmantis: nos deum facere ut coquinarium quempiam: Ignem mundo illaturum quandoq;. Ex dictis autem ſuperioribus qui prudenter ea acceperint: liquet ſane per nos eſſe uel his occurrendum: que hunc in modum protulit Celſus. Et reliquum quidem mortalium genus crematũ iri neceſſe eſt. His & ſolis perſtantibus: nil autem mirum ſi haudquaq̃ iſtiuſmodi norunt: quæ inter nos ſunt quos ſtulta mundi & ignobilia: contemptibiliaq; & que non ſunt ſacre littere nuncupant. Siquidem per predicationis ſtultitiam ſaluos facere placuit deo qui in ſe crederent: quando nõ in ſapientia dei cognouit mũdus in ſapientia deum. Non enim diſcernere ſtulta hec mũdi pro ſingulis locis perſpicacius omnia potuerunt: nec ſacris litteris perſcrutandis uacare his libuit: tametſi Ieſus ſcrutamini ſcripturas e diceret. Alioquin que de inferendo igne tradita eſſent: que ue

et delinquentibus obuentura:ex deo preceperant:& forte quēad modum cum pueros minutiores alloquimur: par fuerit ea ut in medium proferamuſ:que illorum infantiæ aptiora ſint & accomo da:ut qui ea ætatula ſunt:ad rectiora deniq; traducamus:Sic item & his quos ſtulta mundi ſacre littere dicunt: pænarum conuenit: que in promptu ſint: expectatio:cum emendari & corrigi homi nes a multiſq; & prauis facinoribus tandem deſiſtere non ali ter poſſe intelligant:niſi ſuppliciorum imaginatione coerceant̃: Celeſtis itaq; diſciplina eos dumtaxat ſine igniſ & ſuppliciorum deguſtatione permanſuros affirmat:qui purioribus ſint cū decre tis:tum moribus recte imbuti:& mentis nitore plurimum predi ti.His ureo qui nō iſtiuſmodi fuerint:& pro meritis que per ignē infertur penæ:diſpenſatiōe indigeant:ad tempus aliquod prefini tum:ait ut inferatur futurū:quod deum deceat illis ut inferat: qui ad eius ſint imaginē facti: & preter naturæ uoluntatem: que ad e andem imaginē conſtet duxerit uitam:ſed hec hactenuſ ad ea que Celſus hunc in modum intulerat:ceterorū hominum genus quā doq; conflagraturum: hos uero & ſolos perpetuo permanſuros. Poſt hec Celſus ſiue ſacras litteras nō rectius audierit: ſiue ab his qui has minus intelligāt ita acceperit:per nos inquit id affirmari: Cum enim tempus illud aduenerit quo per ignem mūdus hic re purget̃:nō modo futuꝝ eſt:ut qui tunc reliqui & ſupſtiteſ fuerīt: ueꝝ & uita iam pridē defuncti:permaneāt.cū minus ꝑcipiat ut in effabili ſapiētia quadā:apud Ieſu apl̃um ſit illud pronunciatū:oēs quidē reſurgemus:omēs aūt īmutabimur in momēto in ictu ocu li in nouiſſima tuba:canet enī & mortui reſurgent incorrupti: & noſ īmutabimur.Fuiſſet aūt illi mox proferendum quid nam ſen tiret qui hec loqueretur. Quādo qui nondū mortē obiſſet nec ſe ipſum nec ſibi ſimiles:hoc eſt ſuperſtites alios ab illis ſeiungens dicturus eſſet:& nos immutabimur:ubi & mortui incorrupti re ſurgent:dixiſſet:ut autem huiuſmodi quedam ſentiendo Apoſto lum confirmemus hec litteris demandaſſe: ul̃ his que ex prima ad Cotinthios nuꝑ produxi epiſtola:ea adieceri que & in pria ad

theſalonicenſes habent:in qua Paulus ut uita fruens et uigilans:
& a mortuis alienus hec loquit. hoc enim uobis dicimus in uer
bo domini:quia nos qui uiuimus:qui reſidui ſumus in aduentu
domini nō preueniemus eos qui dormierunt:quoniā ipſe dn̄s in
iuſſu & uoce archangeli & in tuba dei deſcēdet de celo.Deinde cū
preter ſe & ſui ſimiles:uł alios ſciret in domino mortuos: & illud
ſubiecit.et mortui qui in chriſto ſunt reſurgēt primi.Deinde qui
uiuimus:qui relinquemur ſimul rapiemur cum illis in nubibus:
obuiam domino in aera.Verum cum iam plurimū carnis reſurre
ctionem que in eccleſiis predicatur:& apertius eſt a ſapiētioribus
quibuſdam percepta:irriſerit Celſus(nō enim repetenda ſunt que
ſemel hic dixerit)age & de obiectione huiuſmodi: confirmādo p
pauca exponamus:perinde defenſionem hanc noſtram ad homi
nē a fide penitus alienū iam habitam accuratius nōnulli ſint perle
cturi:quā ſane eoꝝ gratia litteris demādamuſ:qui & paruuli ſunt
& fluctuantes & omni uento doctrinæ circūferuntur in nequitia
hominū ad circūuentionem erroriſ.Eniuero neqꝫ per noſ quidem
nec per ſacras litteras affirmatur:carne hac ipſa īmutationis nihil
in melius recipientes.uicturos eſſe:qui olim obierint:e terraqꝫ p
dierint r̄ſurgendo: at Celſus nos criminando id aſtruit. Nos ue
ro &ſi pleraqꝫ ſcripta de reſurrectione hac digniuſ differentia audi
mus:ſat tamē in preſentia fuerit:que Paulus in epiſtola ad Corin
thios prima ſic protulit:adieciſſe.Sed dicet aliquis: quomodo re
ſurgunt mortui quali corpore ueniunt:inſipiēs tu quod ſeminas
non uiuificatur:niſi prius moriatur:& quod ſeminas non corpuſ
quod futurum eſt ſeminas ſed nudum granum: utputa tritici aut
alicuius ceterorum.Deuſ autem dat illi corpus ſicut uoluit:& uni
cuiqꝫ ſeminū proprium corpus.Aduerte autem quemadmodum
in his non quod ut oriatur futurum eſt:corpus dicat proſemina
ri:ſed ex eo quod & ſatum fuerit: & nudum in terra iactum:
proprium deo his corpus qui ſeminati ſunt: conferente: perinde
reſurrectionem fieri affirmat ex ſemine illo proiecto tanquam
ſpica ex hoc aſſurgente ut in Sinape fit: & huiuſmodi ceteris.

ut itaq; deus ſingulis rebus & corpus:ut libuit:contulit: quemdã modum poteſt & in his que ſeruntur aduerti: que perinde ut moriãtur ſunt ſata:& ſic ſuo tẽpore: & proſeminato ex ſeíe circũ poſitũ a deo cuiq; pro dignitate corpus recipiũt ſingula. Audiui mus ſiquidẽ Paulũ pluribus edocentẽ quid inter ſe differãt quod fuerit proſeminatũ & quod ex ſeíe hoc ſuſcitet̃.inquit enĩ: Semi natur in corruptione:ſurget in ĩcorruptione:ſeminat̃ in ignobili tate:ſurget in gloria.ſeminat̃ in ĩfirmitate:ſurget in uirtute.ſemi natur corpus animale:ſurget corpus ſpũale.qui poteſt preterea ca piat que mens fuerit dicenti:qualis terrenuſ tales & terreni:& qua lis celeſtis taleſ & celeſteſ:& ſicut portauimuſ imaginẽ terreni por tabimus & imaginẽ celeſtis.quinetiã cum uellet apoſtoluſ hoc lo co archana occulere:que ſimplicioribuſ quidẽ:minuſ congruerẽt: neq; a quibuſuis audiri ſat poſſent:qui fide & credulitate ad potio ra ducuntur:cogitur demũ ne eiuſ dicta aliter caperemus:ubi ima ginem dixit celeſtis portabimus:& illud proferre: hoc autẽ dico fratres quia caro & ſanguis regnũ dei poſſidere non poſſunt:neq; corruptio incorruptellam poſſidebit.Proinde non ignarus archa num aliquid ſuo loco ĩeſſe & myſticum:haud ſecus ac decuit qui & poſteris que ſibi innotuiſſent deſcripta relinqueret: ſic ſubdit: Ecce myſterium uobis dico:quod utiq; rebus profundioribus ſo let & myſticis addi:que iure multitudini occuluntur: ſicuti & in Tobia legitur per angelum illud pronunciatũ. Etenĩ ſacramentũ regis abſcondere bonum eſt. opera autem dei honorare & confi teri honorificum eſt.non itaq; uermes nos concupiſcimuſ:nec no ſter animus:putrens corpus deſiderat: quo &ſi ad uarium diſcur ſum indigeat:alioquin ex eius dicti ſententia ſapientiã ſecum co gitatiõe uerſabit. Os iuſti meditabitur ſapientiam. diſcrimen uti q; terreſtris domus:in qua eſt tabernaculũ diſſolute: & tabernacu lum in quo iuſti ingemiſcũt grauati eo ꝙ nolumuſ exſpoliari ſed ſupueſtiri:ut abſorbeat̃ qđ mortale ẽ a uita.oportet enĩ:cũ corpiſ natura oĩs ſit corruptibl̃is:ut ĩduat corruptibl̃e hoc tabernaculũ ĩ corruptõem.& cũ mortl̃e ſit alteꝝ et mortis ſuſceptibile:q̃ peccatũ

ſubſequitur:ĩmortalitatem ut induat neceſſe eſt:ut cũ curruptibi le incorruptibilitatẽ induerit:& ĩmortalitatẽ mortale: tunc enaſca tur:quod a ꝓphetis predicitur: interitus uictorie mortis: quoad noſ illa ſibi deuictoſ:& ſtimulo ex ſe prodeũte ſubiecerit:quo ubi aĩam nõ undequaq; munitã pupugerit:vulnera illi infligat: e pra uis faciõribus prodeuntia. Sed ubi ea que noſtra ſunt:quoad licu it:de reſurrectione in preſenti in partem aliquã expoſuimus: Nã & alibi de ea q̃multa conquirendo iam diximuſ:Nunc Celſi ſunt dicta:uti par eſt:criminãda:quippe qui neq; ea que apud noſ ſunt literis tradita intellexit:nec quiuerit quoq̃ pacto diiudicare: ne quaq̃ eſſe exiſtimandũ:ſapientium illoꝝ uirorum ſententiam:ut hi magnifacerent:qui xp̃ianæ doctrine nil fidei ſe prebituros pol licerẽtur. Age & noſ oſtendamus hoĩeſ quoſdã nil contẽnẽdos: tũ quia conſideratius q̃multa ſint contemplati:tum quia in dialecti cis cõmentationibusperſpicatiores extiterint:pleriſq; de rebns ut certioribus & ueris diſſeruiſſe:quoꝝ dicta ſi ut humi ſerpentia & perinde anilia contẽnenda duxerit Celſus:ſui potius ſunt q̃ noſtri hoĩes reſpuẽdi. Stoici nanq; cõuerſionibuſ quibuſdã affirmãt uni uerſorum incendiũ fieri:idq; deinceps ſubſecuturã mundi inſtau rationem:priſtinis rerum inſtitutionibus omnino perſimilẽ. quo rum Stoicorum decreta reueriti quidam:pexigue admodũ prodi derunt p̱ conuerſionẽ res ab his ĩmutari: que ſupiori & uolubili tempoꝝ orbe fuiſſent:nã et homines dicunt in ſubſequẽti cõuerſi one huiuſmodi fore:qualeſ olim fuere:& Socratẽ quidẽ iterato & Sofroniſci filiũ & athenienſem futuꝝ:fænaretemq; rurſum Sofro niſco denuptã hunc pariturã:quo fit ut etſi reſurrectionẽ nil noĩe exprimunt:rem tñ ipſam pretendant:Socratem .ſ. qui eſſe ex Suf froniſci ſemine ceperat:reſurrectuꝝ:& in fenarete matris ſecundi nã bis fore reconditũ:utq; Athenis illi iteꝝ educato philoſophan dũ ſit:tanq̃ phĩa ſecũ ſit etiã reſurrectura:q̃ illi olim fuiſſet:& a pri ſtina illa nihil abſiĺis oĩno futura. quietiã fore:ut Anytus ille me lituſq; delatoreſ:iterato r̃ſurgãt:ut Socratẽ criminẽtur:nec ſecuſ & cõſultoreſ illi ariopagite hũc ip̃m cõdẽnent:et q̃d magis ẽ irridẽdũ

uel Socates ipſe ut ueſtibus his induatur:quibus ſuperiore perio do utebatur: & ſimili ut ſit paupertate futurus: & ciuitate eadē Athenis ut diuerſetur:rurſumq; ut phalariſ tyrānide potiat̄:æne uſq; huius & Taurus hominū ſimilium uocem emugiat: qui pri ori in ſe conuerſione fuiſſent incluſi. Alexander etiā ille phereus iterato Tyrannus:eadem erit qua prius fuerat ſeuicia: & domina tu:eoſdemq; illos & dānaturus quos ante damnauerat. Verum quid erit neceſſe ut ſtoicorum decreta quibuſ illi philoſophantur ediſſeram:que utiq; Celſo nequaq̄ uidentur ridicula: ſed eleganti ora forſitan & laude digna. Siquidem illi uel Zenon uidetur phi loſophus Ieſu ſapientior eſſe. Haud ſecus & Pythagorei ipſi: una et Platonici:&ſi uidentur mūdi in corruptionem tueri:in ſimilia tamen quedam incidunt:ut ſideribus ipſis pro inſtitutis reuoluti onibus figurationes eaſdem affectuſq; mutuo deſumentibus: uni uerſa in terris æque cum his ſe habere: & pari ſimilitudine dicāt: que olim fuiſſent:cum aſtrorum eandem affectus figuram mun duſ complecteretur. Neceſſe eſt igitur pro hac ſiderum ratione:ex longa quadam cōuerſione ad affectionem eandem inter ſe redeun tium:qua Socratē prius affeciſſe:ſunt uiſa: ut Socrates ex his īpis & eadem illa que quōdam ſit paſſus perpetiatur. ut per Melytum ſ. eundem et incuſetur dāneturq; ab Ariopagitis. hec cum philoſo phi uel ægiptiorum ſapientes illi:iſtiuſmodi tradunt:ut graues habiti & elegātes:per Celſum ſuiq; ſimiles nil irridentur:Nos ue ro qui quoad poſſumus per deum aſtruimuſ omnia diſpenſari:& pro cuiuſq; captu ad potiora ſingulos duci:& noſtrap̄ uirium na turā pernoſcimus:ut que ea dūtaxat percipiāt que capere poſſunt (non enim poterūt dei oīno incōmutabilitatem percipere) haud quaq̄ dicere ea uidemur:que merito ſint cōquirenda. Nemo autē nos ſuſpicet̄ (etſi iſtiuſmōi affirmamus) eop̄ ex nūero eſſe:qui etſi xp̄ianū ſint nomē ſortiti:negaturi ſint tn̄ que ſac̄ ſcripta de r̄ſurre ctiōe ſanxerūt:illi nāq; ex ſinapis cocco ul̄ tritici:ſiue ceterop̄ hm̄i ſurgētē ſpicā ul̄ arborē:proferre:ut lubet:& cōfirmar̄ nil poſſunt: at nos nequaq̄ uiuificari quod ſatum eſt credimus niſi & moriat̄:

non enim corpus quod futurum eſt reſurgentibus ſeminatur.his quippe deus quale collibuit corpus largitur:quod ſane ubi fuerit in corruptione proſeminatum:ad incorruptionem attollit: & de ignobilitate ad gloriam:et ex infirmitate ad uirtutem deniq; exci tabit.ubi demũ fuerit animale corpus proſeminatũ:ſpiritale hoc exiſtere faciet.Nec ſecus & eccleſiæ chriſti uoluntatem ſeruamus: & promiſſionis diuinæ magnitudinẽ:dei ipſius uirtutem non ſo lum ſententia cõprobando:ſed doctrina & uerbis:nihil ignari ꝙ ſi uel celum ac terra & que his inſunt aliquando pertranſeant:uer ba tamẽ ſingulis de rebus que diuinitus fiunt:haudquaq̃ eſſe pre teritura:ut que perinde in toto ſint partes:uel tanq̃ in genere ſpe cies eius quod a principio apud deum eſt uerbi & dei uerbi:libet enim audire dicentem:celum & terra tranſibunt:uerba autẽ mea non tranſibunt.Nos itaq; nil affirmamus corruptum iam corpuſ ad priſtinam rediturum naturam:queadmodum nec corruptum frumenti granum:in frumenti granum reuerſurũ quãdoq;:quip pe qui illud aſſeueremus:ꝙ quemadmodum ſuper frumenti gra no excitatur ariſta:Sic item & rationem ineſſe corpori quandam a quo non corrupto:corpus in incorruptiõe reſurgat.Atqui Sto ici corruptum omnino corpus affirmant ad priorem ſui reditu᷑ naturam:quia pro eorum ſententia res ipſe quandoq; ſint per celi conuerſiões:prioribus illis future perſimiles:& ad ſtatum eundẽ: e quo reſolute iam ſint reuerſure:& neceſſitatibus quibuſdam ad eorum opinionem dialecticis hec demonſtrando decernunt: nec ſane ipſi abſurdiſſimum aliquid afferre uidemur:cum poſſe deum omnia dicimus:qui eius ſub nutu uniuerſa eſſe ſat nouimus. Fate mur preterea nil poſſe turpia deum:eſſet nanq; hoc pacto deuſ:ut eſſe deus nõ poſſit:ſi enĩ quid turpe peragat deus: profecto deus eſſe iam deſinet.Verũ cũ inquiat Celſus:quod preter naturã ſit:de um nil uelle.id dictum ſic partiamur.Si enim preter naturam eſſe quis nequitiam dixerit:nec ipſi quidem id inficias ibimus: nolle quidpiam deum quod naturam excedat:nec ea quidem que a vici is prodeunt: uel preter rationem fiant & æquitatem. Que uero

iuxta dei uerbū et uoluntatē efficiunt̄:neceſſe eſt ſtatim:ut preter naturā minime ſint.nō ergo preter naturā ſunt que per deū gerū tur:uel ſi mira ſint et p̄ter opinionē effecta.ꝙ ſi uiolētius ſint hec nuncupāda: dicturi haud dubie ſumus: quoad naturā quā vulgatiorē et cōmunē deſumimus id facere deū:q̄d p̄ter humanā naturā effecerit: hominē prouehendo:efficiēdoq̨: ut ad potiorē naturam is imutetur et plane diuiniorē.et ita ut hūc talem tutet̄ et ſeruet: ut ſuis ex actiōibus præ ſe facile ferat:quid illi collibitū ſit qui ſeruauerit.Verꝝ cum ſemel dixerimus deum nil uelle quod minus ſe deceat:id quippe ne deus eſſet ſuſtulerit:dicturi etiam ſumus:ꝙ ſi pro dep̄dita eius nequicia:quis hominū uelit.quod & reſpuendū et improbū ſit:uelle id deū minime poſſe. Nos uero tam lōge ab ſumus ea que celſus refert huiuſmōi ut cōtentioſius īprobemus: quippe qui eius dcā ad uerꝝ expēdimuſ:ut illud ſibi aſſentiamur: deum nec peccātis eſſe et noxie uoluptatis:nec rei alicui plane ob noxiū que indecora ſit et æquitate aberrans:ſed recte & æquioris naturæ:ut qui cunctorꝝ ſit bonorꝝ origo.Fatemurq̨ eū et animæ poſſe uitā perpetuam cōdonare:nec poſſe ſolū ſed et perpetuitatē hanc ipſam de ſe preſtare:celſi uero ex dictis nihil nos angit:nec Heracliti quidē illud q̄d ſibi celſus aſſumpſit:ꝙ mortui ſint ſtercoribus deſpectiores: tametſi dixerit aliquis ſtercora quidē deſpectui eſſe:humana uero cadauera ut animæ domicilia & ſanctioris precipue: haudquaq̄ eſſe reiicienda:quippe que ex optimarꝝ legū p̄miſſu:cū honoribus qui haberi his poſſunt:et ſepultura dignan̄tur:ne aīe iniuriam inferamus:ſi poſt eius exceſſum haud ſecus ab iecerimuſ corpuſ:atq̨ abiici ſolent brutorum cadauera.haudquaq̄ igitur placeat deo uelim uel frumenti granū iure ut perpetuū eſſe decernat:ſed ex eo prodeuntē ariſtam:nec quod in corruptiōe ſit ſeminatū:ſed quod ex ea ad īcorruptionē reſurgit.Atqui iuxta celſum deus ipſe vniuerſorꝝ eſt cauſa:iuxta nos uero huius et filius: de quo ꝓfecto philoſophātes id dicimus:in principio erat uerbū et uerbū erat apud deum:et deuſ erat uerbū.Quinetiā ad nr̄am opinionē nil quiuerit deuſ quod iniqus ſit p̄ter ſui ipſius cōditionē

efficere. Sed uideamus que deinceps hunc in modũ proſequitur Celſus. Iudei igitᷣ gens quedam priuata effecti: legibus: uti eorũ fert patria conſuetudo: ſtatutis: haſipſaſq; inter ſe uel ad id tẽpus fouendo: cultumq; qualẽcunq; : & patrium alioquin obſeruando: haud ſecus agunt ac ceteri hoĩes: qui patrios qualeſcũq; ſint rituſ: tutantur. Sic enim cũ fit: uidetur cõducere. Non ſolum quia aliis aliter in mentẽ uenerit quod arbitrando ſtatuerent: exiſtimarẽtq; oĩno eſſe ſeruanda: que in cõmune per ſe ſancirentur: Verumetiã ꝙ mundi partes uti fieri oportuit: a principio ſunt aliis alie preſidibus diſpartite: ita ut per principatuſ quoſdã diuiſe: regantᷣ: & rectius ſit cum ſingulis actum: ſi ad illoꝝ nutũ ſingula gubernẽtur quibus ſubiiciuntᷣ. Soluere aũt que ab ipſis rerũ primordiis ſingulis locis lege ſunt cõfirmata: haud ſane fas eſt. In his quidem oſtẽdit Celſuſ: iudeoſ iuxta ſe olim ægiptioſ: nationẽ per ſe priuatã poſtremo effectos: conditas ex ſe leges fouiſſe: & eius dicta: ne ſingula repetã: & his conducere dixit: ſi nil ſecus ac cetere nationes patrios ritus ſeruarẽt: & cauſam profert profundiorẽ: cur illis id uſui ſit futuꝝ: oſtenſuruſ cuiq; leges hoſ poſuiſſe: quibus ſorte obuenerat ut eoꝝ terræ preficerentᷣ: quos legibus cõmuniſſent: uidetᷣ igitur illud ſignificare: iudeoꝝ locis & nationi que his ĩmoretur: aliquem unũ uel plures proſpicere: quibus iuuãtibus: iudeis ꝑ Moyſem ſint poſite leges: & ſeruande quidẽ inquit ſunt leges: non ſolũ quia aliis uenit in mentẽ: ut aliter atq; aliter leges ſancirent: Sed quia ſeruãda ſunt que in mediũ ſtatuuntᷣ. & uti par eſt: & terre ꝑtes ut a principio ſunt aliis alie diſpartite ꝑſidibus: & per principatus quoſdã diuiſe: ita & gubernentᷣ: proinde haud ſecus Celſus atq; eoꝝ oblitus: quibus fuerat in iudeos inuectuſ: Inter eoꝝ laudeſ qui patrios ritus eſſent tutati nunc & illos cõplectitur inquiens. Et ſane cũ ſingulis recte agetᷣ ſi ita regãtur: ut preſidibus illis fuerit collibitũ. Verũ aduerte ut apertius etiã quantũ in eo eſt: & iudeũ uelit ſuis ut legibus uiuat: nec quoq̃ pacto ab his ut deſciſcat: Ait nanq; minus licere que ſingulis ſunt locis ſtatuta: diſſoluere: Sed ueli equidẽ Celſum & qui ſecũ hec ſentiũtᷣ illud rogare: quis

nam is fuerit: qui primitus terre partes: aliis alias ſit proſpectori bus impartituſ? Et liquet ſane iudeorꝝ terram & ipſoſ iudeos huic illis ue obueniſſe: quibuſ obtigerant. Nun enim ut dixerit Celſuſ Iuppiter ille: cuiq̃ uni uel pluribus iudeorꝝ loca uel ipſos iudeos diſtribuit: ita ut qui iudeam ſic ſortirētur: iudeis libuerit ut leges imponerent. An Ioue hoc ipſo nolente effectū id eſt? utcunqꝫ itaqꝫ Celſus reſponderit: Conſpicaberis eius dicta in anguſto herere. qꝛ ſi a nemine aliquo uno: terræ partes ſuis preſidibus ſunt diſpar tite: conſtabit ergo uti iubente nemine uel preſidente: terrā ſibi fu iſſe quemqꝫ uel temere quidē partitū: quod ſane uti abſurdiuſ eſt: ita & dei fere ſuſtulerit prouidentiā: quemadmodum uero per ali quos principatus terre parteſ diuiſe: a ſuis preſidibuſ gubernētur: qui uelit iam explicet. Denūcient preterea nobis: uti cum ſingulis recte agatur: ubi ab hiſce ad nutū ſingula queqꝫ geranť: et (ut ita dixerim) nun recte ſe habeant ſcytharꝝ de interimendis parētibus leges: ſeu perſarꝝ: que minus prohibent filiis matres denubere: uel patri filiam. Verū quid mihi erit neceſſe ex diuerſis gentium legi buſque tradita ſunt colligenti: addubitare & querere: quemadmo dum recte agantur: que per preſides iſtos geruntur: At dicat nūc Celſus. Cur nō æquius fuerit patrias leges diſſoluere: q̃bus ſinať & liceat: ut liberis matres & patri filie nubant: & e uita ut laqueo excedatur: Sanciaturqꝫ eſſe beatius: ut ſeipſos penitus hoīes pur gent: igni ut dedant: per ignemqꝫ ex hac uita diſcedant: Cur inq̃ pium nō fuerit & leges apud taurinos diſſoluere? quibuſ cauetur: ut Diane hoſpites pro hoſtiis offerantur? uel apud libios quoſdā quibus moſ eſt: Saturno liberos īmolare? Illud deinde ſubſequiť Celſus: nequaq̃ iudeos religioſe facere: qui patrias ſoluerint & ſic traditas leges: ut aliū deorꝝ neminē colant preter unum oīm con ditorē: & erit quidē apud hunc nō natura quod dicit religioſum: ſed permiſſu quodā & arbitratu. Apud hos nanqꝫ Crocodillū co lere religioſum eſt: & ueſci que ab aliis adoranť: apud alios item dum uitulum colunt pium exiſtimatur: Quidam uero & hircum pro deo duxerit. Sic fiet ut quiſpiam quoad huiuſcemodi attinet

leges:religioſe facere uideatur. Irreligioſe uero quo ad aliorum ritus & mores:quod utiq; omniũ eſt abſurdiſſimum:ſed par fuerit ut hec iſti defendãt que dicunt & religioſum eſſe:qui patrios mores tuteẽ:nec quoq̃ pacto irreligioſum q̃ alieos nil ſeruet: rurſum q; qui apud hos illoſue irreligioſus habetur:irreligioſum nil eſſe: ſi pro patria cõſuetudine: ſua quidẽ ſeorſum colat: que uero apud alios fuerint qui alienis a ſuis utantur legibus:auerſetur & diueſcatur. Aduerte autem ut æquitatis & religionis & pietatis confuſionem pretendat. dum pietatem hanc nihil ſeiungit. perinde nec naturam habeat aliquam propriam:que pios eſſe hos exprimat:qui ſecundum ſe fecerint. Si igitur pietas ipſa & religio & iuſtitia in eorum ſunt numero:que ad aliquid conſtant: ita ut pro uariis affectibus quibuſdam & legibus iddem ſit religioſus & impius: Caue ne & cõtinentia ſubſequẽter in his habeaẽ:que ad aliquid ſunt fortitudoq; item & ſapientia:ſcientiaq; & uirtutes huiuſmodi ceteræ:quibus profecto nihil eſſet abſurdius:ſi ſe ita haberent. Nobis uero ſimpliciter quidem & uulgatius Celſi dictis inſtantibus: ad hec ſat forent que diximus. Sed cum putemus futurum ut eorum quiſpiam qui res diligenter & accurate perquirũt: ſcripta hec quãdoq; perlegat. Age perpauca: & ſi altiora:periclitãdo iam exponamus:que miſtice aliquid archanæ contemplationis aſſeruent:quẽadmodum a prĩcipio aliis alia terre loca & que abſurdiora iam diximus:ſint preſidibus diſtributa. Age inq̃ enixius hec diſſeramuſ. Atqui mihi Celſus uidetur nil recte eorumaccepiſſe nõnulla: que de terreſtrium rerum partitione altiore myſterio proferuntur: & græca quidem hiſtoria:hec leuiter attigit:quoſdam inducens pro diis habitos olim: de Attica terra adinuicem altercatos: facienſq; apud poetas eorum nõnullos qui dii dicuntur: locos quoſdam fateri longe plurimum ſibi familiares barbarorum uero hiſtoria: et ægiptiorum precipue:iſtiuſmodi quedam de ægipti legum diuiſione oſtendendo cõmeminit:quemadmodum Minerua que ſamũ ſit locum ſortita:& atticam habeat. ægiptiorum itaq; ſapientes infinita quedam huiuſmodi protulerunt: nec tamen ſat ſcio utrum

iudeos & eorum loca in aliorum quorundam ſint partitione cō
plexi: Sed de his que extra ſacras litteras ſunt: explicata: ſat fuerit
in preſentiarum que diximus: at nunc Moyſem ipſi aſſeueramus:
qui dei & uates fuit & ſeruus gratiſſimus: in Deuteronomio can
tico de rerum terrenarum diuiſione iſtiuſmodi olim diſſeruiſſe.
quando diuidebat altiſſimus gentes: Quando ſeparabat filios
Adam: conſtituit terminoſ populorum iuxta numerum filiorum
iſrahel: & pars autem domini populus eius: Iacob funiculus here
ditatis eius. Que autem ad gentium ſpectant diuiſionem: Moy
ſes idem in Geneſi in hiſtorie modum ſic narrat: Et erit omnis ter
ra labii unius: & uox una cunctis. Et factum eſt cum mouiſſet eos
ab oriente: inuenerunt campum in terra Sennar: & habitauerunt
ibi. & paulopoſt. Deſcendit autem deus ut uideret ciuitatem: &
turrim qua edificabant filii Adam: & dixit dominus. Ecce unus
eſt populus & labium unum omnibus: ceperuntq; hoc facere: &
non deſiſtent a cogitationibus ſuis donec eas opere compleant:
Venite igitur deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum: ut
non audiat unuſquiſq; uocem proximi ſui: atq; ita diuiſit eos
dominus ex illo loco in uniuerſas terras: & ceſſauerunt edificare
ciuitatem: & iccirco uocatum eſt nomen eius Abel: quia ibi con
fuſum eſt labium uniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos domi
nus ſuper faciem cunctarum regionum: & Salomon: cum de ſa
pientia diſſerit: & de linguarum confuſione: in qua facta in ter
ris ſit linguarum partitio: inquit. Hec quidem & in concordia
nequicie gentium confuſarum: Cognouit iuſtum & cuſtodiuit
illum inculpabilem deo: In filii clementia fortem ſeruauit. Lon
gior autem de iſtiuſmodi & myſtica quedam extat oratio: cui con
gruit illud ſacramentum enim regis abſcondere bonum eſt: ne
ad quorumuis aures de anima que traduntur perueniant: quem
admodum haudquaquam hanc uelit e corporibus aliis ad alia
corpora demigrare. utq; nec ſancta quidem canibus dentur: Nec
apponantur margarite porcis: id quippe impium eſt. At ſi aliter
facerent ineffabilia diuinæ ſapientiæ dicta hi proderent: & per

inde mendacia redderent: quia de ſapientia recte id ſcribitur: In maliuolam animam non introibit ſapientia: neq; habitabit in corpore peccatis ſubiecto. Sat autem ſit que ſunt in hiſtoriæ mo dum prolata: aperuiſſe. Innoteſcant igitur uniuerſi: qui in terris ſunt homines: & lingua una quadam & diuina utantur: & q̃diu inter ſe ipſi conuenerint: in diuina hac lingua ſeruentur: maneant q; ad orientem immoti: quoaduſq; tandem que lucis ſunt ſapi ant: & que ſplendoris: a luce prodeuntis eterna: & hi quidem ſe ubi ab oriente iam mouerint: & ſenſerint que ab oriente ſunt ali ena: Inueniant in terra Senaar campum: quod utiq; dentium in terpretatnr excuſſio: in ſignum & argumentum: ut ea deperdant: quibus & nutriuutur: & eodem inhabitent. proinde qui terrena hec congerunt celo uelint adglutinare: que illi affigi nil poſſint: & ut perterrea iſta uel illis inſidientur: que ſunt terre expertia: ſic inquiant. Venite faciamus nobis lateres: & eos igne coquamus: ut itaq; lutea hi & terrena obdurant: & molliorem materiam ni tuntur lapidem reddere: & lutum calcem: ex hiſq; ciuitatem & tur rim ædificare: cuius ſummitaſ: quo ad eorum oppinionem: celum pertingat: Tradantur ſinguli pro motus proportione quo iſti plus minuſue ab oriente receſſerint: proq; ipſa uel laterum in lapi des immutatione & apparatu: & luti in calcem: angelis uel pluſcu lum uel minus infenſis & grauibus: his illiſue tamdiu dedantur: quoad luerint eorum audaciæ pænas: & ab angelis ſinguli qui propriam ſibi linguam effecerint: pro eorum meritis ad terre par tes ducantur: & ex angelis hi quidem (ut ita dixerim) ad loca que dam ſole exuſta: traducant: Alii uero ad gelidiora: que & frigori bus incolas ipſos excrucient: In terram alii ad excolendum diffi cilem: uel paulo mitiorem: Alii in eam que feris ſit beſtiis plus minuſue copioſa. Deinde ſi quis ingenio ualet: tamq̃ ſub figura hiſtoriæ: que per ſe quidem uel aliquid habeat ueritatis: aliquid uero archani pretulerit: aduertat quoſdam priſtinam linguam ſer uaſſe: quia ab oriente nuſquam receſſerint: cum & in oriẽte & ori entali lingua permaneant. Intelligatq; hos dumtaxat domino in

portionẽ ceſſiſſe:& populum qui Iacob eſſe aſſeueret. Effectum in ſuper eſſe: & tabernaculum hereditatis ſue iſrahel. Et hi ut princi pi tantum ſubiiciantur:qui non ad ſupplicium ſubditos:ut ceteri ſolent:deſumat: Conſpicetur inquam qui poteſt: quoad ei licue rit conſpicari:qui inter homines agit: uel in eorum uita qui ad preſtantiorem illam dei portionem ſunt inſtituti : quammulta olim fuiſſe commiſſa: tolleratu facilia: & plane eiuſmodi: ut ho rum decauſa uiderentur non digni : quos deſtitueret deus : & paulopoſt maiora quedam hos deliquiſſe: ſed que ferri etiam po ſſent: & ita ut ubi demum intelligat peccantibus hiſce diutius: & adhibitam ſemper fuiſſe medellam: rediiſſeq; ad ſe tandem & ad deum per temporum interualla conuerſos: uideat uelim haud ſecus deſtitutos fuiſſe et ceteros : qui delinquendo alia ſint loca ad habitandum ſortiti. & primum quidem minori affectos ſup plicio:& penas luiſſe:perinde ad ſe ut caſtigati redirent. Aduertat poſtmodum iſtis trucioribus principibus traditos: & Aſſyriis quidem : ut diuina ſcripta deſignant. Deinceps & Babilloniis: mox item poſt allatas medellas peruideat: nihilominus hos ip ſos ſcelera in ſe prorogaſſe. & iccirco per aliarum gentium duces in alias terras diſſeminatos : turpiter fuiſſe abactos: & de indu ſtria per proprium regem neglectos: cum ab alienis regibus ra perentur:ut & ipſe perinde iniuriam ulciſcendo: iure poſſet ex ali is nationibus quoſcumq; liceret ſurripere: ut captis imponeret le ges:& quemadmodum uiuendum his eſſet oſtenderet: & ad eum deniq; finem deduceret: ad quem & primi generis traduxerat na tiones: que nil deliquiſſent. Quo circa ediſcant qui contempla ri tanta hec poſſunt:eum longe fuiſſe potentiorem qui ſit priſcos illos ſortitus:haudquaquam peccatis obnoxios: q̃ ceteri omnes: quando hic potuit ex omnium portione delectos quoſdam ſuſci pere:& ab illis diſtrahere qui eſſent ad cruciatus deſumpti: & le gibus applicare & uitæ:que ad preteritorum commiſſorum ob liuionem conducerent. Sed uti prediximus hec nobis ſint dicta: monſtrantibus: nil recte hos audiſſe: qui terre partes affirmant:

uel a principio fuiſſe preſidibus aliis:alia ad regimen impartitas & per principatus diuiſas & gubernari. Enimuero ubi ab oriente dimoti quidam peccarunt: traditi ſunt in reprobum ſenſum: & in ignominiæ paſſiones: cordiumq; eorum & deſideria: in im mundiciem:ut peccato exſaciati:id oderint. Sed haudquaquam Celſo aſſentiemur uolenti & affirmanti iccirco recte cum ſingu lis agi:quia terre partibuſ diſpartiti ſint preſides:quin placet non tanti iſtorū res fieri:quanti his libet. Videmuſ enī que uel a princi pio ſingulis ſunt locis ſtatuta & ſanctiora fore & pietate preſtare: ſi diuinis quibuſdam & potioribus legibus quandoq; ſoluantur: quas utiq; Ieſus ut potentiſſimus tulit:a preſenti nos & neq̄ hoc ſeculo eximens:& a principibus ſeculi huius qui deſtruuntur:Im pium uero non ſe illi permittere:qui uniuerſis principibus ſit & potentior uiſus & demonſtratus:quem utiq; deus hunc eſt in mo dum affatus:ſicuti ante generationes iam multas precinerunt pro phete. Poſtula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & poſ ſeſſionem tuam terminos terre. Is enim a nobis expectabatur qui ex gentibus in eum crrdidimus:& in deum qui eius eſt pater. Que autem diximus non ſolum ad confutanda: que de preſidi bus terræ traduntur plurimum ualent: ſed & Celſi dicta que iſti uſmodi ſunt: intercipiunt. Inquit enim. accedat autem & ſecun dus:at nos iſtos rogabimus:unde nam prodeant:uel quam nam habeant principalem & patriam legem? Nullam profecto dictu ri ſunt:tametſi ex iudeorum & hi lege eruperint: & preceptorem ipſum & ducem non aliunde acceperint: & a iudeis alioquin de ſciuerunt. Nos quidem & ſinguli in poſtremis diebuſ prodimus. ubi Ieſus noſter aduenit in conſpicuum & excelſum domini mō tem:qui & uerbum ſit quod omne uerbum excedit:& in domum dei:que utiq; uiuentis eſt dei eccleſia: columna inſuper & funda mentum ueritatis. Et in monte quidem edificatur: in montium ſummitate:omnium ſcilicet propheticorū dictorum: que ferme conſtat huius eſſe domicilii fundamentum. In ſublime autem domus & ſupra omnes montes eſſe hi oſtenduntur:qui precipuū

aliquid apud homines in ſapientia & ueritate: de ſe uidentur pro mittere: in eam uero domum gentes nos omnes conueniemus: & gentes tam multe ambulabimus: & mutuo nos ad diuinum illum qui per Ieſum illuxerit cultum hortando: dicturi ſumus. Venite aſcendamus in montem domini & in domum dei Iacob: Et annunciabit nobis uiam ſuam: & ambulabimus in ea: Exiuit namq; ex Sion lex: & conuerſa eſt ſuper nos ſpiritalis: & uerbum domini ſuper Ieruſalem illam exiuit: ut quod ubiq; ſit depaſca tur: & gentes diiudicet. Eligens quidem quos uidet obedientes: redarguens uero populum multum & contumacem. His autem qui ita nos rogitent: Vnde nam prodeamus uel quem nacti ſi mus ductorem? Sic reſpõdebimus: Veniſſe nos quidem pro Ieſũ monitis ut bellicos nr̃os & rationabiles gladios cõfringamus: ita ut qui cõtumelioſi ſunt conflemus in uomeres & lanceã nr̃am pu gnacẽ in falcem. non enĩ decetero gladiũ aduerſus gentẽ nos capi mus: nec ad bellum inſtruimur: pacis filii per Ieſum iã redditi: qui utiq; pro patriis legibus: in q̃bus eramuſ a duplici teſtam̃to adhuc alieni: nos ductat lege accepta: qua ſup̲ ei grãs dicimuſ: qui nos ab errore exemerit: falſos quoſdã deos olim aſſeuerãtes: & uana Idola noſtros ſibi quondam comparaſſe maiores: quos inter: deus alio quin pluit nemo. Dux itaq; noſter & inſtructor ille a iudeis egrediens: ſue doctrinæ uerbo mundum uniuerſum depaſcitur. Verum ne & illa pretereamus que ſubſequenter per Celſum tra duntur: age & hec explicemus: Vtetur autem aliquis inquit uel ipſo Herodoto ad eam rem teſte: ita dicente. Qui enim ex Marea ciuitate uel Apio oppido incolunt montes: Libie proximos: ui dentur Libii eſſe non ultra ægiptii: Nam cum de ſacrorum cul tu hi angerent̃: q̃ppe qui p̲hiberi nollẽt quominus & femnias bo ueſ mactarẽt: ad ãmonẽ miſerũt qui dicerẽt n il ſibi cũ ægiptiis eſſe cõe: nimiꝝ qui extra delta regionẽ incolerent: nec fas ſibi eſſe q̃ il lis in eſum ſint deguſtare. At deus nil ſiuit eos hec facere: affirmãſ eã ægipti regionẽ eſſe: quã nilus ĩundãs rigaret: & ex ægipti parti bus eſſe illos ſatiſ cõſtare: q̃ ſupra elefantinam urbẽ loca inhabitẽt

& eodem ex flumine bibunt. hec Herodotus. Ammon uero demones ad nos delegando iudeorum nulli inferior eſt: quo fit ut haudquaquam iniquum ſit ſua quemq; legitima colere: plurimum tamen hec pro gentium ritibus differre comperiemus: & alioquin recte ſinguli exiſtimare uidentur. Ethiopum ſiquidem qui Meroem habitant: Iouem dumtaxat & Bacchum colunt: Vraniam Arabes tantum & Bacchum: Oſyrim ægiptii omnes & Iſidem: Mineruam Zaite. Naucratite autem non ex ritu uetuſtiore quem colerent: Sarapim nuncupare ceperunt: & ceteri item pro legibus factitant: et hi quidem ab ouibus abſtinent: quippe quas ut ſacras obſeruant & uenerantur: a capris nonnulli: a Crocodillis quidam & bobus: Sed feminis abſtinent: ab apris pleriq;: ut quos plane abhorreant: Scythis inſuper uel humanis carnibus ueſci: pulchrum uidetur: Sunt preterea ex Indis non nulli: qui patris carnem dum æſitant: religioſe ſe facere arbitrentur: Et alibi quidem is idem Herodotus inquit: Vtar autem huius iterato dictis: ut noſtris faciam fidem: Si enim uniuerſis proponat mortalibus quiſpiam: ut cunctis ex legibus deligant potiores: ſuas quiq; nimirum leges contemplati ut optimas: longe magis ſunt delecturi: non aliam quampiam: uti par eſſet: uel inſanum hominem dixerit: qui aliter forte decerneret. ꝙ autem de inſtitutis & legibus id exiſtiment homines: multis quidem & aliis argumentis licet expendere: Darius namq; græcis omnibus ad ſe conuocatis: qui ſub eius eſſent imperio: illud rogabat: Cuiuſnam premii magnitudine genitores uelint demortuos æſitare? At illi nulla profeſſi ſunt id ſe quandoq; facturos. Tum idem: accitis ex Indis qui Callocie uocitantur: apud quos parentes æſitandi mos eſt: Adhuc grecis aſtantibus: ex interpretum relatu edoctus: que dicerentur: quo nam precio ſciſcitatus eſt: Illi admitterent: ut defunctos parentes igne cremarent. Tum illi magnum immodum obſtupefacti: Darium meliora loqui iuſſerunt. Sic itaq; ſunt hec lege ſtatuta ut immutari nefarium ſit: & ſane rectius uidetur Pindarus facere: qui legem dixit omniū ducem: ꝑ hoc igiť in preſenti

uidenttur Celſi dicta ad illud tranſire: ꝙ homines omnes pro patriis legibus ut uiuant neceſſe ſit: neq; in his obſeruandis ullo pacto poſſe coargui. Chriſtianos uero patriis his deſtitutis: nec una ex gente ut iudei: cum conſtent: non ſine culpa Ieſu ſe addi xiſſe. Dicat igitur Celſus utrum decenter hi qui & philoſophan tur & inſtruuntur: ne deos ſuperſticioſe colant: patrias leges reli querint? ubi uetitis cibis ueſcuntur: an preter decus id agant? Si enim hi per philoſophiam & alias diſciplinas que ſuperſtitioni bus aduerſantur: patriis ritibus deſtitutis: ueſcantur que ſibi in eſum interdicuntur: Cur & chriſtiani uera doctrina prohibente: ne ſimulachris & ſtatuis uacent: uel his que creauerit deus inten dant: ſed negligendo peruincant: & animam conditori commen dent: quando haud ſecus faciant ac philoſophi factitarunt: non id ſine crimine geſſerint? Verum ut ea que propoſuit Celſus tute tur: & qui Celſo aſſentiuntur: uel philoſophando quempiam di xerint patrios mores ſeruare: Aduerte philoſophos: quales inter ægiptios extitere: uel ridiculum admodum obſeruaſſe: quippe qui pro patria tutanda conſuetudine: nec cepas æderent: & a qui buſdam brutorum corporis partibus abſtinerent: ut armo & capi te: ne forte maiorum traditiones excederent: nec tamen de ægipti orum ineptiis & que de corporibus brutorum delirant aliquid di xerim: uel in ipſa natura exhorrent. Nam ſi quis ex iſtis uel forte philoſophetur: uel ritus patrios ſeruet: profecto ridiculus qui dam arguetur eſſe philoſophus: qui ſe minus philoſophe geſſerit. Sic igitur qui ex Ieſu diſciplina: ad dei omnipotentis cultum tra ducitur: & pro patriis moribus in inferioribus hiſce apud ſimula lachra & que mortalium manibus effinguntur: & obfirmantur: reſideat: nec uelit animo ad conditorem illum aſcendere: eorum profecto perſimilis fiet: qui didicerit quidem que ad ſapientie ſtu diū pertinent: metuat tn̄ que minus fuerit formidoloſa: & putet impiū eſſe re aliqua ueſci. qualis eſt Herodoti Ammō: cuius reſpō ſa iccirco Celſus cōplectitur: ut oſtēdat debere ſingulos: patrios ri tus ſeruare. Eniuero ſi ammon femellas boues mactādi uſū iccirco

Libiis interdixit: quia id animal ad excolendam terram conferat plurimum: uel quia ex feminis his animantibus id pecudum genus excreſcit: haberent forſitan perſuaſionis aliquid que Celſus protulerat. Nunc uero placuit ſemel: ut qui nili aqua in potum utuntur: ſit omnino neceſſe ægiptiorum ut leges obſeruent: quibus de femellis his bobus apud eos cauetur. Et in hoc quidem iudeorum Celſus angelos carpens: ꝙ ea que dei ſunt nuncient: Ammonem dixit haudquaquam his eſſe inferiorem: quorum nec uerba ſcrutatus eſt: nec plane intelligit: quid hi præ ſe ferant: cum hominibus obuerſantur: quod ſi forte perciperet: uideret profecto non boues deum curare: ubi de bobus & brutis his animantibus ſtatuit: Sed que hominum gratia ſub animalium pretextu huiuſmodi ſunt litteris tradita: naturæ rationem aliquam continere: Celſus igitur non inique facere ſingulos dicit: qui ſuas colere leges uoluerint: unde illud mox ſequitur: nil iniuſtius agere Scythas: quando pro patria conſuetudine homines æſitent: & ex Indis qui paterna carne ueſcuntur iuxta Celſum facere ſanctius uidebuntur: uel ſaltem non impie: Explicat autem is Herodoti dicta ad id facientia: ꝙ patriis quiſq; legibus decenter utatur: & ſimilis eius uidetur: qui Darii temporibus Indos quoſdam callatias tunc nuncupatos: ſuſceperit ſimul & laudarit: quibus æſitandi parentes mos eſſet: quandoquidem Darium hi ſciſcitantem cuiuſnam rei magnitudine & premio eorum uellent legem deponere: Ingenti edita uoce: loqui meliora iuſſiſſent: Duobus igitur generaliter propoſitis legibus: altera quidem naturæ: quam tulerit deus: altera que ſcripto conſtet & in urbibus ualeat: Par fuerit quādo diuinæ legi lex ſcripta nil aduerſatur ſub peregrinarū legum pretextu: merore ciues nullo afficere. Aſt ubi ſcripte legi contraria naturæ: dei lex quicq̄ iniunxerit: Aduerte ut uera doctrina diſperditum iri legem hanc ſcriptam: & latorum legum placita iubeat: & ſeſe deo ut uere legis conditori quiſpiam dedat: & huius ex diſciplina & uitam ducat: Vel ſi cum uitæ diſcrimine laboribuſq; infinitis: & mortibus. ſiquidem id agi oporteat: eſt enim

abſurdiuſ humanis ut legibus uel legum huiuſmodi ſectatoribus quis obſequatur: cum leges diuine ſint ab his aliene: ſiquidem haudquaq̃ poterit quiſpiam deo ſimul & hominibus obtempera re uel exequi opera iſta humana qui deo uelit gratificari. Si enim in ceteris naturæ ipſius preferenda ratio eſt: que dei lex ſit: & po tior plane habenda q̃ ea ſit que ſcripto conſtet: & per homines contra dei legem ſit conſtituta: Cur non id potius agendum in dei legibus fuerit? Non enim Ethiopum more qui circa meroem incolunt loca: Iouem Mineruamq; dumtaxat ut cuiq; libitum erit: & ipſi culturi ſumus. Sed nec Ethiopicos quidem ritus ſerua bimus nec honore aliquo proſequemur: quos hi uenerentur: neq; ut Arabes Vraniam ſolum & Bacchum deos putabimus: quin potius nec deos dixerimus: quos inter cum mares eſſe: tum femi ne exiſtimantur. Siquidem Vraniam Arabes: ut feminam colũt: & Bacchum ut marem: neq; ut ægiptii omnes pro diis duxeri mus Oſirim et Iſidem. Nec demum Saitarum more cum iſtis & Mineruam annumerabimus. Verum ſi Naucratitis illis & Priſcis alia ſunt ut colerent uiſa: iuniores autem Sarapim colere ceperint: qui numq̃ alias fuerit inter deos relatus: nil tamen ipſi eundem in modum: nouum quempiam: & qui prius nuſq̃ extiterit nec ul li ſit cognitus: deum eſſe aſtruimus. cum dei filius: omnium que condita ſunt primogenitus: & ſi recens ſit uiſus carnem ſumpſiſſe humanam: haud tamen nouus propterea fuerit: quippe quem eſſe uniuerſarum conſtat rerum que create ſint: uetuſtiſſimum: ut ſa cre littere tradunt: & ad hunc ipſum a deo de hominis creatione: uerba fuiſſe huiuſmodi habita: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Sed uelim equidem plane oſtendere non iure Celſum id protuliſſe: propria ſingulos & patria colere. Hos enim ait qui meroem incolunt: duos tantum nouiſſe deos. Iouem & Bacchum. & ſolum hos colere: Vraniam uero ſeorſum ac propriam: ut eius eſt hiſtoriæ ſeries: Si itaq; neq; Ethiopes Vraniam colunt: neq; Arabes ipſi & Iouem: fiet ergo ut ſi quis Ethiopum neceſſitate aliqua ad Arabes uenerit: impietatis co

arguat: ut qui uraniam colat: & iuxta id: uitæ periculum ſubeat & ethiopi cōduxerit potius: mortem ut oppetat: q̄ preter patriam faciat conſuetudinem: & Vraniam colat. ꝙ ſi facere eum preter patria iura profuerit: Haud tamen quo ad Celſi dicta pie hic fecerit. Si uero ad mortis uiam is abigatur: oſtendat Celſus quo iure ſit illi mors potius ſubeunda: ipſe uero haud ſane intelligo: ni forte Ethiopum diſciplina de animæ immortalitate doceat philoſophari: quemadmodum honos ſit cultoribus his deferendus: qui iuxta patrias leges: ſtatos colat & legitimos deos. nec ſecus dici & de Arabis poteſt qui neceſſario ad Ethiopes qui circa meroem ſint demigrarint. Hi namq; uel Vraniam colere ſolum: & Bachū edocti: nequaquam ſunt Iouem cum Indis adoraturi: unde nil pie colere exiſtimantur. Hos itaq; ſi iccirco ad mortem Ethiopes rapiant: quid nam quod æquum ſit fecerint: promat nunc Celſus: de Oſiris uero & Iſidis fabulis ocioſum eſt in preſenti aliquid explicare: nec ſat oportunum. tametſi ab his interpretentur & fabule: a quibus inanimatam aquam colendam eſſe inſtruimur: nec ſecus & terram: que mortalibus eſt uniuerſis & brutis ſubiecta. De Serapide autem & longior quidem & diſſona hiſtoria eſt: cum paulo ante in medium Ptolomeus prodiſſet: & magicis uellet preſtigiis Alexandrinis ciuibus perinde apparentem hunc deū oſtendere. Legimus tamen apud Numinium pythagoreum: illum: e quibuſuis animantibus ſiue plantis per naturam iam inſtitutis: Serapidem hunc ſubſtantie aliquid ſibi deſumere: & eius participem fieri: ita ut uideatur ex imperfectis initiationibus & ueneficiis: non a ſtatuariis ſolum & imaginum confictoribus deus parari: Sed per magos: & ueneficos quoſdam & demones: qui carminibus uolutantur. Querendum eſt igitur rationali animanti & māſueto & conſideratius omnia factitanti: in eſum quid congruat quidue minus conueniat: & non ueluti iure quodam hereditario: oues: & capras uel boues ut colat imponenda neceſſitas: a quibus ut abſtineatur modeſtius fuerit: ſiquidem plurimum ex his utilitatis mortalibus uendicatur. At Crocodillis quidē parcere &

ſacros hos dicere neſcio cuius commenticii dei: quo pacto non fuerit omnium ſtolidiſſimum? Eſt enim ualde furentium uelle his parcere que minime parcant: & beluas eas tutari que homines uorent. Celſo uero perplacent: qui pro patria quadam conſuetudine: Crocodillos ut homines colant et plane defendant: & in hos quidem nihil is uſpiam ſcripſit: qui chriſtianoſ iccirco incuſet & criminetur: quia uitia ut reſpuant inſtruuntur. Et ab his ſimul prodeuntia opera fugitent: uirtutem uero honore proſequantur & cultu: ut que a deo ſit inſtituta: & ab eo prodierit: et iuſtitiã colant que dei filium prefert: quẽadmodum & huius Apoſtolus patefacit: cum de eo ſic loquitur. Qui factus eſt ſapientia nobis a deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: ꝙ ſi uel ſecundum deum dixerimus: intelligat Celſuſ quod ipſi ſecũdum dicimus deũ: haudquaq̃ nos aliud dicere: preter uirtutem: que uirtutes omnes in ſe complectatur: & rationem: que oĩum rerum ſecundum naturam que conſtant: & principaliter ſint effecte: & ad uniuerſoꝝ utilitatem: contineat rationẽ: quam utiqꝫ Ieſu animo longe plurimũ q̃ ceteris animis & coheſiſſe & unitam eſſe nos tradimus: ut qui perfecte ſolus percipere queat: quẽadmodum per ſe uerbum: per ſe ſapiẽtia: per ſeqꝫ & iuſtitia ſit. Cum autem iſtiuſmodi pleraqꝫ de legum uarietate protulerit Celſus: & illud adiecit: recte enim feciſſe pindarus mihi uidetur qui legẽ dixerit cunctorum ducem. Sed age uel de his diſſeramus. Quam enim ais ducem omniũ legem? Si omnium: hoc eſt eorum affirmes: qui ſingulas incolunt ciuitates: id plane falſum eſſe arguitur: quippe cum non omnes ſub lege una regantur: quin dici oportuit duces iccirco omnium leges: quia cunctis ex legibus nationes ſingulas lex aliqua moderetur. Verum ſi proprie legem acceperis: que natura ipſa ceteris preſideat legibus: Ieſus profecto lex erit huiuſmodi: tametſi hunc quidam: predonum in morem: deſertis iam legibus: denegando: pyratice & per iniuriã uiuãt: Nos uero & xp̃iani: qui legem cognouimus: q̃ inter ceteras leges ſuapte natura teneat prĩcipatũ: & cũ lege diuĩa una & eadẽ ſit: ſecundũ hãc & uiuere cõnitemur: legibus illis

procul abire iuſſis:que minus ſint leges. Sed uideamus que ſubſe quēter Celſus ediſſerat. In q̄bus de xp̄ianiſ ꝑpauca admodū: de iu deis q̄ multa ſic infert. Si enim iuxta hec propriā legē tutantur iu dei: non tn̄ iccirco eoꝝ facta culpanda ſunt: ſed illoꝝ potius incu ſanda: qui propriis & ſuis relictis: iudaica quedā ſectantur: & uelu ti ſapiētiora quedā aſciſcunt. qꝫ ſi pro ſumma id ſapīa habēt & glo riæ ducunt: haud ſane ex æquo alioꝝ defugiūt cōſuetudinē: ſiqui dē iamdiu ꝑceperint: nequaq̄ ſcire de ſe: uel ut propriū profiteri: de celo quod ſentiūt & oppinātur. Sed ut cetera ommittā: & per ſis: ut declarat Herodotus: olim id uiſum: putant enim hi inquit Ioui ſacrificia facere: ubi celſiſſimā conſcenderit ſpeculā: Iouem: ce li circulū nuncupando: nil igit᷑ duxerim intereſſe: utrū Iouem al tiſſimū: ſiue Zena ſiue adoneū: ſiue ut ægiptii ammonē quis dixe rit: ſiue Pappeū: ut ſcythe: nec ſane iccirco fuerit hi ceteris ſanctio res: quia & ipſi circūciduntur: id ipſum enī ægiptii et Colchi pri ores iam factitarūt. Nec quia ſuibus abſtinēt: iſti & apris: q̄d uticꝫ & ægiptii fecerīt: ſiquidē nec capris hi nec bobus nec piſcibus nec fabis ueſcūtur. Pythagoras preterea & eius diſcipuli: a quouis ani mantiū genere abſtinebāt. necꝫ par erat ut hi apud deū tam enixe proficerent: & p̄ter ceteros tātopere probarent᷑: ut ad hos ſolū an geli & celitus legarent᷑: perinde beatoꝝ eſſent loca quedā ſortiti. Spectamus enī cū iſtos tū eoꝝ et regionē: quibuſnā ſint a deo re bus dignati. Abeat itacꝫ in rem malam hoīm iſta conſociatio: in ſolentiæ penas denicꝫ luitura: que magnū deum ignoret: quippe que per Moyſem ſit magica arte ſubducta & fraude intercepta: ut cuius nō ad rectiorem aliquem finem ſubierit diſciplinam. In his autem perſpicuum eſt Celſum iudeos arguere & incuſare: perinde falſo ſe oppinentur: ſupra ceteraſ nationes in dei portionem fuiſſe delectos. Sic fit ut ſuꝑbie eos coarguat: perinde deū magnum uni ce iactent: quē plane ignorent: & per Moyſem ſint magica arte ſub ducti: & demum eluſi: non ad rectiorem exitum diſcipuli reddi ti: Nobis uero in partem: ſuperius pleracꝫ ſunt: de eleganti illa: & precipua iudeorum uidelicet republica: explicata: cum illis

illis de ciuitate dei:eiuſq̃ tẽplo conſtitutũ eſt ſignũ:nec ſecus & cũ de altare per noſ mẽtio fieret:de cultu illo ſacerdotali ſat diximuſ: Si quis aũt mentem intenderit:& Moyſis qui legem tulit: uolun tatem obſeruet & uitam:hecq̃ diſcutiens cũ ceterarum nationum conferat inſtitutis: nullius profecto alterius uitã is demirabitur: Siquidẽ Moyſes ille uniuerſa ſuſtulerit: que hominũ generi nihil conducerent:ſuſceperit uero dũtaxat & fouerit: que utilia forent & omĩbus profutura:ita ut nec certamina eſſent apud iudeos hos inſtituta: qualia apud gentiles: in quibus nudi homines decerta rent:uel ex æquis contenderent:proſtituerẽturq̃ oĩm libidinibus femine:& per impudiciciã naturæ illuderetur. Sed illud profecto erat apud iudeos precipuũ:ut uel a teneris ungnibus excedere na turam oẽm et ſuperare ſenſibilẽ diſcerent: & nulla eius in parte re ſidere deum exiſtimare:ut quem in ſupernis et extra corpora con quirebant.At quanti illud? cum uixdum nati: ubi primũ uerba formarent de anime ĩmortalitate inſtruerent: et quid eſſet apud inferos æquitatis:quid ue honorum maneret:qui recte uixiſſent: que forte pueris hiſce adhuc & puerilia ſapientibus:p fabulã olim predicabãtur.doctrinam uero dum interea per etatẽ conquirerẽt: & in ea perficerẽt plurimũ:que uiſa his forte ſunt (ut ita dixerim) fabuloſa:ad ueritatem demũ conuertebantur:que utiq̃ hos latuiſ ſet.Ipſe uero exiſtimauerim: quia dei portio dicerẽtur iudei: pro nuncupationis huiuſmodi dignitate:uaticinii genus oĩe: ut fru ſtra homines agitantis:& a perditis demõibus potius prodeũtis: q̃ ab aliqua preſtanti natura: hos contempſiſſe: & hiſce in animis maluiſſe:futurorũ inueſtigare cognitionem:qui ob precipuã puri tatem:dei ſuſcipiant ſpiritũ.De eo autem quid erit dicendũ quod ex hiſdem Moyſi decretiſ emanat:ut nequeat niſi ad ſextum annũ quis ſeruitute obſtringi:unde quanta ſit hoc ratiõe expenſum qs explicauerit? Quando nec dominus quidẽ nec ſeruus ea modera tione offenditur.Non igit̃ eadem conditiõe proprias leges iudei qua & nationes cetere tuebuntur.Eſſet enim his criminoſum:nec plane ſuarum legum ſenſerint excellentiam:ſi illas putarent haud

ſecusac aliarum gentiũ ſtatuta fuiſſe conſcriptas: fit itaꝗ uel nolente Celſo: ut ſapientius quiddam iudei: nõ ſolum præ cetera multitudine ſentiant: ſed & his quidẽ qui philoſophari uidentur. philoſophi ſiquidẽ poſt elegantes illas philoſophiæ diſputatiões: ad demones & idola recidũt. Iudeoꝝ uero uł minimus quiſꝗ ſummũ dumtaxat deum aduertit: & egregie quidem: quo ad eam rem ſpectat: hunc glorię ducit: & aliorum declinat conſuetudinẽ: ut quos ſceleratos & impios ducat: & utinã non hi deliquiſſent legem preuaricando: cum primum & prophetas ſubſtulerint: & in Ieſum deinceps moliti inſidias ſint: ut celeſtis nos ciuitatis haberemus exemplũ: quam & Plato deſcribere conquiſiuit: qui utiꝗ haud ſat conſtat: utrum ea in re tantũ ualuerit quantum Moyſes ipſe & poſteri: qui genus illud olim electũ & deo inherens purioribus uerbis & ſuperſtione quauis expertibus: educarunt. Sed poſtꝙ̃ Celſo animo ſedet grauiſſimas illas iudeoꝝ inſtitutiones: nationũ quarundam legibus cõmunes efficere: age & de his cõſideratius diſſeramus. Putat enim: quod de Celo ſentiunt quidam: ab eo nihil differre: quod per alios de deo decernitur: aitꝗ Perſas uel iuxta iudeoꝝ conſuetudinem in altiſſimis montibus Ioui ſacrificia facere: neſcius tamen quẽadmodũ ut unum tenent iudei deum: ſic et unicum tenere orationis ſanctius domiciliũ: unũꝗ ad ſacrificiorum officia exequenda altare: & unum adolendi incenſi & ita pontificẽ unum: unde nihil erat profecto iudeis cum Perſis cõmune: dum celſiores montium qui plurimi apud hos ſunt: iſti conſcenderẽt: & hoſtias eas litarent: que nihil cum his haberent ſimilitudinis: ꝙ̃ ex Moyſi lege conſtabant: iuxta quã in exemplari & umbra celeſtium ſeruiebant iudeoꝝ tunc ſacerdotes: quid ſibi lex de ſacrificiis uellet: narrantes: & quorum nam ſigna hec eſſent. Perſe igitur celi ambitum omnẽ uocitent Iouem. Nos uero nec Iouem ipſum nec celum eſſe dicimuſ deum: quippe quos mime fugiat: nõnulla deo longe inferiora: celum iam ipſum & naturã oẽm tranſcendiſſe ſenſibilẽ: unde nec id ignoramus: Laudate dñm celi celoꝝ & aque ſuper celos ſunt laudent nomen domini. Verũ cum nihil differre

autumet Celſus: utrũ Iouem quis altiſſimũ dixerit: ſiue Zena: ſiue Adonæum: ſiue Sabaoth: ſiue iuxta ægiptios Ammonem: ſiue ut Scythe Pappeum: age de his perpauca diſſeramus: & ſimul qui iſta perlegerit: eorum eſſe admonitum uolumus: que ad hoc ipſum ſuperius diximus: ubi ad hec nos Celſi prouocauit oratio. Nunc igitur ita decernimus: nominũ ipſorum naturam nõ imponẽtiũ leges eſſe: ut Ariſtotiles putat: nõ enim ab hominibus principium habent mortaliũ lingue: uti illis perſpicuũ eſt qui incũbendo pnoſcere naturam ueneficiorum & carminũ poſſunt: que utiq; & pro loquẽdi uarietate: & nominũ ſono: linguarum inuentoribus accomodãtur: de quibus nominibus breuiter ſupra nõnulla perſtrinximus: affirmãdo in aliam linguam nomĩa ipſa traducta que ſuapte natura & in propria lingua plurimũ ualeant nil ultra efficere: que ſuo ſono antea effeciſſent. Iam uero uel in ipſis hominibuſ iſtiuſmodi aliquid inuenitur. Nõ enim eum: qui uel ab ipſo natali die ſit græcum nomen ſortitus: ſi uel in ægiptiam: uel in romanam: uel aliam quamuis nuncupationẽ nomen id tranſtulerimus: cogere ut aliquid patiatur liceret: uel ut alios ipſe quoſcũq; malo afficeret: quemadmodum ſi ſuo & natiuo nomine diceretur. quin neq; is quidem cui ſit a principio Romanum inditum nomen: ſi in græcam id linguam traduxeris: fecerit: quod facere carmen de ſe pollicebitur: ſi euis et priſtinum complexum ſit nomen. quod ſi de humanis nominibus cum iſta tradantur: uera eſſe ſat conſtet: Quid erit de nuncupationibus hiſce exiſtimandum: que multifariam deo attribuuntur? Age itaq; (ita ut dixerim) quiſpiam in græcam uocem Habraam nomen id tranſferat: exprimatq; ex Iſaac quidpiam appellatione: ex Iacobq; item aliquid pretendat hac uoce: ita ut uel in uocando uel adiurando deum Habraam nominet: ſiue Iſaach deum: ſiue Iacob deum appellet: facturus eſt proculdubio ob iſtorum ſiue naturam ſiue uirtutem: quod animo deſtinarat: & ita ut deuicti demones cuiuis iſta pronũcianti procumbant & pareant. At ſi deum tonantis patris: & irriſionis & deceptionum deum quis nũcupauerit: haud ſecus nil prorſus inuocatus hic deus peregerit:

ac aliud quidpiam quod nil penitus uiribus ualeat: Iteq; ſi Iſrael in peregrinam linguam aliquam traducamus: nihil haud dubie exequemur: at ſi inuiolatum id nomen ſeruarimus: his illud necte̅do nominibus quibus & nectere et applicare eius rei peritiores cõſueuerunt: tunc proculdubio ex ea nominis appellatione: futurũ eſt aliquid: quale iſtiuſmodi ſolent inuocationes de ſe polliceri: id ipſum & de Sabaoth nũcupatione dicturi nos ſumuſ: qđ utiq; multis in locis inter uota & preces admittitur. ꝙ ſi forte id nominis in nomen aliud transferamus: utputa: dominus uirtutum uel exercituum dominus: ſiue omnipotens: cum dicendum Sabaoth ſit: nihil proficimus: Si uero ſua queq; uoce tutabimur: plurimũ: ut recte affirmant: qui hec optime callent. De Adonay hoc ipſum dixerimus. Si igitur nec Sabaoth nec Adonay ex græco ſono in alium & peregrinum tranſfertur: aliquid peragunt: quantomagis nec apud eos ſunt hec ualitura: nec uim ullam penitus habitura: qui nihil eſſe diſcriminis arbitrantur: utrum Iouem altiſſimum dixeris: an Zena: an Adoneum: an Sabaoth quiuis ꝓtulerit. Hec quidem & hiis ſimilia cum ſint æque nefanda: ubi Moyſi & prophetis innotuere: prohibuerunt deorum nomen eius in ore uerſari: cui curæ dumtaxat foret: deum & ſolum precari: qui cunctis preſideat rebus: nec eo in corde: quod a quauis dictorum factorũue uanitate didicerit abſtinere: ullam huiuſmodi recordationem admitti. Vnde iccirco malumus omnes penas ſubire: q̃ deum eſſe Iouem fateri: non enim eundem & Iouem eſſe & Sabaoth dicimus: nec prorſus Iouem quicq̃ habere diuinitatis: ſed demonem quendam in malam eius crucem ſic appellatum: nec mortalibus ipſis nec deo uero acceptum. Quinetiam uľ ſi ægiptii ipſi Ammonem proponant nobis pro deo habendum: uel mortem alias comminentur: moriendum potius eſſe cenſebimus: q̃ Ammonem deum pronunciamdum: cum in ægiptiis quibuſdam carminibus inuocatus hic demon admittitnr. Dicunt preterea & Scythe Pappeum deum eſſe qui omnibus preſit: At nos haudquaq̃ hunc credimus: qui uerum & unicum rerum preſidem deum aſtruimus: nõ

tamen ut ei placet qui Scytharum attigerit ſolitudines: eorumque & nati
oné ſit & linguá ſortitus: Pappeũ proprie diuinitatis hoc noie: de
um pnunciamus. Scythice itaque uel ægiptiace: uel quauis lingua
quiſque ſit educatus: ſi deũ appellet nil fallit. Eniuero iudei nõ eadé
de cauſa circũciſioné hanc fecerint: qua uel ægiptii circũcidunt: uel
colchi: unde nec ſilis putãda eſt circũciſio. & quéadmodũ qui ſacri
ficia facit: non uni eidéque cui alius forte ſacrificet: imolat: tametſi
ſacrificare ſilia uideat: & qui pces fundit & uota: nõ eundé qué ali
us qſpiam orãdo precabitur: & ſi pcari ſit eadé uiſus. haudſecus &
qui carne pcidit: ab aliorum circũciſione péitus eſt alienus: ppoſitũ
nãque & lex & uolũtas circũcidentis alienã rem facit: & ut clarius in
noteſcãt que hoc loco dicunt: dicendũ eſt & iuſtitie nomen apud
græcos oés iddé ualere: idque pluribus argumtis cõſtare: cũ alioquí
alia ſit apud Epicurũ iuſtitia: apud Stoicos alia: triplicem aíe par
titioné negãtes: alia apud Platonicos: qui propriã partiũ anie acti
oné eſſe iuſtitiã tradunt: Sic ité alia erit Fpicurei fortitudo qui do
lores iccirco ſuſtineat ut maiores defugiat: alia Stoicorum qui i iuſti
tia cõſiſtere uirtuté oém affirment: Platonicorum ité et alia qui aíe p
tem eſſe hanc dicũt: cui & locũ circa pectus decernũt. Sic itaque erit
& pro uariis circũcidentiũ ſe decretis: & uaria circũciſio: de qua mi
nime ſunt in hoc opere plura nũc diſſeréda. Sicui uero libuerit q
nã nos ad hec puocauerit noſſe: legat ea que in epla Pauli ad Ro
manos iã diximus. nãetſi circũciſioné & iactãt: & glie ducũt iudei:
eam tñ nõ ſolum a Colchica et ægiptiaca circũciſione ſeiũxerint:
Sed Iſmaelitarum et Arabũ: cũ alioqn & Iſmael a pgenitore pdie
rit Habraã: & cũ eo ſit circũciſuſ: aſſerunt aũt circũciſioné precipuã
eſſe iudei: que in octauũ diem ſit íſtituta: que uero nõ iſtiuſmodi
ſit: ex diſcrimine aliquo factã affirmãt. & forte angeli cuiuſpiã gra
iudaice nationi infenſi: circũciſio iſta pagebat: qui poſſet quidé in
circũciſis obeſſe: nil tñ in eoſ qui circũciſi iam eſſent ualeret: quod
utique ex his patere qs dixerit que ſunt i Exodo ſcripta: ubi ãgeluſ
anteq eſſet Eleazar circũciſus nocere Moyſi poterat: ubi uero ille é
circumciſus aduerſus hunc angelus moliri nil ualuit: Tulit enim

Sephora illico inquit acutiſſimã petrã & circũcidit preputiũ filii ſui: dixitq́ ſponſus ſanguinũ tu mihi es: nouerat enĩ de hoc angelo dici: ꝙ ante effuſum ſanguinẽ plurimũ poſſet: ubi uero ſanguiſ e circũciſione manaſſet: nõ multũ: & quieturus deniq́ eſſet: unde ad eũ hec habita ſunt: ſponſus ſanguinũ tu mihi es. Sed hec hactenus. quãdoq̃dẽ difficiliora eſſe appareãt: & nõ oĩum auribus accomodata: ſi modo unũ illud: ut chriſtiani officio functi: mox adiecerimus ad ea poſtmodũ tranſituri que ſubſequunt̃. Potuiſſe enĩ angelum duxerim illis officere: qui nequaq̃ eſſent e populo circũciſi: et oĩbuſ deniq́ qui ſolũ colerent conditorẽ: & tam diu hos puto uim hãc habuiſſe: q̃diu Ieſus nõdum corpus ſuſceperat: At ubi illud aſſumpſit & eius caro eſt circũciſa: ſublatã ſimul fuiſſe illius & in hos poteſtatẽ: qui in diuino huiuſmodi cultu ſunt circũciſi. Nam ineffabili Ieſus hũc angelũ ſuſtulit deitate: unde iccirco eius diſcipulis inhibet̃ ne ſe circũcidant: quibus & illud in eam ſnĩam dicit̃: Si enĩ carnẽ preciditis uobis nihil proderit xp̃s. Sed nec in carnis quidẽ fuiſſe abſtinẽtia: perindeac maiori re aliqua: gloriant̃ iudei: ſed ut animantiũ que uel munda ſunt uel ĩmunda perdiſcẽdo naturã: hoꝝ & cauſam teneãt: & cũ immũdis cur deputent̃. Et hec quidẽ quorundã figure aduſq́ xp̃i aduentũ et ſigna fuere: poſt quẽ eius diſcipulo iſtoꝝ cauſas nil dignoſcenti: & ſimul huiuſmodi iactitãti: nil inq̃natũ ſeu ĩmundũ os meũ intrauit plane edicit̃. que deus mũdauit tu cõmune & ĩmundũ ne dixeris: nihil igit̃ ul̃ ad iudeos uel ad nos illud ſpectaueri t: ꝙ ſacerdotes ægiptii: nõ ſolũ a ſuibus: ſed capris & ouibus: bobuſq́ & piſcibus abſtinẽt: uerũ cũ ea que os intrãt nõ hoĩem ipſum inquinẽt: nec eſca nos deo cõmẽdet: nil utiq́ magnifacimus: dum eſca abſtinemus & cibo: nec præ ingluuie quadã & gule uitio adueſcendũ accedimuſ: quo circa & q̃tum in nobis eſt efferant̃ gaudio Pythagorici uelim: ꝙ aĩam nullum penitus æſitent. Aduerte aũt & cauſe ipſius diſcrimẽ cur Pythagorei & nr̃i hoĩes quidã: ſuoꝝ corpoꝝ domitores: ab aĩalibus hiſce abſtineãt. quãdoquidẽ illi ob fabuloſũ denuo ad corpa cõmeatũ: rebus aĩatiſ minus ueſcant̃. nos uero cũ his abſtĩebimus

coercendi corpis gr̃a:in ſeruitutẽq; redigẽdi mortificãdiq; ſup ter rã hec mẽbra:id factitamus: fornicationẽ.ſ. ĩpuritatẽ: flagitiũ:tur bulẽtoſq; animi motus:& prauos affectus:enixeq; oĩa facimus:ut corpis opa morte afficiamus.ceterꝝ de iudeiſ adhuc differẽs celſus: nec ꝓficere apud deũ hos dicit:nec ꝑter ceteros ꝓbari par eſſe:nec celitus ad hos ãgelos mitti:ꝑinde beatoꝝ ſint loca ſortiti:qñ hos ipſos & eoꝝ terrã ſpectemuſ:quibuſnã ſint rebus dignati:uel id q dẽ nos cõfutabimus affirmãtes:ꝓfeciſſe olim apud deũ hãc gentẽ & id ſane ex eo liq̃re:q deus ſũmus uel p iudeos a fide hac nr̃a pe nitus aliẽos deus etiã uocitet̃.vñ q̃diu ꝓbatiores fuere a deo nuſ piã ſunt deſtituti:& ſi pauci nũero uiderent̃:a diuina tñ potentia ſeruabant̃:ita ut neq; ab Alexãdro macedone aliqd paterent̃: cũ ex cõuento neſcio quo & pactiõibus:aduerſuſ Dariũ arma ſumere renuiſſent:ferũt ꝑterea & principẽ ſacerdotũ ſacra indutũ ſtola:ab Alexãdro hoc adoratũ:identidẽ affirmãte:ea ſpecie uirũ dormiẽti ſibi & obſeruatũ:& pollicentẽ futuꝝ oĩno:ut uniuerſã Aſiam ſub iugaret.nos igit̃ xp̃iani & deo acceptiores fuiſſe iudeos aſſerimuſ: & his cõtigiſſe:ut aliter lõge q̃ ceteri hoĩes ꝓbarent̃: ſed diſpẽſati onẽ huiuſmodi & gr̃am fuiſſe tandẽ ad nos deuolutã:deo ipſo uir tutẽ hanc in hos tranſferẽte:qui ex gẽtibuſ crederẽt Ieſum.unde & romani qui xp̃ianos acriter ĩpugnarẽt:cũ maxime uellẽt:ne uſpiã eſſent: hoſ coercere:facere tñ id nequerũt:quippe quos manus di uina optĩe tutaret̃:cui placitũ eſſet ut ex aliquo uno terre iudaice angulo dei uerbũ in om̃e hoĩm genuſ diſſeminaret̃.ueꝝ ubi:ut li cuit:celſo iudeos criminãti:& eoꝝ ſcripta carpẽti reſpõdimus:age et q̃ deiceps ſequunt̃ mox explicãtes apiamuſ:queadmodũ ipi nil ſimus inſolẽtiæ arguẽdi:cũ magni dei nos hr̃e cognitionẽ ꝓmitti mus:nec Moyſi ſumus uel Ieſu ſaluatoris nr̃i magicis ullis ſubdu cti ꝑſtigiis:ſed ex optĩo rei euẽtu:deũ manẽtẽ in Moyſẽ audimuſ: & Ieſũ huiuſ teſtimõio cõprobatũ:ut dei filiũ iã pridẽ ſuſcepimuſ: optĩa q̃uis ſperãtes:ubi pro eius doctrĩa & uitã duxerimus. Nũc uero ul̃ ultro dicere omittemus q̃ ſupius expoſita ſunt:& unde nã prodierimus: quem ue habeamus in ducẽ: & qualis huius lex ſit

edocebimus. tã&ſi celſus nos u elit ab ægiptiis nihil differre: ſiue hircũ ſiue arietẽ ſiue crocodillũ: ſiue bouẽ ſiue ippopotamiũ ſiue cynocefalũ ſiue fenelẽ colẽtibus. ſed hec uiderit celſus: uel ſiqs cum celſo ſic ſenſerit. nos uero q̃tũ uires ſuppetiere: ml̃tis quidẽ ſupius reſpõdendo: de honore iã diſſeruimus. q ſit Ieſu nr̃o delatuſ: & plane oſtẽdimus lõge melius q̃ ceteri oẽs cõprehenderĩt iueniſſe nos ueritatẽ: mẽdatiis nullis ĩmixtã: & in Ieſu doctrĩa illã cõſiſtere pui diſſe: nec ſane ipi nos cõmendauimus: ſed dñm p̃ceptorẽ: cũ dei oĩpotẽtis aſſeueratiõe celitus facta: tũ ꝓpheticoꝝ apud iudeos dictorũ: & mirabiliũ opeꝝ teſtimonio cõprobatũ. nõ enĩ tãta: ſine diuinitate is potuiſſe arguit̃: que aũt ex celſi dictis libet diſq̄rere: ita ſe habẽt: & hmõi ſunt. Et iã ipſi p̃tereamus q̃cunq3 de p̃ceptore iactitaſſe coarguunt̃: & eſto in uero qs appareat ãgelus: utrũ ne prior hic uenit & ſolus: an ante hũc alius qſpiã: ꝗ ſi ſolũ ueniſſe hũc dixerit: arguent̃ plane cõtraria ſibi mẽtiri: aduẽtare nãq3 frequẽter & alios dicũt: ul̃ ad ſexagita ſiml̃ & ſeptuagita: deprauariq3: & cõpedibus coerceri: & penas luere in terrã deiectos: ita ut illoꝝ uel lacrĩaſ calidos eſſe aſſerãt fõtes: & huius ad p̃ceptoris ſepulchrũ: angelũ cõmeare: alii unũ: nõnulli duoſ affirmãt: qui mlieribus r̃ſurrexiſſe hũc dixerĩt: dei enĩ filius: uti apparet: ſepulchrũ apire nõ poterat: ſed alterius opa indigebat: qui lapidẽ ſũmoueret. nec ſecus & Mariæ gr̃a enitẽtis: ad fabrũ angelus uenit: & ab his ſe ut fuga cũ ſuis ꝓriperet: q infantẽ rapturi mox eſſẽt: accedẽs cõmonefecit: ſed qd fuerit neceſſe ut oĩa explicemus: ul̃ eos recẽſeamus: qui ad moyſem ipm tradunt̃ & alios quoſdã trãſmiſſi. Si igit̃ ſunt & alii deſtinati: liquet ꝑfecto & hũc ab eodẽ deo dimiſſũ ut ml̃tis deniq3 ꝓfuturũ: plura enĩ uidet̃ denũciare: ſiue iudeis his delinquẽtibus: ſiue diuinũ adulterãtibus cultũ: ſiue minus r̃ligioſe agẽtibus: huiuſmõi nãq3 iſti p̃tendũt. ad celſi aũt iſtiuſmodi cõfutãdas obiectiões ſat hauddubie forẽt: q̃ de ſaluatore nr̃o Ieſu ſupra iã diximus: nimirũ q eius ſimus dicta ſcrutati: ſed neq̃ẽ eoꝝ que ſcripſerit locũ cõſulto uideamur omittere: perinde ad hũc reuicendũ ꝓferre nil ualeamus: age &ſi eadẽ nobis ſint repetẽda: celſo ad id ꝓuocãte: q̃tum

licuerit:q̃ nobis dicēda ſunt breuiter pſtrīgamus.ſiqd forte ſuccur rerit:qđ aptius ſit:uł nup̄ iuentū. ait enī ſe cūcta p̄terituꝝ que de p̄ceptore dixiſſe xp̄iani coarguunt̃: cū nihil īterea is ꝓrſus omiſe rit:qđ dicere potuit.qđ utiq; liquet ex his q̃ ſup̄ius dixerat.Ceteꝝ rhetoꝝ ſectatus hic morē & argumēta:id egit:ſed quēadmodū nil ipſi de ſaluatore nr̄o tā ſūmo dixiſſe aliqd falſo arguimur: & ſi ei us rei coarguere uideat̃ nos celſus:patebit his ſane: q uere diligen terq; cōquirēdo ea p̄legerīt:q̃ de hoc ſunt & a ꝓphetis p̄dicta:& ſa cris lr̄is ꝓdita. Deīde ex ſuo quodā pmiſſu uidebit̃ celſus: de ſal uatore id dicere.eſto & in uero qs appareat āgeluſ:ad qđ:ſumus il lud dicturi:nequaq̃ nos dictū id: tāq̃ ex celſi pmiſſione ſuſcipere: ſed re ipſa & eius op̄a contēplari: qui ad uniuerſū hoīm genus :ꝓ ip̄ius ſermone atq; doctrīa ſe cōtulit:ut quiſq; cape poterat qui ſe cōueīſſet.qđ opus:eius utiq; erat qui nō ſimpliciter angelus eſſet: ſed ut de hoc narrāt ꝓphete:magni cōſilii āgelus.Is ſiquidem ho mo quēadmodū optīe eſſet per deū oīm cōditorē mortalibus uni uerſis cōſultū denūciabat.qppe qui puriori iā aduenīſſēt & diuino cultu uicturi:ex Ieſuq; p̄claris opibus ad deū aſcenderēt. cū ceteri oēs q ſe nō adiſſēt:ut a deo lōgius abeūtes:ad p̄ditionē per īcredu litatē cōtenderēt.angelus iſte ad hoīes uenit:prior is ergo & ſolus cōceſſit:an p̄ores alii quidā:Et ſane ad utrūq; id multis exiſtimat occurrēdū.Cū nemo q in uero ſe xp̄ianū ꝓfiteat̃:affirmet: ſolum xp̄m ad nos aduētaſſe.unde & alios uiſos eſſe hōıbus aſſerit:ſic in quiēs celſus.Si enī dixerīt hūc ſolū ueniſſe:moxq; oīa ſibi ut libu it uēdicās:ſubdit ꝓfecto haudquaq̃ mēoriæ ꝓdit̃ ad hoīm genuſ ita hūc demigraſſe:ut & alios dicāt noīs Ieſu & eius doctrinæ p̄te xtu:a cōditore reꝝ tanq̃ inferiore:& ad deū ut potiorē aliquē deſci uiſſe:uł eius parē qui iā aduenīſſet: uł antea ueniſſe ad hoīes a cōdi tore ipſo nōnulloſ.Nos uero ubi ueritati ſtudēteſ q̃ hoc loco dicū tur expēdimus:Marchianū appellē nobilē quēpiam hereſū inuēto rē:& iudeoꝝ ſcripta ut fabuloſa exiſtimantē dixerimus:affirmaſſe ad hominum genus ſolum hūc deueniſſe.Nec ſane iuxta Marchi ani ſententiam hereſum principis Ieſum dumtaxat aſſerentis ex

ob eius anguſtiorē in dei notione uirtutē. ut autē pateat rarenter
ad homines peueniſſe dei cognitionē:& in paucis ad modum hanc
inueniri. Moyſes tradit̃:ubi deus eſſet:caliginē ſubiiſſe:deq̃ Moy
ſe rurſum ſic ſcribit̃. appropinquabit Moyſes ſolus ad dn̄m:ceteri
autē non appropinquēt. Quinetiā ꝓpheta:ut diuinaꝝ ſententiaꝝ
oſtendat ꝓfunditatē ab his minime poſſe cōprehendi qui ſpiritu
careāt:vniuerſa ſcrutante uel dei ꝓfunda:abyſſus inquit ſicut ueſti
mentū amictus eius. Saluator p̄terea noſter & dn̄s:deiq̃ uerbum:
cum p̄fert paternæ ſciētiæ magnitudinē: que ſibi imprimis & ſoli
cōcepta notior ſit:& his deinceps:quoꝝ animo p ſe uerbū & deus
ſplendor ſit inditus:inquit. nemo cognouit filium niſi pater: nec
patrem:niſi filius:& cui filius reuelauerit. non enī ingenitū: & oīs
creature uidere quis p̄mogenitū poterit: niſi qui eū genuit pater:
nec patrem niſi animatū uerbum & ſapiētia eius & ueritas. nō par
titipatione tollentis a patre que tenebre nuncupant̃: quas poſuit
latibulum ſuū:ſiue abyſſum que eius dicit̃ eſſe amictus:& patrem
ſic reuelantis:ut quantū cognitione is ceperit:hunc plane cognoſ
cat. hec autē breuiter e pluribus duximus explicāda:q̄ de deo ſunt
uiri ſanctiſſimi meditando cōplexi. dictis platonicis arguēdo que
Celſus hic demirat̃: habere hos p̄ſtantius aliquid obſeruādum q
oculos habeant non inualidos ſcripturaꝝ magnitudinem intueri.
Platonis autē dictum:quod Celſus ꝓduxerat:huiuſmodi eſt. oīm
regem omnia circūſiſtunt:& illius gratia: vniuerſa: & bonoꝝ hic
oīm cauſa. Secundū autē circa ſecunda: & tertiū circa ea que tertia
ſunt. humana itaq̃ anima circa hec:cupit ꝑdiſcere:qualia ſint: ī ea
intendens que ſibi cognata ſunt:quoꝝ nihil habet ſufficienter. de
rege uero & aliis ſupradictis: nihil eſt iſtiuſmodi. Poſſem equidē
& ipſe ea ꝓducere que de Seraphin ſic hebraice nūcupatis in Iſaia
ſcribunt̃:ut dei faciem & pedes operiant: nec ſecus de Cherubin:
id nomen ſortitis:de quibus Ezechiel ſcripſit:deq̃ eoꝝ figuris: &
quēadmodū dicat̃ deuehi ſup Cherubin deus. Sed cū hec occulte

admodũ ꝓferantur ꝑpter indignos quoſdam & minus idoneos: quia nequeãt diuinæ ſcientiæ: cum ſententiarum altitudinẽ ſequi: tum grauitatem: haudquaq̃ neceſſarium duxerim: de his hoc in opera diſputare. Ait preterea Celſus quod a platonicis dictis acce perint: ſupercaeleſtem deum chriſtianos iactare: & gloriæ ducere. & affirmare iudeorum hunc deum celũ tranſcendere. in his uero nil explicat utrum & iudeorum deum tranſcendere faciant chriſtiani an id dumtaxat: cælum per quod iuſiurãdum his ſit: de his qui ali um quempiam preter eum quẽ colant iudei aſtruant deum: nequa q̃ nobis ꝓpoſitum eſt hoc loco diſſerere: ſed rem noſtram tutari: & plane arguere iudeorum ꝓphetas quos ipſi admittimus a plato ne nil quidpiam accepiſſe: nimirum qui ſint Platone ipſo antiqui ores. non igitur quod dixerat Plato omniũ regem omnia circum ſiſtere: & illius gratia uniuerſa hec eſſe: a Platone deſumpſimus: ſed a ꝓphetis pronuntiata didicimus: que platonicis dictis lõge ſunt potiora: Iheſu ipſo & eius diſcipulis: qui prophetis ineſſet ſpiritus uoluntatem aperientibus: cum ſpiritus iſte nil ꝓrſus ſit a Iheſu ſpi ritu alienus. nec ſane de loco illo ſupercaeleſti prior philoſophus ſtatuit: ſed dauid ipſe diuinaꝝ contemplationum & multiplicium profunditatem: que in his inſunt qui ſenſibilia iſta trãſcenderint: iam pridem conſtituit. pſalmorum in libro ſic inquiens: laudate deum celi celorum & aque que ſuper celos ſunt laudent nomen do mini. ipſe uero nil deſperauerim que in fedro dicunt̃: ab hebreis quibuſdam didiciſſe Platonem: ut quidam litteris prodidere: ita ut cum in ꝓphetica ſcripta is incidiſſet illud ꝓtulerit: ſupceleſtia loca e noſtris poetis cecinit nemo: neq; impoſterum pro eoꝝ dig nitate decantaturus eſt: & huiuſmodi cetera: in quibus & illud eſt. ſubſtãtia enim que nec colorem nec figurã admittit: nec tactibilis eſt: animæ haud dubia gubernatrix: ſola mente conſpicitur. circa quam uere ſcientiæ genus hunc optinet locum. quin uel ex ipſis propheticis dictis inſtructus noſter Paulus ille. & que ſup omnẽ decorem ſunt cupiens & ſupceleſtia ipſa exoptans: & horum aſſe quendoꝝ gratia omnia factitans: in ſecũda ad chorinthios ſic inqt

epiſtola.id enim quod in p̄ſenti mométaneũ eſt & leue tribulatio
nis noſtre ſupra modũ ĩ ſullimitate eternũ gloriæ pōdus operatur
in nobis:nō contemplãtibus q̄ uident̃ ſed que nō uidẽtur.que enĩ
uident̃ temporalia ſunt: q̄ autem nō uident̃ eterna: & his ſane ap
tius:qui tolerãtiores ſunt aures nacti oſtendit. ſenſibilia quidem
ſe dicere que oculis expoſita ſunt: ſpiritalia uero que mẽti ſolũ con
cipiunt̃: is itaq; & mométanea nouit que ſentiũtur & oculis patẽt:
ſempiterna uero ſpiritalia ipſa & que ſub aſpectũ nō ueniũt.cumq;
in iſtiuſmodi uerſari ſpectaculo uellet:eorũdẽ deſiderio ſulleuatus:
preſſurã omnẽ nihili eſſe:& leuem exiſtimabat.& cũ admodum an
geretur & afficeret̃ laboribus:nil iſtis opprimebat̃. ſed celeſtia illa
ſpectãdo:diſcrimẽ omne & angorẽ leuabat. cum diceret habemus
enim pontificẽ magnũ potẽtiæ.ſ. magnitudine q̨ celũ penetrauit:
Iheſum filiũ dei:& his ꝓmittentẽ qui in uero diuina didicerint:&
ꝓ horum dignitate duxerit uitam:ad ea ſe quãdoq; que ſupra mũ
dum ſunt euecturum:inquit enĩ quo ego uado: & uos paulopoſt
uenietis:unde & nobis poſt ſuſceptos in hac uita labores: ſpes eſt
celi ſumma cōſcẽdere:& ſalientis aque uberrimos fontes ĩ eternam
uitam hauriẽdo: procq; Iheſu doctrina cōtemplationũ fluuios affa
tim captando:fore: ut ſimul cũ aquis uerſemur ſupceleſtibus illis
domini nomen collaudãtibus: & q̄diu ipſi hunc efferemus haud
quaq̄ nos degrauabit celi circũactio illa: quippe qui cōtinenter in
uiſibilia dei ſumus cōtemplaturi.nō ultra nobis a mũdi creatione
ex creaturis his cognita: ſed ut uerus ille iheſu diſcipulus inquit:
facie ad faciem ſumus tunc eum uiſuri: & alibi: cũ uenerit quod p
fectum eſt euacuabit̃ quod ex parte eſt.Septem autem celos eſſe:
uel horum numerum aliquem p̄finitum:ſcriptiones ſacre:quibus
in eccleſia utimur haudquaq̄ denuntiant: ſed celos dicunt:ſiue enĩ
aſtrorum ſperas:que græci planetas appellãt: ſiue ꝓfundius aliud
quidpiam & archanum uideant̃ quorundã diſciplinæ docendo p̄
tendere: & e terra eſſe in terram & animis uiam:Celſus tamẽ iuxta
Platonem planetarum ui fieri hec aſtruit: Moyſes uero antiquiſſi
mus ille noſter ꝓpheta: in uiſione iacob prophetæ diuinum huic

ſomniū uiſum affirmat: ſcalam ſcilicet q̄ celum attingeret: p eamq;
dei angelos aſcēdiſſe & deſcendiſſe: dominū uero ſcalæ ſummitati
innixū. ſiue igit̃ hec: ſiue maiora q̄dam preferret: cū de ſcala faceret
hic mētionem: de qua etiā in philone Plato cōpoſuit librum: dig
na res erit que apud ueritatis ſtudioſos īueſtiget̃. poſt hec Celſus
cum uelit ſuam multaꝝ rerum ſcientiam nos impugnādo iactare:
exponit & pſica quedā miſteria inquiens. hec qdem pſarum diſci
plina oſtendit: & Mithræ ſacra apud hos ſunt: & in his duplex cir
cumactio ſtellaꝝ pretendit̃: fixarum erranciumq;: & p has anime
tranſitus: cuius in rei argumētū: ſcala erigitur altior: in ea ſeptene
ſunt porte: ex plumbo prima: ſecūda e ſtagno: tertia ex ære: ex fer
ro quarta: quinta e numiſmatis corio: ex argento ſexta: ſeptima ex
auro conſtat: primā ſaturni eſſe ſtatuunt: plumbo: aſtri tarditatem
ſignificante: ueneris ſecundam: cui & ſtagni: cum ſplendorem: tum
mollitiem comparant. terciam iouis: ut æreis gradibus & ſolidiſſi
mam: mercurii quartā: operum enī omniū & negotiorum toleran
tiſſimū: lucraq; factitantē: calidum inſup & eloquētem mercuriū di
cunt: martis quītā ob inæqualem admixtionē & uariam. ſextam
lunæ argenteam: ſolis ſeptimā: que aurea ſit: perinde aſtrorum hec
imitet̃ colorem. inquirit deinde & cauſam cur ita ſint iſtiuſmodi
aſtra apud hos inſtituta & ex ſignis qbuſdam & item nominibus
q̄ materie cuipiā p aſtroꝝ indita ſint q̄litate: & muſicas iuxta pſas
theologie modulatōnes ānectit: exponitq;. pulchrū p̄terea ducit &
alia explicare: q̄ ex muſicis ſpeculatōibus pēdeāt. mihi uero ē abſur
dius uiſum: uelle etiā q̄ de his dixerit Celſus referre: & haud ſecus
me facere: ac ipſe chriſtianos iudeoſq; criminādo egiſſet: intēpeſti
ue nanq; ex platone nō ſolum deſumpſit nōnulla: que utiq; nec ſat
ſibi fore cum plane exiſtimaret: uel mythre neſcio cuius miſteria:
& quemadmodū gerant̃ libuit explicare. ut cunq; igit̃: cum apud
mithræ cultores: tum apud perſas iſta ſe habeāt: ſiue uera ſiue cōmē
ticia ſint: cur hec potius ſacra q̄ aliorū myſteria: & quemadmodum
gerantur: cōmeminit? non enim græcis uidentur mythre miſteria
eleuſimiis eſſe preſtanciora: uel ecatis: que his tradita ſunt: q egene

inſule iniciantur: cur nõ etiam: ſi inerat animo barbarorum ſacrifi cia explicare: ægyptiorum potius: in quibus plurimi gloriantur? uel capadocum apud comanos: dianæ: uel thracum: ſacra exponit: in quibus ex ſenatu nobiliſſimos imolant? q̄p ſi minus oportunũ ducebat aliquid iſtorum producere: quia nihil ad iudeorũ & chri ſtianorum criminationem conduceret: cur etiã non intempeſtiuũ id uidebat̃: quod de mithre ſacris narraret. Siqs autẽ uelit non ab ignobiliſſima hereſi per Celſum producta: ſed a libris: partim iu daicis: & eorum in ſynagogis ſepe perlectis: quos utiq; chriſtiani admittũt: partim chriſtianorum ex ſcriptis dumtaxat: cauſas cape re: quibus myſtice quis contempletur: quemadmodum animis ad diuina illa ſit aditus: legat ezechielis prophete libri poſtrema: qua lia nam illi ſint per uiſum ſpectata: in quibus uarie porte cõſcripte ſunt: que de multiplici diuinarum animarum ad meliora ingreſſu nonnulla deſignant. legat etiam in Iohannis Apocalypſi que de ciuitate dei hieruſalem illa celeſti ſcribuntur: deq; huius fundamẽ tis & portis. q̄p ſi quiuerit uel ex ſignis: quod ĩnotuit iter: perdiſce re: quo ad diuinitatem homines tendunt: legat & Moyſi numeroſ conquiratq; qui huius ſcripta poterit miſtice interpretari: cum fili orum Iſrael caſtra deſcribit: que nam ſint ad orientalem plagam diſpoſita: ut prima: que ad meridianam & notum: que ue ſecundũ mare: que inſuper ad occidentem: ut ultima. uidebit ꝑfecto in his que pro ſingulis locis. contemplari quis non negligentius poſſit: nec ad Celſi oppinionem ſtultos quoſdã & ſeruiles auditores iſta depoſcere? qui enim hec ipſa aduerterit: quales. ſ. in iudeorum ca ſtris ſint homines: facile conprehenſurus eſt & eorum naturam q̄ numero exprimuntur: & ſingulis tribubus accomodantur. de qui bus aliquid dicere in preſentia haudquaq̄ uiſum eſt oportunum. nouerit autem cum Celſus ipſe: tum qui eius ſcripta ſunt perlectu ri: nec cœlos ſeptẽ diuinas litteras tradidiſſe: nec noſtros quidem prophetas: nec Iheſu diſcipulos: nec ipſum deniq; dei filium alqua protuliſſe: que uel a perſis uel a Cabiriis accepiſſent. deĩde Celſus ad ea que de mithræ dixerat ſacrificiis? & illud inſuper pollicetur.

ꝙ ſiquis chriſtianorum ſacra quedam uoluerit: cũ pſarum que dix
erat ſacris conferendo: expendere: quemadmodum inuicem ſe ea
ſuſcipiant: & illa quidem chriſtianorum: hos illoſue ritus enudēt:
facile poterit iſtorum cõtemplari diſcrimen. & ſane ubicũq; celſus
hereſum q̃ tenuerit nomina potuit explicare: edere illas nil piguit:
quarum uidebitur eſſe non neſcius: ubi uero potius oportebat: &
ſi minus his fidem p̄ſtaret: hoc ut faceret & doceret: que nā ſectaꝝ:
p̄figurato diagrāmate uteret̃: haudquaq̃ id egit. ſed uidere uideor
uł ex auditiũculis leuioribus celſum nõnullis: q̃ de diagrāmate ꝓtu
lit ex oſianorum obſcuriſſima hereſi: ex parte aliqua protuliſſe.
hanc enim ipſi: ut ſumus diſcendi cupidiores: perlegimus: & hoīm
figmenta quedam eſſe comperimus domos penetrātiũ: ut Paulus
inquit: & mulierculas captiuas ducētium: oneratas peccatis que du
cuntur in deſideriis uariis ſemper diſcentes & nunq̃ ad ſcientiā ue
ritatis puenientes. ſiquidem iſtorum diagrāma adeo nihil in ſe ha
beat quod ſuaderet: ut ne muliercule quidem ipſe que decipi faci
le poſſunt: nec agreſtes admodum homines: quibus leuiter ſuade
tur: illi aſſentiant̃ & pareant. neminem igitur: & ſi pleraq; terrarũ
loca peruaſimus: & ſummo ſtudio conquirendos hos duximus q
ſcire ſe aliquid profiterentur: uſq̃ inuenimus qui huius diagrāma
tis ſenſa uł leuiter laudaret: ĩ quo lineares orbes ĩerāt decē: diſiũcti
ab ĩuicē & reſoluti: orbe uno cõphenſi omēs: & circũacti. q uniuerſo
rũ animā ferebāt̃ ꝑtēdere: & leuiathan circulus ille appellabat̃ quē
utiq; iudeorum ſcripture utcunq; preferrent: a deo confictum lu
dibrio dixerint: ſiquidem in pſalmis ſcriptum comperiamus: om
nia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua: mare mag
num & ſpatioſum nimis: illic naues pertranſibunt. beſtie puſille
cum magnis. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: draco
nis autem loco leuiathan in hebraico habebatur. impium igitur
diagrāma illud: per prophetam tantopere aptius improbatũ: leuia
than animam eſſe aſſeuerabat: que perinde plantata omnium gra
tia extitiſſet. inuenimus etiam in eo beemon dictum: ut poſt infi
mum circulum exaratum: leuiathan uero quod ſceleſtũ diagrāma

illud confinxerat: deſuper circulo & eius centro inſcriptū eius bis expoſito nomine. ait preterea Celſus nigra & pingui linea diſtictū id eſſe diagramma: & per hanc lineam: geennam & tartarum ſig nificari. nos uero geennam in euangelio ſcriptam: & ſi incruciatus ſignificationem inuenimus: queſiuimus tamen ſicubi forſitan ĩ ue teribus litteris diceretur. preſertim cū iudei nomine hoc ipſo utan tur. & alibi plane comperimus faranx filii ennam in ſacris litteris geennam nuncupatam: in ebraico uero pro faranx didicimus quē admodum preter illius ſubiectum ennon faranx dicebatur: uel ge enna: cum uero que in frequentiori ſunt uſu nos obſeruamus: inue nimus & in ſorte beniamin tribus: geennam ſiue faranga: enon de nominatam: cuius & hieruſalem erat. & cum id ſcrutaremur cur ce leſtis hieruſalem diceretur: a ſorte beniamin & farango ennom: re perimus aliquid eo in loco: ubi de ſuppliciis agitur: que ad anima rum purgationem: cum queſtione recipiuntur: iuxta illud. ecce do minus uenit ut ignis conflans: & herba fullonū. & ſedebit cōflans & emundans tanq̄ aurum & argentum: & ſecundum illud ꝗ circa hieruſalem ſupplicia inferantur: illis conflatis qui in eorum anime ſubſiſtentiam: prauiora quedam admiſerint: & tropice plumbū ali bi ſupplicia hec nuncupantur. & iccirco iuxta zachariam malitia ſuper plumbea ſtatera ĩſederat. uerū q̄cunqꝫ dici hoc loco poſſent: neqꝫ omnibus ſunt: neqꝫ hoc tempore explicanda. nec ſine periculo fieret aut iactura: ut apertius explanata hec litteris mandarentur. tanq̄ pleriqꝫ nō maiori indigeant diſciplina: q̄ ut tormentorū ad moneantur: quibus peccatores afficiuntur & ſcelerati. nam ea prete rire que de geēna perhibentur eorum gratia nihil expediet: q uix perpetui quidem ſupplicii metu: ab eorum nequitia & peccatis ex hac prodeuntibus reprimuntur. non itaqꝫ uel diagramma illud: uľ Celſus ipſe geenne tenuit rationem: quam profecto ſi ipſe & ceteri tenuiſſent neqꝫ ebionai liniamenta hec & diagrammata tam mag ni unq̄ feciſſent: ut per ea crederent ueritatem ſe oſtenſuros: nec Celſus ſuo ĩ chriſtianos opere: que haudquaq̄ per chriſtianos tra dita eſſent: ſed que ab his dicerentur qui nuſpiam ſunt: & eſſe iam

penitus deſierunt: uel ad paucorum numerum ſunt tandē redacti: ſuis in chriſtianos calumniis interieciſſet. & quemadmodū eos nil deceat qui platonici ſint philoſophando ꝓ epicureis reſpondere: eorumq; impia decreta quedam tutari: ſic nobis nil erit ad ea que diagrāmatis ſunt reſpondendum: que ue ī id per Celſum dicunt̃. quocirca ut ſuperuacanea & fruſtra expoſita nos preterimus: que ad uerſus iſtorū delirarnēta Celſus protulerit. quādoquidē acrius longe q̄ Celſus nos incuſemus qui dictis huiuſmodi occupantur. Celſus uero ex diagrāmate illo nōnulla ſibi ipſi exponit: que nec audita cuiq̄ ſunt: & de eo p̄cipue quod apud nos ſignaculū dicit̃: aliena quedā ꝓducit: & mutuas uoces imponit: perinde pater qui ſignaculum ingerit uocitetur: qui uero hoc obſignatur filius nun cupetur: & rogatus illud reſpondeat: unctus ſum unctione cādida ligni uite. que ſane nec ab ipſis hereticis dicta accepimus: deīde & numerum quendam prefinit ab his nūtiatū: qui ſignaculū tradūt: angelorum ſeptē: utrinq; anime aſſiſtētium corpore exceſſure: q uo rum quoſdam lucis angelos dicit: principales uero nōnullos: quī & principalium principem deum per eoſdem dici affirmat & dete ſtabilem. repetens deinde que dixerat iure hos criminatur: qui ꝓ ferre huiuſmodi audeat: huius autem rei & nos gratia īqens haud ſecus id egre tulerimus atq; hi qui hos criminantur. ſiqui forſitan ſunt qui iudeorum deum deteſtabilem dicāt: qui pluat: qui altito nans ſit & mūdum iſtum condiderit: q & Moyſi ſit: & iuxta hūc: machine huius create deus. uidetur autē Celſus neſcio quid ex his uoluiſſe quod ſanæ mentis nil preferat argumentum: ſed ī nos odi um potius philoſopho uiro indignum: quod utiq; iniquiſſimum ſit. id enim ei īerat animo: ut qui ex noſtris impoſterum eius ſcrip ta perlegerent: nobis per iurgia litigarēt: perinde deū quempiā ex ecrabilem affirmantibus: qui mūdi eſſet tam optimus fabricator. & ſane apparet nil ſecus egiſſe: ac iudei ī ipſis chriſtianæ religionis & uere diſciplinæ primordiis factitabant: qui ad noſtre doctrinæ notam & infamiam illud diſſeminarent: quod chriſtianis puerum aliquem immolandi mos eſſet: cuius & carnem ſinguli deguſtarēt

inſuper & id mendacio affigebāt: quemadmodū qui ex chriſtiana eſſent hac diſciplina: cū ea que in operto fiunt: facere uellēt: extīctis luminibus ei quā quiſq; nactus eſſet admiſcerētur. que infamia temere edita olim plurimos occupabat: ita ut ex ea: qui eſſent a fide hac alieni perſuaſum haberent: iſtiuſmodi eſſe iam chriſtianos: & ad id temporis ſic fallit nōnullos preſumpta hec & praua opinio: ut ea decauſa chriſtianos ſic auerſentur: ut ne uel ſimplitia cum his ineant uerba: tale igitur Celſus aliquid moliendo: ea mihi expoſuiſſe uidetur: ut chriſtiani deteſtabilem aſtruere deū & creatorem coarguantur: & ita ut eum qui fidem pſtiterit aduerſum nos iſta dicēti: ſi fieri poteſt: inducat: ut & ipſe chriſtianos exiſtimet: impietate ceteros anteire. res ipſas preterea Celſus confundens: & cauſam explicat cur execrabilis deus efficiat: qui iuxta moyſem mūdum cōdiderit: inquiens: eſt enim his uel iuxta hos execrandus: qui de eo hec ſentiunt: quādoquidem ſerpenti: recti prauiq; cognitionē primis hominibus ſuggerēti: hic maledixerit. fugere tamen Celſum illud nō debuit: quemadmodum qui ſerpētis partes tutandas ſuſcipiunt: ut primis hominibus optime cōſulentis: perinde titanis & gigātibus ipſis deuictis: ut fabule ferunt: ſiquidem ex ofeos græce ideſt ſerpentis ofiani ſint uocitati: tantū abſunt ut chriſti ſint ſectatores: ut nil minus q̄ Celſus hic: Iheſum incuſent: nec eorū quiſpiam in concilium prodeat: niſi execrationes & maledicta ī Iheſum prius congeſſerit. aduerte autem per q̄ temere in his egerit Celſus: que aduerſus chriſtianoſ oblatrat. quandoqdem cum noſtre religionis hominibus ofianos iſtos cōtulerit qui ne Iheſu quidē uelint uel nomen id audire: q; ſi uel ſapiens is quiſpiam eſſet: ul' forte moribus temperatior: uel ſaltem humanus: quid tamen apud eum uel delirius eſſet uel plane ueſanius: q̄ uelle ex ſerpente ſe: ut bonorum autore: cōſtare: uel Celſo ſtolidius: qui putet hiſdem criminibus chriſtianos ſe affecturum: quibus & ofianos notauerit. olim igit' q rex tenuitatē amauerat: græcox philoſophus: & uitæ felicioris exēplū ediderat: ut minus phiberet ex pauptate fœlicitatē hāc aſſequi: ſe alioqn cynicū eſſe ſic inqens pfitetur. hi uero irreligioſi &

impii ex ſerpente humane nature īfeſtiſſimo q̄dem & ꝑhorrendo: tanq̄ ipſi nō homines: quibus eſt ſerpens inferior: ſed ut ſerpētes: gloriæ ducūt: q̄ ofiani: hoc eſt q̄ ſerpentini dicant̃: eufratē neſcio quem diſciplinæ huius ſceleſtioris auctorem iactātes. moxq̄ tanq̄ chriſtianis cōuiciaturus: hos apertius criminat̃: q Moyſi: & iuxta moſaicā legē deum execrabilē dicunt: & cū chriſtianos eſſe hos crederet q talia dicerēt: ſubdit: Quid autē ſtultius aut ueſanius hac inſenſata ſapiētia fuerit? qd enī deliquerat q iudeis cōdidit leges? uel quo pacto q̄ idem de mūdi creatione cōſcripſit: uł iudaicā legē: per figuratas quaſdā allegorias: tibi īterp̄tandā deſumis? collaudas uero uel nolēs o impiiſſime: mūdi fabricatorē: q̄ hiſ omnia polliceat̃ & iſtorū ſe genus ꝓpagatuꝝ uel aduſq̄ fines terraꝝ ꝓmittat: excitaturūq̄ e mortuis uł cū carne ipſa & ſanguīe: & ī ꝓphetas ſpiritū diuinū deniq̄ efflatuꝝ: nec tn̄ deſinis hūc crimīari: aſt ubi uis tibi aliqua ab iſtis infertur: hunc ipſum te colere deū fateris: cū uero cōtraria q̄dam cum ueſter p̄ceptor Iheſus: tum Moyſes ſtatuūt: mox aliū deum huius loco & patris ꝑquiris. uł his quidē ſtrenuiſſimus philoſophus Celſus chriſtianos aptius carpit: cum inquit: ubi tibi uim iudei intulerint eundem q & his ſit te deum fateri. cum uero Iheſus & Moyſes leges ſanciēdo: diuerſa īiunxerint: alium eſſe huius loco cōquiſiturū. ueruntamen ſiue cum iudeis nobis ſit altercatio ſiue cum his ſentiamus: unū utiq̄ deū & eundē hunc ipſum tenemus: quem olim & iudei coluerīt: & colere ſe ī p̄ſentia ꝓfitent̃. nec ꝑ impietatē ī hūc ipſi praue deliq̄mus: haud tn̄ illud fatemur: cū carne ipſa & ſanguine: ut ſupra dixerat celſus: hoīes deū excitaturū: neq̄ enī q̄d īcorruptionē ꝓſeminatū eſt: ī ignobilitate & fragilitate corpus aliquod animale reſurrectuꝝ aſſerimus: q̄le fuerat antea ſeminatū. ſed de his ſupra mediocriter iā diſſeruimus. repetit deīde q̄ de ſeptē demōibus dixerat: quoꝝ nuſq̄ ꝑ chriſtianos ſit mētio. puto tn̄ ab ofianis id hūc accepiſſe. & ſane ī eo ī quo & nos inſudauimus diagrāmate aſſequendo: ſeriem omnem comperimus: haud ſecus ac celſus expoſuit. is enī principē illū fuiſſe aſſeuerabat in leonis ſpeciē figuratū: nil tamē explicans quē nā hūc ipſum: qui

in uero impiiſſimi ſunt:uocitarét. nos uero comperimus: diuinis in litteris:conditoris ãgelũ ꝓbatiorẽ illũ & celebrem: flagitioſum id ofianorũ diagrãma:michaelem dixiſſe:q leonis gereret ſpetiẽ:at Celſus taurũ appellabat:q ſecundus eſſet ex ordine:hũc diagrãma ſuriel nominat: q in tauri ſit ſpetiẽ figuratus: tertiũ Celſus amphi uiũ & utrobiq; degẽtẽ & horrẽdũ ĩ modũ exibilãtem:hũc diagram ma draconis ĩ ſpetiẽ rafaelẽ tertiũ uocitabat:itẽ & quartum Celſus aquile formã habere aſſeuerabat: diagrãma uero gabrielẽ dicebat: qui præ ſe aquilam ferret.quintũ deinde hũc aſtruebat:q urſi eſſet faciẽ nactus:quẽ diagrãma tauthauaon nũcuparet.q urſi faciẽ gere ret.ſextũ ꝑterea Celſus ferebat apud illos litteris ꝓditũ canina fa cie eſſe: diagrãma uero erathaoth nominabat. hic idẽ deniq; ſepti mum fatebat̃:qui eſſet aſini capite ĩſignitus.& taſabaoth diceret̃. ſpetie aſinina exiſtẽs. hũc ipſi in diagrãmate illo cõperimus onoel uel thartaraoth dici.q aſini preferat ſpetiẽ.hec autẽ uiſa ſunt diligẽ tius explicãda:ne uideremur ea nos ignorare q̃ Celſus ſe ſcire iacta uerit. oſtẽderemuſq; chriſtianos lõge certius ea tenere: haudquaq̃ eſſe ex chriſtiana doctrina deprompta:ſed a ſalute ferenda penitus aliena:nec Iheſu inſcriptione notata: uel ſaluatoris uel dei & magi ſtri:ſiue dei filii titulo inſignita.At ſiquis uelit que uenefici illi cõ finxerant ſcire:quibus ue & fallere homines uellent:& ad ſuam tra ducere diſciplinam:perinde archana quedam haberent:& que effer ri minus fas eſſet:& ſi haud multum ualuerint :audi qualibus hi ĩ ſtruantur:que ue & legere ſoleãt.ubi: ut ipſi uſurpant: uiciorũ ſep ta tranſegerint.principum fores ſeculo inquiunt alligatas: regem moris unius:uinculum cecitatis: obliuionem incircumſpectam ſa luto. primam potentiam prouidẽtiæ ſpiritu & ſapientiæ conſerua tam:unde integer emittor. lucis iam portio filii patriſq; gratia:me cum ſit:ita pater adeſto.quin & illud dicere edocentur:cũ eũ quem Ialdauaoth nuncupant ipſi peruadunt. tu uero cũ fiducia prime ac ſeptime ut interpres factus ialdauaoth. princeps uerbum ex iſtens integræ mentis: opus perfectum filio patriq;: impreſſa for ma uitæ ſignũ ſupiducens quã occluſiſti ſeculo: tuo portã mũdo

referás:cócedo tuam liber iterum in poteſtatem:gratia mecū ſit:in terceſſor adeſto:ferūt & principi q leonis ſpetie ſit aſtrū illud ſplē didius affici:putāt preterea qui legēdo ialdauoth illū pcurrerit: & ubi ad iadim uenerit dicēdū id eſſe. tu autē occultoꝝ myſterioꝝ fi li & patris prīceps. noctu lucēs ſecūde iabo:& dn̄e prīcipalis: mor tis pars īnoxie. geſtās iā ꝓpriū indiciū:accedēs ac libēs tuū ad prī cipatū:ualidiorē tu reddidiſti q ex te natus eſt:uerbo uiuēte.gratia mecū ſit:īterceſſor adeſto:mox & ſabaoth ſubdūt: quē ſic affari ne ceſſariū ducūt.Quinte poteſtatis tetrarcha ſabaoth:prelator legis: tue creature gratia ſolute: quinario numero hoc fortiore exhibe me ſignum tue artis ſpectare inculpabile:typi imagine cuſtoditū: quino numero ſolutū corpus.adeſto mihi interceſſor adeſto.poſt hunc uero:aſtapheon ſic appellandum exiſtimant. o tu qui tercie preſides porte aſtapheon ſacrorum inſtructor: prime cuſtos aqua rum originis:unum intuens auctorem: redde me uirginis ſpiritu mundatum:qui contemplaris mūdi ſubſtantiam:gratia mecū ſit. interceſſor adeſto.hūc elobion ſequit᷑: quē precandum ſic arbitrā tur.ſecūde prīceps porte elobie exhibe me tue matris:tibi ut defē ram ſignū:gratiā occultam uiribus poteſtatem. gratia mihi adſit: interceſſor adeſto.poſtremū oreum appellant:cui ſic autumāt ſup plicandū. tranſcendēs ſepē ignis interrite: prime ſortitus porte do minatū oree:ſine me tue uidere potentiæ ſignū.uite ligni termina tum figura:imagine ad ſimilitudinem deſumptū inſontis. gratia mecū ſit:interceſſor adeſto. ad hec enarranda Celſi nos multiplex quidē credita rerum ſciētia:q̄ curioſitas potius & nugacitas dicēda eſt:ꝓuocarūt.ſiquidē id animo īerat his plane q Celſi ſcripta quā doq; ſunt plecturi:& noſtra qbus illi reſpondimus:patefacere:nec nos Celſi diſciplinarum eſſe ignaros:in quibus chriſtianos falſo ca lūniatur:ut q huiuſmodi nec ſentiāt quidē nec teneant:tam&ſi no bis placitum ſit:hec ipſa & noſſe & explicaſſe: ne cum ſcientia is & doctrina ſe nos ſuperaturum promittat: uenefici homines hos circumueniant: qui nominum imaginatione & formidine per citi: rapiunt᷑. Poſſem equidem & alia pleraq; ꝓferens demōſtrare

queádmodũ.ſ.nihil nos fugiát nebulonũ & fallaciũ hominũ facta: que utiq; ut a noſtris aliena & impia repudiamus: nõ eñi cum chri ſtianorũ certioribus dictis illa cõueniũt.nimirum quibus ad mor tis uſq; diſcrimen inſiſtimus. & ſane ſciẽdum eſt queádmodũ qui iſta cõmenti ſunt: cũ nec magice artis habeant notionem: nec ea q̃ diuinis litteris ĩſunt: diſcernãt: confuſe omnia ꝓtuliſſe: ex magica ſiquidem ialdamoth iaoia: ex hebreis uero ſabaoth: ſiue adonai & eloeum perditi homines acceperunt: q̃ utiq; nomina ex ſacris ſcrip tionibus ſumpta: eiuſdẽ ſunt & unius dei cognomina. quod ſane: cum dei hoſtes minus intelligant: ut & ipſi fatentur: exiſtimarunt aliud iaha eſſe: aliud ſabaoth: & aliud quod tertium eſt preter hoꝝ ſignificantiam: adoneum: quẽ ſacra ſcripta adonay protulere. aliud p̃terea eloæon: quod ꝓphete eloai hebraice dicunt. fabellas inſup alias quaſdam explicat Celſus: ꝙ alii quidem ſpirent leones: alii tauros dracones alii: ſiue aquilas ſiue urſos ſiue canes hic dixerit. comperimus autẽ ĩ eo quod diximus diagrammate: & illud quod Celſus quadrangularem appellauit figuram: & ab ofioneis miſeriſ illis pro paradiſi foribus aſtare aſſerebatur. erat autem: ut ita dixe rim: in biangularis circuli modũ: & ignis ſpetiem preferentis flam mea illa romphea: tanq̃ haſte prefixa. cum ſcientiæ ligno: tũ uitæ. Celſo autem haudquaq̃ libuit: uel forte nõ licuit: conciones expo nere per ofianos iſtos ad portas ſingulas ꝓ impiorum deliramen tis & fabulis habitas: ſed has narraturi ſunt qui eas percurrerint: nos uero ea propter id egimus: ut imperfectorum finem ſacrorũ: tum Celſo aperiamus: tum his qui lecturi hec ſunt: ut plane intel ligant iſtiuſmodi hominũ deliramẽta a diuino chriſtianorũ cultu aliena nos habuiſſe. Celſus uero ubi predicta deniq; explicauit q̃ & his ſimilia ſunt & nos ipſi adiecimus: talia ĩfert. hi uero alia aliis ingeſſere: ut prophetarum dicta: & circulos circulis & eccleſiæ ter reſtris defluxus: circũciſioniſq; & uirginis cuiuſdã agilioris fluen tẽ uirtutẽ: uiuẽtẽq; animã: & celũ ut uiuat occiſum. terrã inſup gla dio trucidatã: & multos uite degẽde gratia ĩteremptos: qeturamq; qñq; ĩ mũdo mortẽ: cũ mũdi peccata interierit: & rurſuſ deſcẽſum

anguſtiorē & portas ultro patētes: ubiq; ꝓterea & uitæ lignū: & car nis ꝑ lignū reſurrectionem. quod equidē puto iccirco factū: quia eorum magiſter ſuffixus patibulo eſt: & faber erat lignarius: ita ut ſi fuiſſet e rupe alique ꝓcipitatus: ī barathrūq; impactus: uel laqueo ſtrangulatus: uel coriarius aliquis uel lapicida: uel faber ferrarius extitiſſet: iure forſitā iſti cōfingerēt queadmodū ſupra celos ꝓcipi tium aliquod uitæ: uel reſurrectionis hec barathrū eſſet: uel taber naculū immortalitatis: uel precioſior lapis: caritatiſq; ferrū uł cori um ſanctius figuratū. enimuero ſi uel anicula quepiam ſit: ubi in fanti alluſerit & fabulā addat: nōne uel talia admurmuraſſe hāc pn duiſſet? ſed in his utiq; Celſus uanas uidetur auditiōes cōfundere: par enī eſt qui: e quauis hereſi dictiunculas accepiſſet: & eas ꝓ he reſis uoluntate minus expreſſerit: ſed uerba tantū connexerit: om nium plane ut arguat̄ ignarus. nec ſolum noſtrarū rerū ut neſcius uideatur: ſed ne hereticorum is quidē tenere diuerſitatē appareat: q chriſtianorū res omnes callere ſe iactat: id enī uel ꝓpoſita eius ora tio patefacit. ſed noſtrū eſt ꝓphetarū uaticiniis uti: qui Iheſum eſſe hūc affirmamus: quē illi chriſtū ꝓdixerit: q ue ex ꝓpheticis dictis palā iā facimus: q̄ de Iheſu ſunt finē ī euāgeliis cōſequuta: circulos uero circulis adaggerare: ꝓdicte forſitā hereſis fuerit: orbe unico cō plectētis: quā oīm eſſe animā aſſerūt: & leuiathan ſeptē illos princi pū orbes: uel forte ex eccleſiaſte ꝑceptū: huiuſmodi diſſerēte. ꝑgit ſpiritus & ī circulo ſuo reuoluit̄. Quod uero de terreſtris eccleſie fluxu & circumciſioue hec dixerat: a quibuſdam forte deſumpſit: qui a celeſti quadam eccleſia & ſeculo meliori: fluxiſſe terreſtrē ec cleſiam tradunt: & circumciſione quadam: & purgatione aliqua in ea eccleſia orta. cui & argumēto eſſe affirmēt quod lege fit circumci ſio. uelociorē autē ſapiētiā quādam ualētiniani appellāt: ꝓ eorū cir cumuēta erroribus ſapiētia: cuius eſſe inditium uolūt: q̄ ſanguinis fluxū annū ſit duodecimū paſſa: que res cū fama ad ſe perueniſſet: qui omnia græca ſimul cōfundit & barbara: q ue & hereſum ſunt: illud ſubiecit: agilioris cuiuſdam uirginis uirtutem fluxiſſe: anima autem uiuens ī eorum forte archanis exprimitur: qui a ualentino

heretico profluxere:& eo in loco:ubi ſpiritalem nuncupant condi torem:uel ad demortuę animæ fortę diſcrimen: uiuẽs anima apud quoſdam non ĩgenue eius dicatur: qui ſit ſaluus futurus.occiſum uero uel celum dici: uel terram cultro necatam: & multos deniq; iugulatos ut uiuant: nuſq̃ nos legimus: nec ſane ab re fuerit: iſta Celſum de ſe protuliſſe. quieturam autẽ in mundo mortem cum mundi peccata cõmorientur: preferre illud equidẽ dixerim: quod apud apoſtolum myſtice ſic explicatur.cum autẽ omnes inimicos ſubiugabit ſub pedibus ſuis tunc poſtremus inimicus deſtruitur mors.& illud.cum autem corruptibile hoc ĩcorruptionẽ induerit: tunc fiet quod dictum eſt:abſorta eſt mors ĩ uictoria. deſcenſum preterea anguſtiorem his forte denũtiauit:qui putant animas ĩ ua ria corpora cõmeare.dici autem ſponte ſua portas patere: haud ſa ne ĩcredibile eſt:cum a nõnullis tradatur:aperite mihi portas iuſti ciæ & ingreſſus confitebor domino. hec porta domini iuſti intra bunt in eam. quinetiam & in nono pſalmo ſic dicitur: qui exalta uit me de portis mortis:ut annuntiem omnes laudes tuas:in por tis filie ſion:portas autem mortis que ad perditionem deducunt: delicta eſſe chriſtiana doctrina affirmat:quemadmodum e contra portas ſion uirtutis aſſerit portas.he nanq; confeſtim ei aperiunť: qui uirtutis rectiora facinora conſectantur.de ligno autem uitæ fa cilius quiſpiam diſſeret: qui deſcriptum dei in geneſi paradiſum ĩ interpretetur ab eo plantatum. ſepe & enim Celſus reſurrectionẽ irriſit: ut quam minus nouiſſet: nunc uero nõ his contentus que dixerat a ligno dici reſurrectionem carnis affirmat. quod utiq; & hũc arbitror audiſſe qa ſymbolice p lignũ mors cõſtet: p lignũ & uita:mors quidẽ ĩ adam & uita in Iheſu. ꝓinde illudẽs q̃ de ligno ſcribũť:bifariã illud irridet:inqtq; iccirco id uſurpari: uel qa ĩ cru cẽ magiſter noſter ſit actus:uľ qa faber erat lignarius:cũ minus tñ ĩtelligat: uite lignũ p moyſẽ litteris cõmẽdatũ:nec plane cognoſcat quẽadmodũ ĩ euãgeliis q̃ ĩ ecclesia plegũť:nuſq̃ faber ieſus ſit ſcrip tus.autumat ṗterea q̃ de ligno hoc dicimus ſub figuris qbuſdã in terpretãdo:id uite lignum nos cõfinxiſſe. Quinetiam illud:quod

hunc ĩ modũ eius errorẽ ſubſequit᷑: ſubdit quod ſi fuiſſet ille e ru
pe aliq̃ p̃cipitatus: uľ detruſus ĩ barathrũ: uľ laqueo ſtrãgulatus:
eẽt forſitã ſupra celos uel uitæ fictũ aliquod p̃cipitiũ uel barathrũ
reſurrectionis:uel ĩmortalitatis & tabernaculũ: & illud rurſũ ſi enĩ
qa faber hic factus eſſet lignarius:cõfictũ eſt uite id lignũ: cõſenta
neũ id forſitã eſſet:ſi coriarius ut de corii ſãctitate differeret: ſi lapi
dũ ſculptor:de lapide pbeato:ſi ferrarius de ferrea lenitate.eniuero
quis ex eo nõ uideat criminũ obiectoꝝ tenuitatẽ: quandoq̃dẽ eos
hoĩes iſte obiurget:quos falſos ãtea & circũuentos ad ueritatẽ ſe re
dacturũ pollicebat᷑: poſt hec & alia ſubdit fictionibus cõgruentia
prĩcipes.ſ.neſcio quos:aſinino capite & in draconis figurã effigia
tos:uľ alia q̃dã:nõ tam̃ apud noſtros eccleſie hoĩes alius itẽ effinxe
rit .& uere q̃dẽ aniculã cũ puero alludit:ubi mero ĩcaluit:talẽ fabu
lã illi ĩ cinere & ĩſibilare iã puduiſſet: q̃lẽ cõmẽti ſũt q & aſini capi
te quoſdã cõfingũt ad portas ſingľas cõcionari.atq̃ q̃ ad eccleſiã at
tinẽt haudq̃q̃ celſo ſũt cognita:nimiꝝ cũ p pauci ad modũ ea ĩtel
ligere potuerũt:& hi q̃dẽ q uitã omnẽ iuxta Iheſu p̃cepta ſcrutãdis
ſcripturis ſeſe addixere:& acrius lõge q̃ græci philoſophi:cũ d̃ arte
nobili aliq̃ pnoſcẽda cõtẽdũt:ĩ cõq̃rẽdis ſacroꝝ ſcriptoꝝ ſenſis in
ſiſtũt:neq; his ſane ſtrenuus uir ille cõtẽtus:q̃ ex diagrãmate hereti
coꝝ ediderat:placuit etiã crimĩa ĩ nos augere:q̃bus nihil ſit cũ dia
grãmate illo cõmune: & alia ĩterea q̃dã hereticoꝝ iſtoꝝ ſub alioꝝ
pretextu dicta repetere:inquit enim: horum autem illud haudq̃q̃
miraculi loco habendũ.cũ dicuntur inter circulos quoſdã celeſtes
deſuper eſſe nõnulla inſcripta:& alia duo neſcio que: maius quid
dam & minus:in filii patriſq; diſcrimẽ. ipſi uero ĩ diagrãmate illo
maiorem circulum & minorem comperimus: quorũ in diametro
pater erat & filius inſignitus:& maioris intermedio ſpacio:in quo
minor circulus ille concludebatur: & alios duos ex circulis uidi
mus duobus compactos: quorum exterior flauo:interior glauceo
eſſet colore: ſupra ſcripta uero intercapedo in dolabri ſpetiem:cui
us ſuperiorem in partem circulus inerat breuior: a maiore q̃ pri
mi eſſent: dependens: qui effigiatam in ſe caritatem haberet.

inferius uero ea ex parte qua maiori inheſerat: uita erat effiſta. in circulo deinde ſecundo & circũacto: duos alios circulos cõplecten te: figura alia quedam erat inſcripta: q̃ ſapientiam preferret & pro uidentiam: quadrangularis oblongior: quoꝝ in circulorum uel ĩ termedia & cõi linea interſciſſa: ſapientiæ erat exarata natura: deſu per uero circulus circũactus in quo ſcientiæ inerat titulus: & infra hunc alius in quo ĩtellectus inſcribebatur. hec ipſi contra Celſi de liramẽta dicenda deſumpſimus: ut lecturis iſta imposterũ pſpicuũ faciamus: longe nos clarius ea nouiſſe quã nouerit Celſus: nec ex auditu habere q̃ per nos admodũ improbãtur. ꝙ ſi magica quedã & uenefica ꝓfitent̃: qui illiuſmodi gloriant̃ ineptiis: & illis id fue rit ſapientiæ caput: nos tamẽ haudquaq̃ ſumus hec aſſerturi: quip pe qui iſtiuſmodi noſtris in litteris nuſq̃ comperimus: ſed Celſuſ uiderit: qui & falſi teſtimonii: & abſurdiſſimaꝝ fuerit criminatio num conuictus: utrum ĩ his mẽtiatur: ſiqua forte de peregrinis q buſdã & a fide alienis concepta: ſuo ĩ opere explicauit. illis deinde qui magicis quibuſdã preſtigiis: ut ipſe affirmat: & ueneficiis noĩa nũcupent barbara: demonũ quorundã: iſtiuſmodi obiicit. nõ enĩ ſecus hi inqens faciũt: atq; illi qui his ipĩs nitunt̃: q̃ miraculo ſint imperitis & rudibus: cũ alia ſint apud græcos demonum nomina: alia apud ſcythas: ita mox ĩfert quod ab herodoto forte exceperat Appollinẽ ſcythas gongoſyrõ nũcupare: neptũnum thageſmana: uenerem argempaſan: ueſtam tamiti. ꝑquirat ergo q poteſt: utrum nõ iſta cũ herodoto ſimul & Celſus emẽtiat̃: ꝑinde neſciãt ſcythe hec eadẽ & græcis eſſe de legitimis diis ſtatuta: quid enĩ ẽ argumẽ ti ul̃ ſuadellæ: ut gongoſyron ſythe apollinem uocitẽt: nõ enĩ puto ſi gongoſyron in græcã linguã uertat̃: fore: ut apollinis etimolo giam oſtẽdat: uel in ſcyticam apollo traductus ut gongoſyron ex primat: ſic nec de ceteris id ipſum quis dixerit: ſiquidẽ aliis ex re bus & etimologiis græci homines illi inducti: quos deos putarẽt: & nomina indiderũt: ex aliis ſcythe: ſic itẽ ex aliis perſe indiq;: ſiue Ethiopes ſiue illirii: ſiue ceteri omnes qbus ubi placitũ eſt qdpiã nominare: priori illi & pure reꝝ conditori ſentẽtie ſteterit. ſed ſatis

ſam nobis hec ſunt in ſuperioribus explicata: mõſtrare uolentibus non eundem ſabaoth eſſe & iouem: cũ de liguarum uarietate non nlla ex litteris ſacris deprompſimus. Sed hec libẽtius preterimus: ad que repetẽda nos Celſus inuitat. cæterum iterato ex magicà ar te nonnulla confundens: adiicienſq; perinde nullius momenti ſint uenefici homines: ſi ſub pretextu diuinitatis id agãt: uel apud ſim pliciores quoſdam & captu faciles ueneficiis forte utant̃: ut diuina uirtute uideãtur hec factitare: & alia quedam exponit huiuſmodi: uerum quid mihi enumerandi ſunt quot hominũ que ad purgati onem ualeant plurimum & cõmiſſorum ſolutionem: orationes cõ ſcripſerint & miſſiles uoces uel ſonitus: figurationeſq; quaſdam de monicas: ſiue in computationibus: ſiue in lapidibus: ſiue in plãtis: ſiue in radicibus: ſiue ĩ quibuſuis rebus. & queuis ad mala propul ſanda medicamenta: de quibus nũc reſpondere haudquaq̃ par fue rit. ut q nihil huiuſmodi ſuſpicemur. Poſt hec haud ſecus facere mi hi Celſus uidetur: atq; hi ſolent q ob ingentia ĩ chriſtianos odia: apud eos q chriſtianorũ facta ignorent: experiẽtia õnino affirmẽt: ſe percepiſſe pueri carnem hos eſitare: & impudenter mulierꝝ que a pud ſe ſint abuti cõcubitu: ut enim cum iſta per eos dicuntur qui a nr̃a religione ſunt penitus alieni: uanitatis damnãtur: tanq̃ falſo in chriſtianos cõmenta: ſic etiam deprehendẽtur nil ueri habere q̃ protulit Celſus. dicit enim apud ſeniores quoſdam noſtre religio nis: ſe libros uidiſſe: & barbaros quidem: qui demonum nomina continerent & monſtro ſimillima. Aſſerebat p̃terea & noſtros hoſ ſenes nil recti de ſe polliceri: ſed ad hominum pernitiem omnia fa cere: & uellem equidẽ cetera que in chriſtianos hic iactat: huiuſmo di eſſe: ut a pluribus falſitatis & euidẽtius conuinceretur: cũ eius ex uitæ cum chriſtianis anteactæ & ſi non multis: conſuetudie: tum qa de his neq; auditu tale quicq̃ ꝑceperit. Porro ut obliuione iam captuſ ꝓpoſuiſſe ſe aduerſuſ chriſtianos ſcripturum: dioniſiũ quen dam muſicum ait: & hũc quidem ægyptium: qui ſecum eſſet uerſa tus: de his pleraq; diſſeruiſſe: que ad magicam attinerent: & quem admodum in imperitos & corruptis moribus homines: uim non

mediocrem ars illa haberet: in philoſophos nullam: ut q uitam age re integerrime deſtinaſſet: ꝗ ſi eſſet mihi propoſitum de magica nunc diſputare: uel in ſuperioribus de hac pauca ꝑtractaſſem: ubi de ea habita mẽtio eſt: ſed cũ oportuniora nobis ſint explicanda: his reſpondẽdo que Celſus cõſcripſit: de magica hac id dumtaxat dixerim: ꝗ ſiquis uelit inueſtigare: utrum olim philoſophi magi cis caperent̃ an minĩe: legat q̃ miragenes ille ſuis ĩ cõmẽtariis de a pollonii tyanei uita magici hoĩs & philoſophi ſcripſit: cũ digna q̃ dã memoratu lr̃is tradit: in qbus non chriſtianos aliquos: ſed phi loſophos dixit: ex magica apollonii arte: & nõ ignobiles captos: qui ad ſe ut magũ ueniſſent: quos inter & de eufrate philoſopho & altero epicureo quodã q̃multa narrabat: nos uero ut experientia docti aſtruimus q ꝓ chriſtiana religione: ꝑ Ieſum coluerint ꝑſidẽ tem omnibus deũ: & ꝓ eius euãgelio & iſtitutis duxerit uitã: iniũ ctiſq; precibus frequẽtius decẽterq;: interdiu noctuq; ĩſiſtant: fore ut nec magicis poſſint nec demonũ artibus capi: ſiqdẽ ꝓculdubio ĩmittet angelus domini ĩ circuitu timẽtium eũ: & eruet eos ab om̃i malo. qnetiã paruuloꝝ eccleſie ãgeli: & ĩſtituti ut eos tutẽt̃. patris faciẽ dicũtur: q ĩ celis eſt: aſſiduo cõtemplati. qd autem facies iſta ꝑ tendat: & qualis huius ſit cõtemplatio: ſuo loco iã explicauimus. poſt hec Celſus aliũde exorſus in nos huiuſmodi infert. fallũt̃ enĩ hi & ſi multis in rebus: ꝑcipue ignorãtia ſumma: diuinis qbuſdam enigmatibus ĩtercepta: cũ deo faciũt aduerſari diabolũ quempiã: quẽ hebraice ſathanam dicũt: ꝑſertim cũ humana ſint iſta potius & dictu nefaria: ꝗ ſummus deus cũ ꝓdeſſe uelit mortalibus: habe at aduerſantẽ: & nequeat cũ libet cõducere: & ĩpotẽtior fiat. fit ergo ut dei filius a diabolo ſuperet̃: ab eoq; tormẽtis affectus: nos ĩſtru at: ut nõ magni q̃ ab eo inferũtur ſupplicia: faciamus: ꝑdicitq; quẽ admodũ & ſathanas ipſe ĩ mũdo appariturus magna q̃dam pre ſe opera ferat & admirãda: ut q ſibi ſit dei gloriã uẽdicaturus: & futu rum oĩo ut homines hoc deſtituto: in ſe credãt: hec plane uenfici hoĩs ſunt: operam in aduerſarios inſumentis. & ſiml̃ precauentis q contraria ſentiãt & ſimultatibus ſe ſe inuicẽ ĩpugnent. poſtmodũ

poſtmodum uero cũ enigmata uelit: que putat ex ſatana nos accepiſſe: ꝓducere: deorum inquit bellum ueteres oſtendiſſe: & hec q dem heraclitum dicere. ſic enim neceſſe erit bellum quod mirabile eſt & iuſticiam explicare: & alia queuis p iurgia & cõtentiones cũ facta: tum ut fiant futuꝝ edicere. nec ſecus & pherecidẽ qui heraclitum multa ꝓceſſit ætate: cõmentũ & fabuloſum exercitũ facere: ex aduerſo inſtructum & exercitũ aliũ oppugnantem. quoꝝ alteri ſaturnum is in ducem ꝑfecerit: alteri phioneam: cõclamationeſq; de orum & certamina ſcribere: & cõuenta inter hos fieri & pactiones & ita ut utri eorum in ogenũ (id erat loci nomen) cõcidiſſent pro uictis eſſent: qui uero inſectarent̃ & uincerent: celum haberent: id ipſum ſibi & myſteria illa uoluiſſe affirmat: que de titanis & gigantibus q̄ꝓ diis bellum intulerint: deq; cifone apud egyptios: quodã: horeoq;: & ſyride ꝓferunt̃: ubi uero iſta Celſus expoſuit minus tñ ediſſerit: queadmodũ illa quidem potioris ſint cauſe: noſtra uero hec ab illis excepta. ſed iurgando affirmat: haudquaq̃ eſſe his noſtra ſimilia que de diabolo hoc ſiue demone explicaſſet: uel quod eſſe uerius aſtruit de homine mago longe aliter ſentiente. ſic preterea & homerum hic audit: perinde his ſimillima quedã enarret: q̃ & heraclitus ipſe & pherecides: & ceteri de titanorum myſteriis induxiſſẽt. ſiquidem hunc ĩmodum uulganum iunonem affari demonſtrat. hec uelim equo animo tuleris mater: ſiquidem alias cũ tibi preſidio eſſe uellem per Iouem e celo ad terram rotatus: die toto ad occidẽtem ſolem ferebar: & per Iouem item iunonem his increpari: an tibi memoria excidit cum te gemina incude cõſtrictam pedes: corripui & aurea manibus uincula circumieci: ita ut ex alto penderes: quod cum egre ferrent celites dii e celi hos uertice deturbaui. homeri itaq; Celſus dicta interpretatus: dei uerba eſſe affirmat: ad terream hanc materiam habita: quibus iunonem iuppiter ipſe compellet: & ea quidem que ſic proferuntur plane pretendere: quemadmodum hanc ipſam cum ſe negligentius gereret: & ſuſceperit deus & analogiis quibuſdam deuinctam ornauerit: & qui circa ſe demones eſſent: & impuriores quoſq; affectos ſupplicio in eã

uiam deturbet:que ducit ad terras.hos autem homeri uerſus & in eam ſentẽtiam pherecidẽ dicit hoc modo ꝓnũtiaſſe: ſub ea autem parca eſt & altera q̄dā tartarea: obſeruāt autẽ hanc boree filie arpie ꝓcelleq;: ubi iuppiter deorum quempiā qui ſe arrogātius geſſerit perculſum deturbat.hiſdẽ e ſenſibus & mineruæ peplum pendere affirmat quod ĩ panathinaica pompa delatum omnibus uiſendũ exponitur:ex eo enim ait ſignificari ut ſine matre quiſpiam & purior demon gigantiũ audaciam e terra ꝓdeuntium frenet.cũ uero græcorum figmenta hic ſuſcipit:noſtra carpendo:huiuſmodi ſubdit:deifilium inquiẽs a diabolo cruciari:& nos item cõmonefacit: ut ab eodẽ penis affecti tolleranter feramus:& ea p̄ſertim q̄ ꝓrſus ridicula ſunt. Sed duxerim equidem oportuiſſe diabolum inferre tormẽta :non tamen his quos carperet cõminari.aduerte itaq; qui nobis crimini dat.ꝙ impiiſſime fallimur: & diuinis enigmatibus aberremus:ut ipſe aperte fallatur:cum minus ĩtelligat Moyſi ſcripta:que non ſolum heraclito & pherecidæ fuere longe antiquiora: ſed homerum ipſum uetuſtate preceſſerint:de impuriſſimo diabolo tradidiſſe: ꝙ celeſtibus colloquiis excidiſſet:Serpẽs enim e quo apud pherecidem ofioneus:qui cauſam prebuiſſet:ut homo e paradiſo excideret:huiuſmodi pleraq; patefacit: & diuinitatis & rerum ingentium ꝓmiſſione muliebre genus deniq; circumuenit. quod ſubſequutũ & uirũ ferũt.q̄netiā in Moyſi exodo exterminator ille quis nam alius fuerit hũc preter:qui obſequentibus ſibi & eius nil repugnantibus ĩprobĩtati:nec reluctantibus:cauſam prebet p̄ditionis & mortis. is erat pretera & inleuitico exterminandus quem hebreorum ſcripta ezazil nominant: & alius nemo hunc preter: quem omnes non iniuria auerſati procul reiecerint.quippe qui in heremo ſuam nactus ſit ſortem: uniuerſi nanq; qui deteriori cõditione ſunt & ob eorũ nequitiam his aduerſantur: qui ex dei ſunt ſorte:procul a deo haud dubie abſunt.in iudicibus uero cur beliat filii nuncupantur: niſi ob eorum malignitatẽ: ceterum ut hec omnia õmittamus:in iob illo qui Moyſem anteceſſit ætate:diabolus ſcribitur deo coram aſtitiſſe: poſtulaſſeq; aduerſus iob poteſtaem

ut grauiſſimis hūc obduceret plagis.& ꝓmū q̄dē ut omī eius facul tate deperdita:oppreſſiſq; liberis: elefantino demum: diro quodā & teterrimo morbo huius corpus omne afficeret. Pretereo que ex euangelio conſtāt de diabolo dicta: qui & ſaluatorē temptauerit: ne a recentioribus uidear ſcriptis producere:que aduerſus Celſum queruntur.& his quidem que de Iob poſtremo traduntur:ubi do minus Iob de turbine & nube affatus eſt: cuiuſmodi ſunt ī eius li bro conſcripta:in quo non pauca de dracone expreſſa comprehen di poſſunt:nil ſecus & de his dixerim: que ex ezechiele habentur: perinde de faraone & nabuchodonoſor & tyri pricipe dicta:uel ex Eſaia:ī quo rex babilonius deploratur: cuius ex dictis de nequitia q̄multa quis poteſt perdiſcere: unde nam principiū habuerit illa & ortum:& quemadmodū a q̄buſdam e celo labentibus: luciferū illum indidem delapſum ſectatis: neq̄tia hec ipſa defluxerit. non enī fieri poteſt ut æque ſe habeat accidēs bonum atq; id quod de ſe & natura ſubſtiterit:& quod ſuo ex ortu ingenitam habeat bo nitatem.id ſiquidem bonū ei: ut ita dixerim: qui panē uiuum in ſui tutellam ſuſceperit:nunq̄ extinguitur.ꝙ ſi cui forſitā extingua tur:iccirco forte illud acciderit:quia ī uino hoc paneq; & uera poti one ſumendo:negligentior fuerit: e quibus fote & irrigate ad uoli tandū ale parantur.& iuxta Salomonem de uero diuite differentē non ſibi preparat alas ut aquila: ut in domo domini ſui uerſetur: oportuit nanq; ut is quem minime preteriret ad aliorum utilitatē deum uel nequioribus uti:uel ad uniuerſorum ſtabilimētum hos ipſos conſtituat: qui ea nequitia ſint:& ad uirtutis certamē cūctis expoſitos eſſe nihil ignoret: q & malint legitime decertare:ut uir tutem ſic aſſequantur:ut tanq̄ aurum in fornace ex iſtorum nequi tia probarentur:adniterenturq; nequid adulterinum ad racionalē eorum naturam admitterent: digniores uiſi: qui ad diuinitatem aſcendant:& per uerbum ipſum ad celſiſſimam illam aſſumantur beatitudinem:perinde bonorum omnium arcem.enim uero qui ſathan hebraice nuncupatur:& a nonnullis ornatus gratia ſatanas dicitur:ingræcam linguam traductus ſatan denominatꝰ:quicunq;

que utiq; unigenitus dei erat & omnis primogenitus creaturæ: q dicit ego ſum ueritas & ego ſum uita & ego ſum porta: & ego ſum uia: & ego ſum panis uiuus qui de celo deſcendi: de hac ipſa deq; eius ſubſtantia aliter eſt q̃ de homine ſecundū Ieſum iam cogni to differendum. Quocirca neq; qui ſimpliciores admodū fuerint chriſtiani homines uel plane ineruditi. & diſciplinarum ex ptes quibus res perſpicatius conquirantur: ueritatem dixerint morte affectam: uel uitam: uel uiam: uel panem uiuum celitus deſcendē tem: uel ipſam reſurrectionem mortem obiſſe: ſiquidem reſurrec tionem ſe eſſe affirmat: q in apparente ſecundum Ieſum homnē: illud docuerit: ego ſum reſurrectio: ſed nemo noſtrū tam deſipit: ut uitam inqat morte ſublatam. uel reſurrectionem ipſam demor tuam: ſuccederet enim hoc pacto quod Celſus conceſſerat: ſi pphe tas predixiſſe nos fateremur deum moriturum quandoq;: qui uer bum ſit: ſiue ueritatem: ſiue & uitam: ſiue reſurrectionē ipſam: ſiue aliud quidpiam: quod eſſe ſe filius dei profiteret̃: ſed eſt in eo dū taxat ueridicus Celſus quod ita intulerat. Non enim id prophete predicerent: quippe quod prauū eſt & nefarium: quid ſit autem il lud ſi queras: nimirum ut obſtringatur ſeruitute deus: uel mortē ut obeat quandoq; futurum. dignum autem deo fuerat quod eſt a prophetis predictū: ut diuine nature ſplendor & quedam figu ra: in ſacra Ieſu anima illa humanum in corpus admiſſa: ad uitam ſimul propterea aduentaret: ut doctrinam diſſeminaret deo conci liantem: q eius animo illam conplecteretur excoleretq;: & utcūq; liceret exequeretur: & q̃uis deus ipſe & uerbum: corpore humano & anima in mundo eſſet tunc affuturus: haud tamen interclude batur hoc corpore ſplendor ille hoc pacto: ut non & alibi eſſe aſ ſeueretur: id eſt uerbum ipſum quod ſplendoris id prebeat. Que igitur circa deum ſunt geſta quia diuinitus facta fuiſſe īnotuerūt ſanctiora proculdubio ſunt: nec plane impugnant quod de diui nitate ſentitur. Quia uero homo is erat homine quocunq; orna tior: ob eius ſummam: cum uerbi per ſe conſtantis participatio nem: tum per ſe ſapiētie: tulit ut ſapiens atq; perfectus: q̃ ut ferret

erat neceſſe:qui humani generis gratia omnia factitaret.& ſane ni hil abſurdum: hominē fuiſſe morte affectum: & eius mortem nō ſolum fuiſſe in exemplū expoſitam: ut ꝓ optimo cultu & pietate ſit moriendum: ſed ut initium fieret & plane ꝓfectus quidem ad diabolum nequiorē illum & īprobum deperdendū: q terram om nē depaſceret: cuius perditionis hi ſunt argumēto: qui ubiq; ter raꝶ demones iſtos defugiunt:q ſe antea occupaſſent: & ut ab iſto rum ſeruitute ſe uendicēt:deo ſe totos addicunt:ut quo ad eis licu erit:puriori in dies erga hunc ſe ſe exhibeant pietate.infert deinde huiuſmodi Celſus. Sed illud haudquaq̄ iterato recordabunt ꝗ ubi dei:qui iudeorum ſit:p̄dixerunt prophete: Ieſum ipſum filiū fore:quēadmodum & is tulerit deus p Moyſem leges: ut opibus & potentia habundarent iudei:& omnes replerēt terras:& ad unū hoſtes internitione occiderent.Quod utiq; iudeis ſpectātibus(ut Moyſes inquit)patrarit:& ad hec: ſi minus paruerint factuꝶ ſe cō minetur:ut paſſim hoſtilia patiantur. At filius eius nazoreus ho mo contrarias conſtituerit leges: nullum ei affirmans ad patrem iter patere:qui uel diuitiis affluat:uel appetat principatum: uel ſa pientiam ſibi aut gloriam uendicet:de cibo uero & penu non aliā eſſe curam habendam ac cornices habeant. indumētorum inſup: longe minorem q̄ lilia: eiq; qui ſemel percuſſerit:rurſum ut uapu let:ſe ſe ut permittat iniungit: uter iſtorum: Moyſes ne an Ieſus mentitur? an qui hunc miſerit pater oblitus eſt quemadmodū ſit Moyſem ipſum affatus? an propriis forte legibns improbatis pe nitentia ducitur:& nuntium ad aduerſarios mittit? ſed in his Cel ſus qui cuncta noſſe ſe iactat:re quidem omnino afficitur:qua nec imperitiſſimus quiſpiam in ſcriptura decernendis ſententiis affice retur:cum in lege & prophetis:nil dictum eſſe his profundius pu tet:que iuxta litteram exprimuntur.Cum plane ignoret non per ſpicue adeo Ieſum uerbum: recte uiuentibus: corporales diuitias promiſiſſe:cum oſtendantur uel qui iuſtitia claruiſſent:in ſumma paupertate uitam duxiſſe. prophete igitur & quia uitam egerint puriorē:ſpiritus ſancti capaciores effecti: circumierunt in melotis

ein pllibus caprinis: egentes afflicti: in ſolitudinibus errantes: & montibus & ſpeluncis.in foraminibus terre.multe enim ſunt iuxta Dauid tribulationes iuſtorum. φ ſi Celſus Moyſem plegiſſet: par utiq; foret ut dictum illud ad eum habitum qui legem ſeruaret qui commodat gentibus multis tu aũt nõ commodaberis:tale eſſe exiſtimaret:ut ex ꝓmiſſione iuſto id diceretur:eo ſcilicet magnitudinis progreſſas eſſe cecas diuitias: ut pro ingenti pecuniaꝝ copia:nõ ſolum iudeis iuſtus aliquis comodaret ſed aliis multis: ne uni cuiq̃ uel alteri dixerim nationi: quantum ergo pecuniarũ in iuſtitiæ premium ex lege acceperit iuſtus: gentibus multis ut commodet: fuerit autem ſententie huic cõſentaneum: ut quis animo capiat: nunq̃ qui iuſtior ſit alicunde aliquid mutuari: quãdo quidem id litteris proditur:tu autem non comodaberis. ea gens igitur in diuino iuxa Moyſem cultu: tam multos annos permanſit:cum alioquin iuxta Celſum aperte ſpectaret: qui legem condiderat mentientem:non enim quis legitur eo unq̃ diuitiarum prouectus: ut multis gentibus commodaret: haud tamẽ credibile eſt ut qui in interpretanda lege:ut Celſo uidetur:ita fuiſſent inſtructi & legis promiſſiones liquido falſas eſſe uiderent: ut pro lege tutãda tantopere decertarent.φ ſi prauiora populi olim facinora litteris cõmendata: in argumentum ille produxerit: quemadmodum legem hi contempſiſſent: & forte iccirco: quia illam damnauerit: cum perinde que diceret mentiret᷑:erit ei ſic reſpondendum.Sunt ſane & tempora ipſa neceſſario perlegenda quibus populus uniuerſus deſcribitur:ubi in dei conſpectu nequiora patraſſet: ad meliora hunc & diuinum ex lege cultum poſtmodum diuertiſſe.qui etiam & ſi lex ipſa imperium iſtis pollicebatur: dominaberis inq̃ens in gentes multas:tibi uero dominabitur nemo:& nihil p hec profuudius ſignificetur: liquido patet quemadmodum longe aliter ac ſe habeant populus iſte legis promiſſiones interpetret᷑: corrupte etiam profert dictiones nonnullas Celſus: & praue in eius ſententiam capit:que plane demonſtrant terras omnes per hebraicum ſemen repletũ iri:qđ ſane quo ad hiſtoriã ipſam:denũtiante:

ut ita dixerim: deo: effectum eſt: & poſt Ieſu aduentum: in quo benedictionem ille nobis eſt impartitus. ad illud uero quod in ꝓ miſſione iudeis fuerit denuntiatum: ut hoſtes occideret: dicendū. ꝙ ſi quis enumerando diligentius colligat in his que traduntur: & accuratius ea aduertat: comperturus eſt plane fieri non poſſe ut ita accipiantur: quemadmodum Celſus predixerat. ſed ſat in preſentia fuerit ex pſalmis producere: quo pacto iuſtus loquēs intro ducatur. ubi poſt alia pleraqꝫ illud ſic inquiat. in matutino interfi ciebam omnes peccatores terre ut diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. attende id dictum & dicentis affec tum: & utrum potuerit res optime geſtas prius is explicare: que uolenti cuiqꝫ legere: expoſita ſunt: deinde inducere quod poterat dici uti interdiu non alio tempore: niſi matutino: terre peccatoreſ ita diſperderet: ut iſtorum ne unum quidem ſuperſtitem reliquū faceret: utqꝫ ex hieruſalem uniuerſos hic homines ſubſtuliſſet: qui praua eſſent facinora operati. q̄multa huiuſmodi in lege compere ris. Subiungit Celſus & illis fuiſſe predictum: ut legi minus ob temperantibus: eadem ſe illa paſſuros quibus & hoſtes iam affeciſ ſent: & priuſq̄ aliquid is iſte adiecerit deſumet forte & que putat ex chriſti doctrina legi eſſe contraria. uerum de his que Celſus ꝑ dixit ſic diſſeremus. enimuero legem ipſi duplicem eſſe fatemur: alteram que dicto conſtet: alteram que ſenſu & intellectu: ut maio res noſtri prodiderunt nōnulli: & ea qdem q̄ dicto conſtat non ꝑ nos tm̄ ſed ꝑ quempiam etiam ex ꝓphetis deo loquēte dicta eſt: iuſtificatio eſſe nō recta: & mandata nō bona: que uero mente cō ſtat & intellectu iuxta eundem illum prophetam ex dei perſona: & iuſtificatio eſſe bona aſſeritur: & rectiora mandata preferre: non enim aperte contraria eadem in re propheta protulerit: in qua ſub ſequenter & paulus litteram quidem dixit occidere: quod utiqꝫ le gem que dicto cōſtat: exæquat: ſpiritum uero uiuificare: quod in eodem eſt captu atqꝫ ſententia: qua & lex ipſa: quam ſenſu conſta re & intellectu iam diximus. Licet itaqꝫ par aliquid his apud pau lum inueniri: que ſecundum ꝓphetam contraria eſſe exiſtimant:

nam ut alibi Ezechiel inquit & ego dedi eis precepta non bona & iudicia in quibus non uiuent: ſiue huiuſmodi alia :ita & Paulus: ubi legis libet litteram carpere:inquit.ꝙ ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria:ita ut non poſſent intẽdere filii iſrael ĩ faciem Moyſi ꝓpter gloriam uultus eius que euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? ubi uero legem demiratur & ſuſcipit:ſpiritalẽ hanc dicit. ſic inquiens:ſcimus aũt ꝙ lex ſpiritalis eſt: & in hoc qdem admittit ꝙ lex ſanctior ſit:& iuſtum pceptum & bonum.Sic igit legis dictio iuſtis diuitias pollicet: Celſus qdem iuxta occidentem litterã cecas diuitias putet ĩpromiſſione illa denũtiari:nos uero cõtra: eũ dixerimus q pſpicacius contẽplet: uti in omni uerbo diteſcat: & omni ſcientia. & eos cõmoneſacimus: q ĩn pſenti hoc ſeculo diuitiis affluũt ſublime ne ſapiãt:nec ſupcilio efferant:nec ĩ incerto diuitiaꝶ ſpem ponãt:ſed in deo uiuo: q pſtat nobis oĩa abũde ad fruendum:nec ſecus & bene agere:diuites fieri in opibus bonis facile cõmunicare hortamur: ſiqdem in ueris diuitiis opulentia: humanã animam ꝑ Solomonis ſententia redimit.huic uero contraria paupertas exitialis eſt:ꝑ quã paup calumniã patit: haud ſecus ac fuit de diuitiis explicatũ de eaꝶ ui & robore dicendũ eſt: ex his nanq̧ iuſtus aliquis unus:mille aſſerit pſequi:& duo milia:decẽ fugare. ꝙ ſi hec uel in his q̃ ad diuitias attinent ſic capiunt:aduerte ut & conſentaneũ & ſubſequens ſit diuinæ ꝓmiſſioni: ut qui in omni uerbo & ſcientia abundauerit: & ſapientia quauis & omni in opere bono affluxerit:ex hiſce diuitiis impartiatur & comodet que ſecundum uerbi doctrinam ſapientiamq̧ & ſcientiam conſtet. gentibus multis:ut paulus commodauit.qui ab hieruſalem ad uſq̧ illiricum gentidus predicando: chriſti euagelium adimpleuit. Sed quoniam p reuelationẽ diuina illi innotuerunt. ut cuius anima ex uerbi eſſet diuinitate illuſtrior reddita: & plane illuminata:idcirco non ipſe aliunde mutuabatur:nec erat neceſſe ut mortalis qſpiam uerba ſibi ſumminiſtraret.ſic item & iuxta illud quod ſcriptũ eſt dominaberis nationibus plurimis & tui nemo domiabit.

ex uerbi potentia Paulus cristi Ieſu ſubiiciens diſciplinæ:q̄ ex gen tibus eſſent:& in hos plane domiabat̃:ut q nuſq̄ ſe ſe hominibuſ ſubieciſſent:ut ſe potioribus.ſic eni & terrā implebat. ꝙ ſi quēad modum iuſtus occidat:ſit explicandū: & huius robur ad oia uale at:dicendū ꝙ q in matutino inquit peccatores terræ omnes inter ficiebam: ut diſperderē de ciuitate domini omnes operantes iniq tatem: terram qdem tropice carnem expreſſit: cuius ſapientia ini micitia eſt apud deū:dei uero ciuitatē:ſuimet animā dixit:i q̄ tem plum inerat dei:cum optime de deo ſentiret: quod utiq; obſtupe ſceret uniuerſi qui id demū contēplarent̃. ſimul igit̃ & ſolis iuſti tie affulgentibus radiis:ut ex his ualidior redditus: & cōfirmatus omnē carnis ſubſtulerat ſapientiā.q̄ utiq; terræ peccatores ꝓferret: & idētidē diceret̃:diſperdet iniqtatis oēs operatores:cogitationes uidelicet: & adinuentiones ueritati infenſas:ſic itē & iuſti:ex hoſti bus & uitiis ꝓdeūtē capturā: hoc eſt quos uiuos ceperint omnes deperdent:ut ne infanſ quidē:ideſt recens obortū aliqđ malū:reli quum fiat.nos uero e pſalmo quodā ſic illud accepimus:filia babi lonis miſera:beatus q retribuet tibi retributionem tuā: quā retri buiſti nobis.beatus q tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. paruuli enim babilonis: que cōfuſio interꝓtat̃:nup enati & pulu lantes:in anima ſunt cogitatus qdam cōfuſiores:a uitiis ꝓdeūteſ: quos qui ita tenuerit atq; ꝑuicerit: ut diuinæ doctrinæ firmitate iſtoꝝ capita conterat ꝑfecto petre illiſurus eſt babilonie ꝑuulos: ut inde beatior demum euadat.ſine ullo itaq; ætetis diſcrimine:& ad unum omnia: que uitiorum & nequitiæ ſunt: diſperdenda in iunxerit deus: quippe qui nihil nos doceat:quod his aduerſetur: que Ieſus denūtiarit:iudeis inſuper uel ſcientibus ipſis uel neſciiſ: cum inimicorum:tum uitiorum:ex ipſa prodeuntium prauitate: īternitionē hic fecerit: nec ſecus & eos qui legi minus paruerit:nec eius uerbo:hoſtium loco eſt habiturus.quandoquidem uitiis di ſtenti & impinguati:ea perpeſſi ſint: que pati par fuerit: qui a dei uerbis deſciuerint: at alioqn ex his utiq; liquet:ut Ieſus nazareus homo haudquaq̄ aduerſus ea quippiam ſanxerit: que de diuitiis

& ob has ipſas intumeſcentibus: tradidiſſet: quẽadmodũ difficile ſit diuitẽ celeſte regnum ĩgredi poſſe: ſiue qs diuitem ſimpliciter capiat: qui diuitiis diſtrahat̃: & harꝶ pinde ſentibus ĩpediat̃: quo minus uerbi referat fructus: ſiue q ſit falſis dogmatibus opulẽtuſ. de quo in parabolis ſcribit̃: melior eſt pauper iuſtus q̃ diues men dax. ſed par utiq; eſſet: ut ex eo qđ in euangelio tradit̃: q uult eſſe inter uos primus: omniũ ſit miniſter: & principes gentiũ dñãt̃ eorꝶ: & q poteſtatem hñt in eis benefici uocant̃: id ceperit Celſuſ: cur pncipatus ꝓhibeat appetetiã Ieſus: quod utiq; eius dicti nil fuerit abſimile: dominaberis tu nationibus plurimis: tui dñabit̃ nemo & pcipue earꝶ rerꝶ decauſa: q̃s alias ſup his explicauimus. adiecit pterea Celſus nõnulla: exiſtimans Ieſum edocuiſſe: eius pa trem nõ eſſe p ſapientẽ quempiã adeundũ. ſed q̃ nam hũc dixerit ſapientia ſapientẽ: ſi mundi: q̃ effertur: & apud deũ ſtulticia eſt: hauddubie & nos affirmabimus p eã nõ poſſe patrem adiri: at ſi iuxta Ieſum ſapiẽtẽ qs intellexerit: quãdoquidem Ieſus dei cũ uir tus: tũ ſapientia ſit: nõ modo ſapienti hoc pacto libetũ patere ad patrẽ acceſſum dixerimus: ſed ab his etiam q non huiuſmodi ſint magno ĩteruallo differre: q eo ſit munere pditus: qđ uerbũ ſapien tie nũcupat̃. & p ſpiritũ tradit̃: q netiam & gloriã eſſe apud hoĩes uendicandã quoq̃ pacto humanã: nõ mõ Ieſu doctrina dicimus ꝓhiberi: ſed & ueteribus ſcriptis. ſiqdem ꝓpheta qdam ſi obnox ius peccatis fuerit ꝓ ingenti inqat malo humanam ſibi cõtingere laudem: & hãc deteſtando ſic ait. domine deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniqtas in mãibus meis: ſi reddidi retribuentibus mihi mala decidã merito ab inimicis meis inanis: pſequat̃ inimicus animã meã & cõprehendat & cõculcet in terra uitã & gloriã meam in pul uerẽ deducat: & euangelii illud: nolite cogitare qd mãducetis aut quid bibatis: uidete uolatilia celi: qm̃ non ſerunt nec metunt & pa ter ueſter celeſtis paſcit illa: quanto magis uos pluris eſtis illis: & de ueſtimento quid ſolliciti eſtis: cõſiderate lilia agri: & huiuſmo di cetera: q̃ legis benedictionibus contraria ſunt: illud nos inſtru entibus: iuſtum comedendo impleri. nec ſecus & Solomonis his

dictis. iuſtus manducans animã implet. anime uero impiorũ; ege ne. eſt aũt animæ cibus is cõtemplandus q ex legis benedictione pfert᷑:quo non cõpoſitus homo:ſed anima dũtaxat ipa expletur: ex euangelio autem uel pfundius quippiam intelligi dat᷑:ul᷑ forte ſimplicius:ꝙ nequaq̃ debeat animus ul᷑ ciborum ue ueſtium curiſ alienari & diſtrahi: ſed in uilioribus quibuſdã exercitus pſuaſum habere: a deo ſibi qñq; puiſum iri. ſi modo is ea ſolũ curauerit q̃ ad uite fecerint neceſſitatẽ. Celſus itaq; neq; ea pducens q̃ ex lege ſunt uiſa:dictis euangelicis aduerſari: & illud ſic intulit:qui enim ſemel iã uapulauerit iterato ut uapulet ſe ſe oblaturus eſt: nos ue ro eius dicti fatebimur chriſtianos eſſe nõ neſcios: oculũ p oculo & dentẽ p dẽte a maioribus pdi: & hec Ieſu dicta q̃ mox inſequẽ tur legiſſe: ſiquis aũt te pcuſſerit ĩ dexterã maxillã tuã: prebe ei & alterã. Celſus uero:ubi: ut arbitror: ex eorũ diſtinctione offuſus: qui iuxta euangeliũ ipſum: diuinitatẽ ab ea diuinitate diſiungũt: q̃ iuxta legẽ uidet᷑ cõſtare:hec ptulit:eius dictis ſic duxerĩ reſpon dendũ:uel illud optime uetus teſtamẽtũ pcaluiſſe: ꝙ ſi quis ĩ dex terã te maxillã pcuſſerit: ut alterã porrigas.ſiquid̃ in hieremiæ la mẽtationibus ſcribit᷑. bonũ eſt uiro cum portauerit iugũ ab ado loſcentia ſua: ſedebit ſolitarius & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.po net in puluere os ſuum: ſi forte eſt ſpes:dabit pcuciẽti ſe maxillã: ſaturabit᷑ obprobriis: nõ enim dei euangeliũ: legi ut ille inquit: obſtiterit:nec in eo quidẽ qd̃ de capitis tradit᷑ percuſſione:& ſane neuter horũ mẽtit᷑:nec Moyſes inq̃ nec Ieſus:nec p̃terea pater ipſe qui Ieſum legauerit oblitus eſt q̃lia Moyſi demãdaſſet:nec ueluti ſuis legibus ĩprobatis.facti eum penituit:uel nuntium ad aduerſa rios mittit. ꝙ ſi uel pauca ſint de uitæ diuerſitate dicenda: quam & iudei ſecundum Moyſi legem tunc ducerent: & quã uellẽt chri ſtiani iuxta Ieſu doctrinam rectius agere: dicturi pfecto ſumus: nec cõſentaneũ gentiũ uocationi fuiſſe ut ex Moyſi lege:& exteri orẽ ad lr̃am uiuerent:qñquidẽ ſub romonorũ ĩperio eſſent:nec fie ri poterat ut & iudei ĩcorruptibilẽ illũ haberẽt uiuẽdi ſtatũ quẽ olĩ hũerant ſi:ut ita dixerĩ:uite q̃ ex euãgelio cõſtat obtemperaſſent.

ſiqdem hoſtium internitionem illã: & eoꝝ pnitiem: q uel legem tranſgrederent̃: uel alias utcũq; & merito eſſent morti adiudicati: q̃ utiq; aut igne eſſet ex moſaica lege aut lapidibus exequẽda: chriſtiani exercere ꝑ euangelicis ĩſtitutis minime potuiſſent: qñ neq; id qdẽ iudeis ipſis: ſi forſitã libuiſſet: eoꝝ ex lege facere ĩpoſteꝝ licuiſſet. rurſum uero ſi a iudeis ꝓpriũ illũ uitæ ſtatũ ſuſtuleris: cũ & illis fas eſſet ad hoſtes egredi: & ꝑ patriis rebus tutandis militiam exercere: & utcũq; e medio tollere adulteroſ ĩpoſ & homicidas: ſiue q huiuſmodi facinus cõmiſiſſent: excruciare: nil tandẽ reſtaret niſi ut funditus oẽs in unũ congeſti: ſimul depderent̃: qñqdem ſe inuadentibus hoſtibus pinde ac eneruatos & ſua ex lege imbeccilliores iã redditos: pmiſſum haudq̃q̃ fuiſſet diuinæ ꝓuidentiæ interdicto: q̃ olim legẽ tuliſſet: illatas ab hoſte ut iniurias uindicarent: nec chriſti Ieſu euangelio: decetero pmittente: iudeoꝝ ut reſpublica ſupeſſet. ũde iſtoꝝ & ſublata ciuitas eſt & templũ euerſũ: & diuinus inſup cultus: q eo in tẽplo ſacrificiis peragebat̃: iã penitus obſoleuit: & quẽadmodũ hec ne ĩpoſteꝝ fierent diuina ꝓuidẽtia ꝑ arbitrio ſuſtulit: ita & chriſtianoꝝ res auxit: & habunde in dies accumulat: qn & fiduciam his aptiorẽ iniecit: tam&ſi q̃multis Ieſu doctrina uideat̃ impedimentis intercipi: ne p terraꝝ orbem diſſeminet̃. ſed cũ deus is eſſet cui placeret: ut ex Ieſu hac diſciplina: uel ex gẽtibus multi ꝓficerent. ſublatũ eſt omne initũ in chrſtianos conſiliũ: ita ut quo plurimũ reges ipſi & principes eos deprimerent: eo magis & multiplicarent̃ & inualeſcerent. poſt hec Celſus q̃multis explicans que ipſi nuſq̃ protulimus: perinde ac tamẽ ea nos protulerimus introducit: quemadmodum ſcilicet corporeus natura ſit deus: & corpus ſit ſortitus humanum: & ea nitit̃ cõfutare que per nos non uſpiam producuntur. ſed erit ſane ſuperuacaneum: ut cuiuſmodi ea ſint: uel quibus hec refutet is argumentis nunc explicemus: ſi enim de deo ea nos fateremur que & fateri nos ille affirmat: & affirmando inſiſtit: eſſent profecto huius nobis & dicta neceſſario depromenda: & nr̃a deinceps cõſtituẽda: & diſſoluenda que ille obiiceret: & an pro ſe facerent explicãdum:

que uel a nemine audiuit: uel ſi audiſſe forſitan concedatur: a ſim plicioribus tamen quibuſdam acceperit: & infide nil obfirmatis: uel Ieſu ignorantibus uoluntatem. uerumtamen haudquaq̄ erūt per nos conquirenda que minus ſunt neceſſaria: quandoquidem ſacre littere deum apertius incorporeum dicunt: & iccirco hūc neminem unq̄ uidiſſe. quin & imago is dicitur inuiſibilis dei ut incorporei:qui omnis ſit primogenitus creaturæ. De deo autem ſuperius diſſerendo:mediocriter quedam complexi ſumus:cū illud conquireremus:quo pacto deus:ut ſpiritus eſſet intelligendus:& qui hunc adorarent in ſpiritu & ueritate ut adorent neceſſe ſit. In his prererea que de deo hic intulit: noſtra carpendo: interrogat: quo nam abituri tandem nos ſimus:quid ue habeamus & ſpei? & perinde nobis ad hec reſpondentibus:uoces ſubiūgit huiuſmodi: ad terram aliam hac potiorem abituri aliquādo nos ſumus: & ad id quidem ſic inquit. Memoriæ proditum eſt a priſcis illis & diuinis hominibus uitam fore fæliciorem fælicibus animis:nam hi q̄dem ad inſulas beatorum: illi uero ad Eliſios campos ſunt profecturi: & ut inquit homerus: te autem ad Eliſium campum & terrarum fines immortales dimiſſuri ſunt dii:ubi uita perfacilis futura eſt. plato uero immortalem eſſe animam ducens: eum ad quē illa locū tranſmittit͛: terram apertius nūcupauit. ꝑmagnū aliqd eſſe id inqens:cꝑ a faſide ad herculis uſq; columnas ꝑexiguā mundi ꝑtem nos incolamus:nec ſecus ac circa paluſtria loca formice:uel rane circa maritima:ſiue utcunq; huiuſmodi alias regiones īhabitāt animātes. eſſe nanq; ubiq; ferūt concauitates pleraſq; & uarias:tā ideis q̄ magnitudine: in easq; & aquam & caliginem confluxiſſe & aerē:ipſam uero terrā: ut purā:ita & puriori celo ſuccūbere. putat aūt nos Celſus q̄ de terra alia q̄dam potiore:& ab hac longe diuerſa:aſſerimus:ab his accepiſſe:quos ipſe & diuinos quoſdam & priſcos duxerit uiros. & a platone precipue qui in phedone de pura hac terra ut celo puriori ſuccumbat ſit tādem philoſophatus: cum nihil interea uideat: quemadmodum Moyſes:qui uel græcarum tempa litteraꝝ lōge plurimū ætate ꝓceſſit:deū īduxerit:terrā

quandam & ſanctiorem & optimam lateq; patentem: lacteq; item ac melle fluenté & uberé: his polliceri: q ꝓ eius lege duxerint uitã: non ut quidam exiſtimant optimam dixit inferiorem iudeam: q̃ in terris hiſce ſit ſita: & íter cetera adam opera a principio ꝑuaricã tis: diuino ſit maledicto affecta: illud nãq; maledicta terra í opere tuo: in laboribus comedes ex ea oíbus diebus uite tuæ: de quauis terra cõſtat eſſe ꝓnuntiatũ. uel í laboribus dixeris humanũ genuſ æſurum: qa ſimul cũ adam & morit̃: & cunctis uitæ ſue diebus ſic ueſcitur. & terra oís ut deteſtabilis reddita illi & ſentes & tribulos germinãdo ſit allatura. q quoaduixerit in adam fuerit e paradiſo eiectus: ita ut in ſui uultus ſudore quiuis hoím pane ſuo tam diu ueſcatur: quoad demum reuertatur in terram: de qua ſit ipſe de ſumptus. Sed longiorem profecto orationem exigerent: que dici hoc loco poſſent: ad ea que diximus clarius explicanda: paucis ta men erimus inpreſentiarum contenti. cum in animo ſit: ea ſollici tudine liberare: qui putent de terra iudea hec dici: que de optima terra feruntur: quam deus iuſtis polliceatur. Si igitur terra omnis in adam ſit maledictione affecta: liquet ſane huius & terre partes maledictionis eſſe huiuſce participes: quas inter & iudea cõnume ratur. Fit itaq; ut nequeat terre huic conuenire quod legitur: in ter ram bonam & late patentem lacte melleq; fluentem: tam&ſi ſym bolice umbra quedam cum iudea: tum hieruſalem eſſe arguitur: terræ purioris illius & puro ſubiecte celo: & optimæ & late paten tis. in qua & hieruſalem íeſt illa celeſtis: de qua apoſtolus diſſerés: perinde cum chriſto ſimul hec reſurrexerit: & ſuperna illa conqui rens: montem ſit nacta a iudaica fabula minime dependentem: ſic inquit. Sed acceſſiſtis ad ſyon montem & ciuitatem dei uiuentis hieruſalem celeſtem & multorum milium angelorum frequentiã. ut autem ſibi perſuadeat quiſq;: nihil nos preter ſpiritus uolunta tem de terra hac apud Moyſem & bona & multa diſſeruiſſe: ítẽdat ꝓphetis animũ edocentibus: omnes í hieruſalé aliquando tãdem redituros: q ex ea uel aberrarít uel forte exciderít: & uti eum in lo cum ſint reſtituti: q dei ciuitas apud tradẽtẽ huiuſmodi nũcupet̃.

In pace ſancta locus eius: & illud preterea differentem. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſanc to eius. Fundatur exultatione uniuerſe terræ. Sed ſat in preſentia fuerit: quod in alio pſalmo de terra iuſtorꝝ ſic tradit̃ produxiſſe: Suſtinentes autem dominum ipſi hereditabunt terram. & paulo poſt humiles aũt hereditabũt terrã. & alibi. iuſti hereditabũt terrã & habitabũt inſeculũ ſeculi ſup eã: aduerte aũt ex eo ꝙ purior ter ra puriore inſideat celo: his plane denũtiari: q ea q̃ in eodẽ pſalmo dicunt̃ pcipere querint. ſuſtine dominũ & cuſtodi uias eius: & ex altabit te ut hereditate capias terrã. nobis uero uidet̃: q̃ de lapidi bus hiſce: qui pcioſi apud mortales habent̃: plato differuit: ab his hũc accepiſſe q in eſaia cũ de ciuitate dei ſit mẽtio: ſic deſcribuut̃. ponã ppugnacula tua iaſpidem: & lapides tuos lapides chriſtalli: & circuitũ tuũ lapides electos. & rurſum. ponã fundamenta tua ſa phirum. apud platonẽ uero q fabulã allegorice interptant̃: & ele gantius uident̃ philoſophi dicta excipere: huiuſmodi narrant. p phetias uero a qbus Platonẽ accepiſſe illa nos arbitramur: q haud ſecus ac pphete & diuinitus uixerint: & omne tempus ſacris litte ris ſcrutandis addixerint: illis aperuerunt q & uitæ integritate & ſtudio pdiſcendi q̃ dei ſunt: aptiores ſunt uiſi. nobis uero propoſi tum erat oſtendere q̃ de ſanctiore hac terra iã cõſtant: haudquaq̃ a Platone nos deſumpſiſſe: ſed platonẽ ipſum: & tunc tẽporis ho mines: ut plane poſteriores: nõ ſolũ a Moyſe antiqſſimo illo: ſed a pphetis aliis pleriſq; & ſub ſequẽtibus accepiſſe: q huiuſmodi p tuliſſent: ſiue his demõſtrantibus: hec audiſſent: ſiue ſacras litteras plegendo didicerit: ita ut de terra hac potiore dũ ſcriberẽt: rem ſe riã deprauarint. Angeus enĩ ppheta ille aptius patefacit: aliud q dem aridã eſſe aliud terrã pferre: aridã nuncupãs: in q̃ ipſi conſiſti mus. ſic enĩ inqt. adhuc ſemel & ego concutiã celum & terram: & aridã & mare. quẽadmodũ igitur phedonem Celſus: apud plato nem impoſitã fabualam introducit narrantem huiuſmodi: ſic enĩ Plato: quid aũt ex his ille pretendat haud cuiq; eſt facile cognitu: niſi ei forte qui & intelligere queat quid nam ſit illud quod ait: p

imbecillitate & tarditate nil poſſe ad aeris poſtrema puadere:& ſi natura ipſa ſufficiēs ſit cogitatione cōplecti:ubi ad cōtēplationem intenderit animum:ītelliget & uerum eſſe id celum & ueram lucē: ita & ipſi q̄ de ſanctiori terra & optima: que ue de ciuitate dei ī terra illa iam conſtituta tradunt᷑: quia haudquaq̄ eſſe p̄ſentis operis arbitramur:in ꝓphetarum expoſitione diſtulimus:tam&ſi inpartem ut licuit: de ciuitate hac dei inpſalmoꝝ expoſitione iam diſſeruimus:& ſane priſci illi Moyſes & ꝓphete:ī ſuis inſtructionibus nomina quędam ſimillima eſſe affirmant:ſuperiora illa cū inferioribus hiſce ſortita:cum ueram lucē dicunt & celum:& id aliud eſſe q̄ firmamentum: & iuſtitiæ ſolem alium q̄ ſit ſol iſte ſenſibilis:& ad ſenſibilium deniq̧ differentiam:quorum nihil ſit uerius: deus inquiunt uera ſunt opera tua.cum in aliis quidem dei opera ſtatuant:in aliis & inferioribus que opera manuum ſuarum dicantur. Vnde per Iſaiam quoſdam deus ipſe coarguens inquit: opera domini non reſpiciunt: & opera manuum ſuarum non intelligunt. Sed de his hactenus.de reſurrectione autem cum ad modum multa eſſent dicenda & interpretatu longe plurimum difficilia: ita ut non minus q̄ aliud quoduis dogma precellens ſapiētem hec quēpiam exigat: ut dei & preferat dignitatem: & dogmatis magnitudinē edocentis:quēadmodū ſeminis habenda ſit ratio:quod utiq̧ diuinis in lr̄is animæ tabernaculū uocitat᷑. in quo qui iuſti ſunt grauati ingemiſcunt:ꝙ nolunt expoliari ſed ſuperueſtiri:q̄d ſane cū neſciat Celſus a rudioribus q̄buſdā & nulla ratiōe id affirmantibus ſe accepiſſe: id dictum irridet: ſed optimū fuerit uel ad ea q̄ ſuperius hac ipſa de re diſſeruimus:& id ſolum ſignificaſſe: quēadmodū nō ex animæ uario quodā e corporibus:ad alia corpora demigratu: ut Celſus exiſtimat:p̄inde nō recte acceptū reſurrectiōiſ myſteriū nos cōfirmemus:cū aliter lōge ſe habeat res: quippe qui ſuapte natura īcorporeā & īuiſibilē animam norimus: ubicūq̧ & corporali in loco cōſtiterit :corpore indigere:quod eius loci naturæ conueniat:nec ſecus id corpus cum geſſerit: ut exuat neceſſarium fore. ſuperuacuum tamen: ut ad ſecunda corpora tranſeat

cum autem aliud ei ſuperinduerit corpori quod prius habuerat: & meliore indiget indumento ut in purioribus illis ethereiſq; & celeſtibus locis pmaneat. ubi uero ad humanam hanc anima hec ipſa geniturā aduenerit quoaduſq; geſtantis feminæ in ſecundina pmanſerit: depoſito carneo illo & utili uelamento mox eo induitur: quod ſup terram uicture neceſſariū fuerit. Deinceps cū cōſtet domus tabernaculum terreſtre aliquod eſſe: q̄ tabernaculo ipſi ſit neceſſaria: iccirco deſtrui ſacre littere aſſerūt terreſtrem hanc tabernaculi domū: tabernaculū uero domū nō manufactā: eternam in celis induere: & corruptibile incorruptionem q̄ ab incorrupto differat plurimū: & īmortalitatem mortale quod a mortali ſit alienū. queadmodū enim ad ſapientē ſe ſapientia habet: & ad iuſtū iuſtitia: & pax ad pacificum: ſic itē ſe habet ad īcorruptionē corruptio: & ad mortale: quod ſit īmortale. aduerte autē quā rex ad magnitudinem diuina nos hec doctrina hortet᷑: incorruptionem ſiqdem inqt & īmortalitatem īduite. hec nanq; ueluti amiculum aliquod & indumentū: ei nil quidpiā ſinunt: qui his induat᷑ uel corrūpi uel deperire: quo ſe circūduxerit. & hec quidem eius gratia dixiſſe nunc auſim: q minus intelligat q̄ de reſurrectione dicant᷑: & ea irrideat: que plane ſe fugiant. Cum uero nos iſte exiſtimet ex dei adepta cognitione: q̄ reſurrectionis ſunt predicare: ꝓ arbitrio congerit que ſibi animo inſident: & iſtiuſmodi inquit. ubi uero hi undiq; & coercentur & conuincūtur: haud ſecusac nil audiſſent: iterato ad illud ut querant: iā redeunt. quo igitur pacto: uel cognituri ſumus: uel uiſuri nos deum? uel ad hunc conceſſuri? uolens autem quiſq; intelligat: qnemadmodum & ſi in rebus aliis: quia & corporeo in loco nos ſimus: corpore indigemus: & cuiuſmodi corporei loci natura exegerit: & corpore hoc cum ipſi īdigeamus: ſuperinduimus que diximus corporis tabernaculi eſſe: ad dei uero aſſequēdam cognitionem nihil nobis opus eſt corpore: non enim corporis oculus deum hunc nouerit: ſed mens quedam que utiq; contempletur: quod plane ſit ad conditoris imaginē factum: q̄ ue deū noſcendi uim habeat ex prouidentia dei exceptā.

Et ſane cor eſt purius aliquod quod deum intueatur: & e quo cogitationes praue nulle impoſterum prodeāt:ut homicidia:adulteria impudicitie:furta:falſa teſtimonia:uel uiſus impurior:& abſurdiora nōnulla huiuſmodi: unde & illud edicitur: beati mūdo corde quoniam ipſi deum uidebunt:ſed cū noſtra haudquaq̄ ſat facere queat uoluntas:ut corporis puritatē hanc prorſus adipiſcamur: deo eſt opus:qui nobis illud huiuſmodi paret:quo fit ut per eum qui ſcite precetur:illud dicatur:cor mundū crea in me deus.ſed neq̧ ut loco aliquo circumſcripto manētem deum: rogaturi aliquid ſumus dicturiue: quo pacto queat per nos ipſe adiri: eſt enī deus quouis loco p̄ſtantior:& uniuerſa in ſe circumplectit᷑: & nihil eſt uſpiam quod deum contineat.ad deum itaq̧ ut concedamus: nō corpaliter nobis q̄d inqt iniūgit᷑: poſt dominū deū tuum ambulabis:nec corpore ꝓpheta ipſe deo inherens interprecandum ſic infert:ad heſit anima mea poſt te: mendacii igit᷑ Celſus conuincitur:per nos aſſerens id affirmari:futurum omnino ut corporeis oculis deum intueamur: illiuſq̧ perinde & uocem audiamus & manibus his ſenſibilibus ut hunc attrectemus. nec ſane nos preterit hiſdem nominibus quibus & corporis oculi exprimunt᷑:ſacris in litteris & anime oculos dici:nec ſecus & aures ipſas & manus:& q̄d his eſt utiq̧ mirabilius:ſenſum etiam quendam diuinum:& ab eo diuerſum: qui uulgo ſoleat uſurpari: ubi enim ſubdit propheta: reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua.preceptū domini lucidum illuminās oculos:& illud illumina oculos meos: ne unq̄ obdormiam in morte: nemo erit profecto tam ſtolidus: ut corporis oculis putet diuine legis miranda illa percipi poſſe: uel dei preceptum: corporeos oculos illuminaturꝫ:ul᷑ mortis ſomnum inducere:qui corporeis oculis illabatur:uerum cum ſaluator noſter protulerit qui habet aures audiendi audiat: uel quiuis iſta intelligat:de diuinis quibuſdam auribus dici:cum enim & dei uerbum in manu hieremie prophete uel alterius factum dicatur: uel lex in Moyſi manu:uel manibus meis queſiui deum: & non ſum deceptus:nullus adeo deſipit qui non manus haſce tropice dictas

intelligat: de quibus & iohannes ſic diſſerit: manus noſtre attrec tauerunt de uerbo uite: ꝙ ſi de potiore aliquo ſenſu & minus cor poreo libuerit quicq̄ pdiſcere: Solomonem audi in prouerbiis ſic diſſerentem. ſcientiam dei inuenies: non itaq; nobis qui deum cō quirimus eo fuerit quo Celſus remiſerit concedendum: nec adeun da erūt trifonii & amphiarei & Moyſi loca: ubi ad humanam ſpe tiem uideri hic deos affirmat. nec cōmentitios quoſdam & apparē tes: ſed ueros & plane cōſpicuos. nos uero nil fugit hos demones eſſe: nidoribus & ſanguine fotos & ex ſacrificiis fumo: ita ut uelut carceribus quibuſdam his locis coerceant̃: que ꝓ eorum ſunt cu piditatibus nacti: & diis ſacrata græcorum opinione credunt̃. noſ uero nil ambigendo tenemus deoꝝ hec eſſe fallacium domicilia. deinde pūerſe Celſus de his quos dixerat diis: ſpetiem præ ſe: ut ipſe iam autumat: humanā ferentibus diſſerit: aitq; hos ipſos ſpec tare quempiam p ɔſſe non ſemel illapſos: & uolentes quoſq; affari & ſui pſentiam facere. nec ſecus atq; eum feciſſe chriſtiani affirmāt qui ſe plane feſellerit. & ſane apparet ex his: ueluti umbratilē quā dam hunc & apparētem imaginem Ieſum dixiſſe quia ubi a mor tuis reſurrexit ſit diſcipuliſ uiſus: & tanq̄ pretereundo dilapſus ut ab his uideretur. Quos uero ſub humana ſpetie deos hic dixit: eoſ eſſe exiſtimat: quibuſ enim: uolentibus ſingulis: fiat colloquendi poteſtas. uerum q fieri poterat: ut apparēs aliqua: ut ipſe affirmat: imago ſic preteruecta & repente dilapſa: ut falleret ſpectatores: uel ubi conſpecta ſit: tanta illa & tam mira pegerit: & tantorū homi num ad meliora animos immutarit: & p ſuaſerit demū: ut tanq̄ iudiciū ſubituri: omnia factitarent: que deo eſſent acceptiora: quo inq̄ pacto qui imagine tenus nomen ſit iuxta Celſum ſortitus: uł demones ipſos abegerit: uel alia pleraq; nil contemnēda & fecerit ſedulo & operrtur: non locum unum aliquem nactus: queādmo dum ſui: ſub humana ſpetie dii: ſed uniuerſum orbem puadens: colligat & conſciſcat ad ſui diuinitatem quoſcūq; inuenerit ad uiā rectiorem ꝓcliuiores: exinde ad ea que p nos ſunt: ut licuit: expli cata: rurſum Celſus hec īfert. & hi q̄dem ad huc ſunt illud dicturi:

deum ſe noſſe quē ſenſu non capiant. quid enim poteſt ſine ſenſu perdiſci? moxq; ad hec ipſa reſpōdens ſic īquit. Non enim uel homines uel animæ ſed carnis uox eſt: ſed audiant iſti ſiquid audire forſitan quiuerint: ut timidum & corpori deditum hominum genus: ſi enim ſenſu uos fateamini conniuere & mente reſpicere: carniſq; oculos auertendo: qui animæ ſunt: extuleritis: his ſolum deum contemplaturi uos eſtis: uel ſi anime huius ducem perquiritis: nebulones erunt & magi: & idolorum inductores uitandi: ne omnino ſitis uos irridendi: qui alios quidem quos deos eſſe oſtēdimus maledictis ut idola in ſectamini: & eum qui idolis ipſis eſt lōge miſerior: ſed ne idolum quidem: & alias mortuum colitis: & patrem queritis: huius perſimilem. imprimis quidem ad ea que hic falſo confinxit: quippe qui nobis haudſecus dicenda quedam imponit ac ea dixerimus: de carnis reſurrectione ducimus reſpondendum: ei nanq; qui perſonam loquentem inducit: in laudem cedit: ſi conficte perſone cum mentem obſeruat tum mores. Vitio autem datur ſi uerba loquentis dignitati nil congruentia promat. quinetiam æque erunt coarguendi: qui ubi perſonas inducunt loquentes: barbaris & ineruditis quibuſdam & plane ſeruilibus: & qui philoſophorum non modo dicta nuſq̄ perceperint: ſed hos potius improbent: nature rationes explicandas imponunt: quas &ſi ipſi ut fictores didicerint: haud tamen par fuerit ut ficta perſona & rudior aliqua eas pernoſcat: & contra: ſi ſapientes introducātur qui & diuina percalleant: his ea iniungant dicenda: que ex imperitiori animi quodam affectu: a rudioribus depromantur: & inſcite pronuntientur. Vnde homerus: &ſicetera admiratione dignus uidetur: tunc tamen precipue: cum heroum dignitatem ſeruarit: quos a principio introduxiſſet loquētes: ut neſtorem: ulixem: diomedem: agamēnonem: tilemachum: penelopemq;: & huiuſmodi græcorum ceteros pricipes. Euripides uero ab ariſtophane carpitur & irridetur: quia intempeſtiue quedam protulerit: & quia frequētius ex philoſophorum decretis: ut anaxagore & ſapientiū aliorum: dicta quedam uel barbaris mulierculis ul' ſeruis narrāda

impoſuiſſet. Si tãtum itaq; uirtutis uel uitii in perſonarum intro ductione loquentium inerit: quopacto non quiſpiam Celſum irriſerit: qui chriſtianis dicenda ingeſſerit: que nuſq̃ per chriſtianos ſint prodita? q; ſi rudiorum quorundam hic uerba cõfinxerit: unde nam illis acceſſerit: ut rerum ſenſa queant ſic internoſcere: ut ſenſibilia ab intellectualibus ſecernẽdo diiudicẽt? & poſſint & haud ſecus ſtatuere: ac ſtoici faciunt qui ĩtellectuales ſubſtantias tollũt: & plane decernere queãdmodũ ſenſu hauddubie cõprehendantur quecunq; intelliguntur. & animi conceptus omnes ex ſenſu hoc ipſo dependeant: nec ſecus erit hic irridendus ſi philoſophorum quorundã fuerit dicta cõmentus que ad chriſtum attineant: enixe ad modũ conqrentiũ: nec his quidem conſentanea adinuenerit. ſiquidem eorum nemo qui deũ inuiſibilẽ eſſe didicerit: & eius opera eſſe nonnulla inuiſibilia: hoc eſt q̃ mente tantum concipiantur: de hiſ que reſurrectionis ſunt: reſponſurus: dixerit deum cognituros q̃ñ q;: qui ſenſibus non eum perceperint. uel fieri poſſe ut ſine ſenſu perdiſci aliquid queat. nec ſolum hiſce in rebus que & recondita ſunt: & paucis lectitata: & his quidem ſtudioſis & doctioribus: illud contingere affirmarit: ſed in uulgatioribus quibuſdam: ut ſacris eſt proditum litteris: inuiſibilia dei a creatione mundi creaturis intellecta uideri. ex quibus intelligi poteſt quemadmodum uel in hac uita neceſſe ſit homines: ut a ſenſibus ordiantur que ſenſibilia ſunt: cum ad intellectualia ſunt progreſſuri. Haud tamen erit ſenſibilibus his inſiſtendum. Nec ſine ſenſu quidem dicturi ſunt homines impoſſibile fore ut perdiſcantur que mente & animo comprehenduntur. qui uero illud uſurpent: qui fieri poteſt: ut ſine ſenſu queat quis diſcere? profecto coarguẽt non iure illud per Celſum hunc in modum inferri. nec hominis quidem nec animæ ſed carnis uox fuerit. cum igitur deum inuiſibilem illum & incorporeum: & mentem eſſe: uel mentem omnem & ſubſtantiã ſimul excedere affirmamus: haudquaq̃ id alterius gratia dicimus: niſi eius: qui ad huius ſit mentis imaginem factus. & incorporeum deum: non alteri cuiq̃ aſſeuerabimus comprehẽſibilem eſſe &

innoteſcere:niſi ei qui huius præ ſe cum mentem:tum imaginem ferat. nunc enī: ut pauli uerbis utar:per ſpeculum & enigma deū uidemus:tunc uero facie ad faciem hunc ſumus uiſuri. enim uero ubi faciem dixerim nil uelim ex hac dictione:ut mentem qſpiam illam:que ex ea ſignificatur incuſet. ſed diſcat in his q facie reuelata dei gloriam ſpeculant̄ & a claritate in claritatē in eandē trāſformant̄ imaginem:haudquaq̄ intelligi faciem ineſſe ſenſibilem:ſed tropologice ſumi: quē admodū & oculos & aures: & huiuſmodi alia q̄ appellatione eadē tradunt̄: q̄ & corporis membra: ut ſupra oſtendimus:& homo quid: hoc eſt anima que corpore utitur: & homo interior nuncupat̄: uel anima ipſa reſpondet: non tamen ea que Celſus deſcripſit:ſed que dei uir ille docet apoſtolus.carniſ autem uoce nec chriſtianus quidē utetur:qui didicerit ſpiritu opera carnis mortificare:& Ieſu mortem continenter corpore circumferre:eius dicti nihil ignarus: mortificate membra ueſtra ſup terram.Quid ue ex eo ſignificetur non neſcius: non permanebit ſpiritus meus in hominibus his in eternnm quia caro ſunt:nec illud ſe fugiat:qui caro ſunt placere deo non poſſe: & iccirco omnia factitat ne de cetero in carne hac maneat.Sed uideamus quibus nam Celſus nos prouocet argumentis: & cohortetur ab ſe tandem uti audiamus: quemadmodum dei in hiſ aſſequi cognitionem poſſimus:que chriſtianorum neminē putat poſſe:ut ab ſe tradita audire.Sed alioquin audiant inquit ſiquid audire forſitan poterūt.Atque nam lubet ex ſe ut ipſi audiamus intelligēdum. philoſophus enim uir iſte cum nos inſtruere uelit conuitiatur:cum enim in ipſo dicendi exordio erga auditores beniuolum ſe ut preferret oportuiſſet:longe aliter egit: his nanq; qui aduſq; mortem pernitiem ſubeunt:ne uel uoce tenus chriſtianam abiurēt religionem:& huius gratia paratiores ſint ſemper quiduis ſupplicii perpeti: & mortis quouis genere affici: formidoloſum eſſe hominum genus obiecit.Ait preterea & genus eſſe nos hominum:qui corpori ſtudeamus:ubi id aſtruxerimus: & ſi chriſtum olim ſecundum carnem cognouimus: nūc tamen nequaq̄ hūc recognoſcimus quod utiq;

criminandi gratia intulit: quippe qui pro pietate & cultu tã ꝓmp
te corpus exponimus: ut non tam facile ſibi philoſophus detraxe
rit pallium. Nos itaq; ſic Celſus affatur. Si enim ſenſibus cõniuen
tes: mente uos eſtis contẽplaturi: & corporis oculos auertendo:
animi attollitis oculos: ſic dumtaxat deũ uiſuri eſtis. & putat hec
ſane que ſub duplici oculorum ſpecie dixit. ut a græcis ipſe deſum
pſerit: ita & apud nos neminẽ unq̃ fuiſſe philoſophatũ. ad hec ue
ro ſic duxerim reſpõdẽdum. Moyſem ipſum cũ mundi creationẽ
deſcriberet. hominem introduxiſſe: qui anteq̃ dei iuſſa tranſgrede
retur: alibi quidem uideret: alibi minus: & uidiſſe tũc ſane cum de
muliere id diceretur: & uidit mulier ꝙ bonum eſſet lignum ad ue
ſcendum & pulchrum oculis: tũc uero haudquaq̃ uidiſſe: perinde
oculis captum: cum per ſerpentem femine diceret̃: ſcit enim deus
ꝙ in quocũq; die cõmederitis ex eo aperientur oculi ueſtri. nec ſe
cus & illud cum traditur: & comederũt & aperti ſunt oculi ambo
rum: eorum igitur ſenſus oculi patuerunt: quibus optime conni
uerent: ne curis diſtracti impedirentur quominus quirent anime
oculis contẽplari: quos uero eſſent interea nacti animi oculos cũ
perſpicatiores: tum in deo & eius inparadiſo iocunditate affectos:
crediderim equidem ob peccata hos conniuiſſe. unde & noſter ip
ſe ſaluator duplicem oculoꝝ hanc ſpeciem ineſſe nobis nihil igna
rus: ſic inquit. propterea ego in hunc mundum ueni ut non uidẽ
tes uideant & uidentes ceci fiant. arguens plane qui non uiderent
anime oculos eſſe: quibus uerbum lucẽ preſtiterit: oculos uero ſen
ſibiles & ſi ſatis uiderent: iccirco uerbum iam excecauerit: ut abſq;
ulla interpellatione & cura: anima ipſa que uidenda ſunt uideat.
cuiuſuis itaq; qui chriſtiane ſit religionis ſectator: anime attollit̃
oculus: & ſenſus ſummittit̃: & pro hac potioris oculi ſulleuatiõe
& ſenſus: luminum ſummiſſione: uel innoteſcit cuiq; deus: uel pla
ne conſpicitur: unaq; & eius filius uerbum: quod utiq; conſtat: &
dei ſipientiam eſſe: & que eius ſunt cetera præ ſe ferre. Celſus uero
ubi hec ita ſunt conquiſita: ut in chriſtianos omnes dicta quedã
obiiciendo intendit: que ſi ad eos haberet qui a chriſti doctrina

alienos ſe penitus faterentur: accomodatiora eſſent forſitan uiſa. oſianos nanq; ut ſupra meminimus: fuiſſe hos conſtat q Ieſum ut cũq; negauerint dei filiũ extitiſſe: uł alios quoſq; qui cum his eadẽ ſenſerint. idola inducendo: fallaces quoſdã & ueneficos homines. hi ſiqdem ſunt qui fores aſſeruantium nomina & ineptias illas p diſcunt quas ante cõmemorauimus. fruſtra igit̃ chriſtianis id ob iicit Celſus: cum inquit: at ſaltem uitæ huius ducẽ perquirite. Oſi anos illos pretendens: ſunt enim hi uobis ut deceptores & uenefi ci & idolo℞ introductores uitandi. & cũ nihil intelligat Oſianos hoſce non minus ac ipſemet Celſus: ut eiuſdem ſecum ueneficii re os: & Ieſum carpere: & conuitiis inſup huius religionem inſectari & cultũ: Oſianis hiſce nos intermiſcet: id inquiens. & ne omnino ridiculi ſitis: alios quidem qui dii eſſe probantur uelut idola que dam maledictis & probris uos inſectamini: ueſtrum uero deũ uł idolis ipſis longe miſeriorem: nec idolum quidẽ ſed plane demor tuum colitis: & patrem queritis huius pſimilem. ꝙ autem neſciat Celſus quid aſſerãt chriſtiani: quidue qui tales cõmenti ſint fabu las: ſed putet ea nobis ineſſe que Oſianis illis crimini dantur: & ea inſup que minus ſentimus obiecerit: ex eo liquet: ꝙ in quibus oſi ani illi falluntur: cum mirabiles proferunt conſultores: & uerba il la demonica: quibus leonem compellant & qui in terris uitam de gat & aquis: ſiue qui aſini ſpeciem preferat: ceteroſq; huiuſmodi alios alloquantur: ianitores quoſdam & ſacros: quorum nomina miſerabiliter & calamitoſe perdiſcant: & nos delirare iuquiat Cel ſus: & dignos qui palo deniq; inſuamur: nec ſane intelligit eorum neminem fore quos illi uel aſini habere ſpeciem credunt: uel uitã degere utrobiq; & deliramenta huiuſmodi cetera qui aduſq; mor tem inſtiterit: ut ueritatem ſibi uel ſaltem uiſam tuetr̃. quod uti q; pro precipua quadam & excellenti erga deum pietate per nos factitat̃: ita ut cuiuis mortis generi corpus hoc offeramus. quocir ca palo potius hi infigantur: qui nihil huiuſmodi patiuntur: q̃ ip ſi: qui diuinum ob cultum uel hoc ipſo plerumq; inſuimur. & ſi alioquin oſiano℞ fabuloſum illud de leonis figura: deq; utrobiq;

uiuentibus: & aliis ſimilibus deliramentis: nobis hic exprobet. non igitur Celſi ob gratiam que de leonina hac ſpecie & huiuſce modi ceteris tradita ſunt: declinamus: non enim uel a principio huiuſmodi aliquid complexi nos ſumus: ſed Ieſu doctrinam ſec tati: ea ipſi ut uera aſtruimus: que ab Oſianorum ſunt dictis ad modum aliena: nihil aſſentiendo uel ea eſſe facie michaelem: uel alium eorum quos diximus quempiam. Intelligendum autem quos nam uelit nos Celſus ut duces ſectari: qui ducibus nil carea mus: & uiris quidem cum priſcis: tum plane diuinis: remittit nan ꝗ nos ille ad diuinos quoſdam: ut ipſe affirmat poetas: & ſapien tiores philoſophos: cum haud dum tamen his coaptauerit & im poſuerit nomina. Et ubi duces ſe oſtenſurum promiſerit: nihil de finiẽdo decernit diuinos poetas & ſapiẽtes hos eſſe philoſophos: ꝙ ſi ſuo quemqꝫ nomine explicaſſet: uel contendendum forſitan aduerſus hunc non iniuria uideretur: quia cecos quoſdam circa ueritatem is nobis duces attulerit ut demum fallamur: & ſi forte non penitus excecatos: circa nonnulla tamen decreta ueritatis de ceptos. Orpheum deinde: ſiue parmenidem ſiue Empedoclem: ſi ue homerum ipſum: ſiue Heſiodum: diuinos eſſe uult uates. Sed oſtendat cui id forte libuerit: quo pacto melius longe incedant qui ducibus iſtis utantur: & maiora ut capiant uite hi commoda: ꝗ qui ob Ieſu doctrinam: & ſtatuas iſtas & ſimulachra reliquerint: & iudeorum ſuperſtitione quauis poſt habita: ꝑ dei uerbũ: patrem uerbi deum contemplando obſeruant: uerum qui nam fuerint: uel ſapientes hi uel philoſophi: a quibus audire uelit nos Celſus & multa quidem atqꝫ diuina: dei ſeruo poſthabito Moyſe: & eius prophetis qui uniuerſa hec fabricauit: hauddubie diuini tus tammulta uaticinantibus: & deum inſuper ipſum fatentibus humano generi illuxiſſe: iterqꝫ diuini cultus monſtraſſe: & quan tum ĩ eo fuerit: neminem preteriſſe qui ſuorum myſteriorum nõ aliquid deguſtarit: ita ut pro excellenti eius benignitate: & erga humanum genus caritate mirifica: que diuinarum rerum ſcientiã queat ſapientioribus elargiri: a terrenis hiſce animos ſulleuantẽ:

uel imperitorum quorundam: ſimpliciumq; femellarũ ſeruorum q;: & eorum quibus nemo hominum preter Ieſum opituletur: condeſcendere ad naturam & defectiores habitus poſſit: ut quo ad liceat rectius uiuant: & hiſce cum inſtitutis: ut que de deo ad mittere animo potuerunt ſuſcipiant. Porro Celſus ad Platoem philoſophum: ut ad rerum diuinarum ſolertiorem magiſtrum: nos reiicit. explicans que in ſuo ille timeo hunc in modum protu lerat. Factorem igitur uniuerſi huius: parentemq;: & inuenire ar duum eſt: & qui eum inuenerit: ad omnes ut perferat impoſſibile: & paulo poſt: uidete ut hunc conquiratis cum rebus diuinitati ſat congruentibus: tum ueritatis & uia: & ut Plato ſenſit ut omni bus ea pateret inceſſus: fieri non poterat: quandoquidem ſubdit: ubi uero compertum eſt ſapientibus uiris ut de eo qui nomine uocitari nil queat & ſummus ſit: aliquid commentemur: quod eum uel ex compoſitione ad res alias quadam: uel reſolutione a ce teris: uel proportione demonſtret: cum alias uelit quemadmodũ is inexplicabilis ſit: edocere: mirarer equidem inquiens ſi ſequi poteritis: qui omnino ſitis carne obducti: & nihil quod purius ſit conſpicemini: ingeuioſe quidem & mirabiliter hec protulit Plato: ſed uide ſi non longe humanius ſcriptiones ſacre deum in duxerint: cum a principio hunc apud deum fuiſſe affirment. Et deus uerbũ ut caro ſit factus: ut duenire ad oẽs uerbũ id poſſet qđ q̃ iuenerit: ad oẽs ut deferat ĩpoſſibile eſſe plato diſſeruit. dicat ita q; plato cõditorẽ illũ & uniuerſi parẽtẽ: ĩuẽtu difficilẽ eſſe & plane negocioſum: ĩpoſſibile arguẽs fore humane nature: ut deũ pro ei us dignitate inueniat: & ſi minus forte pro dignitate: at ſaltem & magnam impartem & preter ceteros omnes inuenerit. Quod uti q; ſi uerum fuiſſet: & in uero deus a Platone uel a grecorum alio quouis eſſet inuentus: haudquaq̃ hunc preter: alium colerent: uel deum uocarent uel adoraſſent: neq; eo poſthabito: qui uniuer ſa condiderit: & condita moderetur & regat: alia quedam hi ſuſcepiſſent: que minus eſſent in tanto deo cuiq̃ admittenda. Nos uero ita ſtatuimus humanam naturam haudquaq̃ ſat poſſe:

utcunq; deũ conquirere:& pure hunc inuenire:ſi nihil ei opitulet̃ qui queritur:& inueniri quidem ab his:qui ubi fecerint quod ſui erat officii fatebuntur eo ſe indigere: qui his ſpectandum ſe pre bet:a quibus merito iudicarit ſpectari ſe poſſe: & uti ſuapte natu ra eſt: Deus quidem homini ut innoteſcat decernimus: hominis autem anima ad huc in corpore cõſtituta:dei ut habeat notionẽ. Cæterum &ſi Plato affirmet qui deum inuenerit:nil poſſe:rerum omnium conditorem parentemq;: omnibus explicare: ineffabi lem tamen & ſine nomine eſſe non eum fatetur:ſed poſſe cum no mine explicetur:& ſermonibus pronunciari. deinde Celſus tanq̃ eorum oblitus que ex Platonis dictis produxerat:ex his ipſis:uel nomine carere deum confirmat:Platonis uero hec ſunt. ubi uero compertum eſt ſapientibus uiris ut de eo qui nomine explicari non poteſt & ſummus eſt: aliquid commentemur & huiuſmodi cetera.Nos uero non ſolum deum ineffabilem eſſe aſtruimus ſed poſt deum & alia pleraq;: que Paulus ſignificare conatus ſic in quit. Audiui archana uerba que non licet homini loqui: audiui uſus pro percepi: quod utiq; ſimile eſt euangelico dicto: qui ha bet aures audiendi audiat: factorem itaq; illum uniuerſi parẽtem: ſpectandum eſſe nos dicimus:uidetur autem deus:& aliis dum ui ſitur innoteſcit:non modo iuxta propheticum illud: beati mun do corde quia ipſi deum uidebunt:ſed iuxta illud preterea: quod eſt per inuiſibilis dei imaginem pronuntiatum: qui uidet me: ui det & patrem qui me miſit: quod utiq; nemo qui mentis ſit com pos: quoq̃ pacto fatebitur: Ieſum hec iccirco dixiſſe: quia ad cor pus ſuum ſenſibile illud & humanis oculis patens retulerit: Licu iſſet enim hoc modo uel importunius obſtrepentibus iudeis & identidem clamitantibus crucifige: & patrem ſpectare: & Pilatus item hunc ipſum uidiſſet: ut qui in chriſti humanitatem: accepe rat poteſtatem: quod plane abſurdius eſt. ꝙ autem illud qui ui det me: uidet & patrem: non ad communem ſenſum refertur: ex eo liquet: quod philippo ſic dicitur: tanto tempore uobiſ cum ſum & non cognouiſti me philippe: ſi dixiſſe id modo

uidetur roganti illi: oſtende nobis patrem & ſufficit nobis: qui uero perceperit quemadmodum illud ſit de unigenito dei filio capiendum quod legitur.ut primogenito omnis craature:quo ad uerbum factum eſt caro: profecto itelliget qui inuiſibilis dei imaginem uiderit: ut patrem ſit inſuper cogniturus omnium conditorem. Celſus igitur ſiue ex compoſitione quadam ad alia: que geometrice illi compoſitioni æqua proportione reſpondeat: ſiue utcunq; ut dei cognitio habeatur: in promptu eſſe exiſtimauerit: ſi forte boni aliquid ſic facile poſſit accedere: at dei uerbum id inquit: nemo cognouit patrem niſi filius & cui filius reuelauerit: gratia ſcilicet diuina quadam: & niſi diuinitus non anime ipſi immiſſa: quin & diuino quodam inſtinctu de deo haberi poſſe cognitionem decernit. Par enim fuerit ut dei illa cognitio longe ſuperior ſit: q̃ ut ab humana poſſit natura comprehendi. Et iccirco tam multi apud mortalium genus uaria ſentientium extant de deo errores.quinetiam bonitate dei & benignitate: & gratia miranda inſuper quadam & diuina: huius diuinitatis cognitionem uel ad eos pertingere non iniquum uidebitur qui diuina prius fuerint preſcientia occupati:ut impoſterum ſint:pro eius qui cognitus eſt dignitate: uicturi: nullo pacto quem ſemel exceperint erga hunc: cultum & pietatem adulterantes: ita ut ne uel ab his quidem in uiam que ducit ad mortem impingantur quandoq;: uel forte irrideantur. qui & pietatem hanc & cultum ignorent. & quid uis potius hanc eſſe ementiantur: q̃ quod in uero ſit pietas dixerit ipſe uero deum exiſtimauerim: ubi eorum perſpexerat inſolentiam: qui ceteros aſpernando in dei cognitione hac inſoleſcerent: & ſua plurimi facerent:perinde a philoſophis diuina perdidiciſſent: cum alioquin nil ſecuſac rudiſſimi quiq; ad ſimulachra illa deorum & templa: & celebriora quedam apud eos myſteria ducerentur: ſtulta mundi hec elegiſſe: hoc eſt chriſtianorum quoſq; mire ſimplicitatis: qui longe modeſtius q̃ philoſophi ipſi & purius uiuerent:ut ſapiētes confunderet: nil ueritos inanimata quedā & cōmentitiorum deorū imagines:ut deos affari.

Quis enim non eum irrideat: qui ubi tanta & tammulta de diui nitate diſſeruiſſet: ſimulachris aut intẽtior ſit: aut ſupplicet: uel ex ſimulachrorũ iſtorum aſpectu: ad eum tranſcendendũ eſſe imagi netur quem mente & cogitatione conceperit: christianus uero: & ſi imperitior: quemuis mundi locum dei templi tocius: partẽ eſſe crediderit: quod ubiq; terrarum ſit: & quouis ĩ loco: ubi & ſenſibiles interprecandũ cõniuendo ſummiſerit oculos: & animæ deinceps ſuſtulerit lumina: mundum omnẽ ſuperinſcendit: nec ſup celi axe innititur: ſed ad ſupceleſtia loca illa: mente & cogitatione proue hitur: ſancto ſpiritu ductus: & ueluti extra hunc mũdi orbem ela tus: ſummittit ad deũ: nec pro exiguis quidẽ rebus: & pces: qppe qui ex deo didicerit: nihil exile: hoc eſt nil quod ſenſibile ſit flagi tare: ſed grandiora dumtaxat quedam & uere diuina. & quecunq; ſint p deum & eius filium uerbum qui & deus ſit: contributa: & ad eam ineundam beatitudinem que apud ſe ſit: demum contule rint. Sed uideamus & ea que Celſus ſe pollicet nos inſtructurũ: ſi ſequi forſitan illa licuerit: in qbus nos plane affirmat carne pr ſus & cõſtrigi & colligari: q̃ pculdubio ſoluimur: ſi p ieſu doctrĩ na & uitã duxerimus: his pauli dictis uos ĩ carne eſtis ſed ĩ ſpiritu: ſi ſpiritus dei in uobis ĩhabitat. ait pterea nihil nos qđ purius ſit ĩ tueri q enixius adnitamur: ne uel cogitatione tenus uitiorum inqui nemur ſuggeſtione: q ue inter uota & preces id depoſcamus: cor mundũ crea ĩ me deus: & ſpiritũ rectũ innoua in uiſceribus meiſ: ut corde dumtaxat hoc puriore: & ſuapte natura deum ſpectante: hunc contemplemur. Celſi uero hec ſunt: ſubſtantia quidem & generatio & mente percipi poſſunt & uiſu complecti: cum ſub ſtantia ueritas: cum generatione uero error & falſitas. circa ueritatem igitnr ſcientia: circa alterutrum oppinatio. & ſane in tellectio: eius eſt quod intelligibile fuerit: uiſus uero: quod uiſi bile ſit. quod intellectuale eſt: auris nouit: uilibile oculus. quod igitur fuerit inuiſibilibus ſol: qui utiq; nec uiſus quidem nec oculus eſt: ſed oculo uidendi cauſam prebet: & uiſui ut per ſe con ſtet: & uiſibilibus ut uideantur: & ſẽſibilibuſ oĩbuſ ut generent:

non tamen ipſe ſibi ut uideatur eſt cauſa. id ipſum erit in intellec tualibus oculus: q neq; mens ſit nec ītellectio: neq; ſciētia: ſed mē ti quidem ut intelligat: cauſa: & intellectioni ut p ſe conſtet: & ſci entie ut p ſe noſcat: & item intellectualibus ceteris. & ueritas qdē hec fuerit: & ea ſubſtantia: ut ſupra cetera ſit: ineffabili quadam uir tute intelligibilis. Hec ſane hominibus ꝓdita ſunt: q mentis ſint cōpotes: q̄ ſiquid ex his & ipſi tenetis recte uobiſcū agitur: nec ſe cus & ſi ſpiritū quempiam diuina afferre mandata aſſeritis: is pro fecto futurus ſpiritus eſt q huiuſmodi predicet: quo priſci quōdā pleni iam & imbuti: & multa qdem & rectiora denunciarunt: que ſi audire uobis minus licuerit: cōticeſcite: & ueſtras ineptias occul tate: nec eos qui uidēt cecos dixeritis: nec claudos eſſe qui currūt: quandoquidem ipſi debilitati prorſus animo ſitis: & mutilati: & corpore in ipſo: hoc eſt in demortuo uitam hanc ducere uideami ni: nos uero qui nihil eorum que per hos rectius forſitan proferā tur qui a chriſti fide ſunt alieni: ne cōtētioſe agere uideamur: quoq̄ pacto uel repudiāda ul' īſectāda cēſuimus: dicturi ad Celſi obiecta hec ſumus: quēadmodum cauendum ei maxime ſit qui conuitiari his uelit quibus id animo ſedeat ut erga cunctorum preſidem de um: ſe pios ꝓ uiribus p̄ſtēt: q ut īperitoꝝ ī ſe ſuſcipit fidē: ita & ſa pientium cum ratione cultum: ſeq; ut omniū conditorem precan tium: & ſūmittentium: ut p pontificem uota: q mortalibus ipſis ī tegerrimū colēdi genus detulerit: ne eos animo dicat debilitatos & mancos: & corpore hoc ī demortuo uiuere q ex animi affectu. ſari illud didicerit. in carne uiuētes nō ſecūdū carnē militamus: ar ma eni militiæ noſtræ nō ſunt carnalia ſed fortia deo: nec ſecus q dam ut caueāt uelim ne cū alios ut deo ſupplices carpūt: ſuas aīas & claudicantes iā reddāt: & interiorem ſuimet hominem mutilēt: & in ſe metipſis: cum alios maledictis īceſſerint: q uitam hant de gere rectius uelint: decoris illud p̄cidāt & moderātiæ: qđ natura eſt per conditorē ipm rationali cuiq; inditū. q uero ad cetera ex di uina doctrina & didicerit illud & factitarit: ut maledicētibus bene dicto reſpondeant: & quas ſubierint perſecutiones ut tolerent:

& pro ſe blaſſemantibus orent: proculdubio eorum ex numero ſunt futuri q animæ dirigunt greſſus:eamq; & purgent:& reddãt paratiorem non modo ut dictis dumtaxat ſubſtantiam a generatione ſeiungant: & a uiſibili quod mẽte percipitur: uel ſubſtãtiæ ipſi ueritatem connectant:cum generatione uero errorem quouis modo defugiant:conſiderantes non ea que generationis ſunt ſe ſe fuiſſe edoctos:quandoquidem cum uiſibilia ſint:iccirco & breuia: ſed que his longe ſunt potiora:ſiue ſubſtanciam iſta quis dixerit: ſiue quia intelligibilia ſint: & uideri non poſſint: ſiue quia extra ſenſum ſit eorum natura: inuiſibilia nuncupet. Sic preterea & his que ad generationem attinent intẽderint animum Ieſu diſcipuli: ut perinde fundamento quodam his ipſis utantur:ad percipiendã intelligibilium rerum naturam. nam inuiſibilia dei a mundi creatione: hoc eſt intelligibilia que creaturis innotuerunt:dum intelliguntur ſpectantur:neq; preſtant quidem:in inuiſibilibus dei:ubi ad ea ex hac mundi & creatarum rerum ſtructura animo agitata deniq; prouehuntur: ſed ſatis iam in diuinis illis exercitati & plane inuiſibilibus:ad ſempiternam dei tranſcendunt potentiam: & ipſius intelligunt diuinitatem: & quemadmodum clementior deus ut ueritatem: ita & ſui cognitionem aperuit:neq; his modo: q ſibi adheſerint ſed pleriſq; aliis qui extra diuinum illum & integrum cultum & erga ſe pietatem iam perſtitiſſent: quidã uero dei prouidentia quadam cum ad tantarum rerum cognitionem euaſerint:nil tamen agendo quod eam deceat notionem:impie agunt. & ueritatem ĩ iniuſtitia detinent. Cum interea excuſationis locũ: in tantarum rerum magnitudine pernoſcenda: apud deum habere ad huc hi minime queant. His igitur qui & Celſi dicta ſuſcipiunt:& pro decretis huiuſmodi philoſophari ſe profitent̃:ſacre littere teſtimonio ſunt:quemadmodũ & ſi deum nouiſſent:nõ tamẽ ut deum glorificarint: uel ei gratias egerint. Sed in cogitatibus ſuis euanuerunt:& obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum.& ſane poſt tãtum ſciẽtiæ & earum rerum ſplendorẽ:q̃s deus his reuelaſſet:obſcuratũ eſt & plane coercitum iſtorum cor illud inſipiens. Spectare itaq;

licet quemadmodum qui ſe dixerint ſapientes: maioris quedam ſtultitiæ pre ſe iam tulerint argumenta: quandoquidem tammulta in ſcolis de deo ac tanta: deq; rebus cogitatione & mēte perceptis ediſſerant: in corruptibilis dei mox gloriam: in corruptibilis hominis uolatiliumq; & quadrupedum ſerpentiumq; ſimilitudinem conmutarunt. unde a dei ſunt ꝓuidentia deſtituti: ut qui dū ꝓ eoꝝ dignitate non uiuerent: q̄ deus illis aperuiſſet: in ſuorū cordium concupiſcentiis uolutentur & immunditia. & eoꝝ ut corpora afficiāt contumeliis & ignominie paſſionibus & flagitiis: a principio dei ueritatē in mēdatiū mutauerūt: coluerūtq; & ſeruierunt creature potiusq̄ crearori: noſtri uero per Celſum ex imperitia abiectiores qdam & ſtolidi & ſeruiles iam uocitati: uel ſi parū per ſe deo crediderīt: ſuſcepca Ieſu iam diſciplina: tantū abſunt a flagitio & ī mundicia: & quauis cōcubitus feditate: ut haud ſecus ac prefectiores ſacerdotes nōnulli: quemuis coitum auerſent: ita ut uel in celibatu ex his quidam omninopermaneant: ne dixerim ut a quouis uenereo congreſſu abſtineāt. cum unus neſcio quis apud athenienſes hierofantes inuentus ſit: qui ubi nec ſuas & uiriles concupiſcentias cōtinere ſic creditus potuiſſe: atq; peruincere: quoad huic libuiſſet: genitalibus medicatis ꝓ caſto ſit & celibe habitus: & q idoneus fuerit ad athenienſium ſacra legitima ꝓcurāda. inter chriſtianos uero ſpectari poterunt uiri: qbus ut pure curent diuina: nulla eſt opus medella. quandoqdem rationis ſat habeant in medellā ut quoduis cōcupiſrentiæ genus ex animo abigant: ſic deū uiri p̄cibus colunt. apud alios p̄terea: uirgines ſunt q̄ ut puriores ſe erga diuinū numem exhibeant utrum uiroꝝ cuſtodia aſſeruētur: nec ne: nil operepretium ſit explicaſſe: non enim ꝓpoſitum eſt nunc iſta diſquirere: at inter chriſtianæ ſectatores religionis: non ut honores ab hominibus uendicent muliercule: nec pecuniarum uel glorie ducte cupiditate ſe ſe ad caſtitatem exercent. Et ita ut quemadmodum probauerunt deum habere incognitionē a deo in mente probata ſeruentur & omni iuſtitia impleantur & bonitate: ut faciant que maxime decent. Hec autem dixerim non

ut contendendo his aduerſarer: que recte forſitan grecis ſunt adin uenta: nec ut eorum decreta carperem ſaniora: ſiue perinde oſten dere uelim his longe maiora diuinioraq; prophetas dixiſſe & ieſu apoſtolos identidem cõfirmaſſe: & p eos perquiri qui uelint chri ſti fidem ſeruare & apprime dictum id teneant: os iuſti meditabr̃ ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. ſed illud plane ut patefaciam: indoctis plerumq; & rudiori bus probiorem quãdam ineſſe ſimplicitatem quam utiq; nõnulli qui ſe ſapientes eſſe fatentur dum minus ſuſcipiunt: cum pueris q bus cum diuerſari haudquaq̃ fas eſt: turpiter uolutãtur: ita ut ma ſculi in maſculos turpitudinem operentur. Celſus uero nondum aperuit quemadmodum cum generatione ſit error: neq; quod ani mo inerat demonſtrauit: ut ſua ubi cum noſtris his cõtulerimuſ: pernoſcamus. prophete autem cum ea que generationis ſunt pre ferunt: prudentius offerri pro peccatis ſacrificium dicunt: & pro re centius natis: quia minime ſint omnino peccati expartes: dauid enim ſic inquit: ecce enim iniquitatibus conceptus ſum & in pec catis cõcepit me mater mea: & alibi alienati ſunt peccatores a uul ua: & illud mirifice: errauerunt ab utero. Quo ſit ut ſenſibilium omnem iuxta nos ſapientes iſti criminentur naturam. & ita ut ali bi uanitatis nomen ſortita ſint corpora: ut illud uanitati enim cre atura ſubiecta eſt nolens: ſed propter eum qui ſubiecit ĩ ſpe. & ali bi uanitas uanitatũ dixit eccleſiaſtes & omnia uanitas: alius uero ſic carpſit hominum in terris uitam: ſed omnia uanitas: omnis ho mo uiuens. Non enim de uitæ hic differentia ambigebat: quam anima ducat in terris: uł extra terras has egerit: nec ſane id dixit: ſi enim nouit utrum uiuere mors ſit: & mori uita: ut plato: ſed con fidẽtius uera ille ꝓfat̃. humiliata eſt ĩ puluere anima mea: & ĩ pul uerẽ mortis deduxiſti me. quẽadmodũ & pauli illud: qs me libera bit de corpe mortis huius: nec ſecus & illud: q traſſormabit cor pus humilitatis nr̃e: & alius itẽ ꝓpheta qdã: humiliaſti nos ĩ loco afflictiõis: locũ terreſtrẽ hũc dicẽs: ad quẽ & paradiſo ob neqtiã & ꝑuaricationẽ eiectus adã: hoc eſt homo: deuenit: & illud. uidemus

ad huc per ſpeculum in enigmate:tunc uero facie ad faciem:& per
egrinantes in corpore ꝑegrinamur a deo:ꝓpterea ꝓbamus exire
de corpore & migrare ad dominum. aduerte quāta de uitæ & ani
marum diſcrimine ſint contemplatione ꝑcepta.ſed quid fuerit ne
ceſſe ut tammultis:Celſi nunc dictis occurram: perinde iampridē
hec fuerint apud nos tradita:quando ex his que protulimus ſatis
iam pateat: quid nos ſentiamus:ꝓxime autem Celſus id dixerit.
quo pacto diuinus ſpiritus ille deſcendens: ex deo diuina denun
ciat:hic ſane ſpiritus fuerit:ut ipſemet intulit hec ipſa denuntiās:
quo priſci illi imbuti refertiq; q̄multa quidem & rectiora precine
rent:nil tamen eorum hic diſcrimen ꝓuidit:que noſtris ſunt noti
ora:illud tradētibus. īcorruptibilis tuus in omnibus ſpiritus eſt:
ꝓpterea cadentes paulatim arguit deus: & illud accipite ſpiritum
ſanctū:qđ utiq;: muneris quantitatē aliā ꝓfert: q̄ ea ſit q̄ ex dictis
hiſce deinceps exprimit᷑. baptizabimini ī ſpiritu ſancto nō poſt
multos hos dies. opus igitur eſt ut qui diligentius hec intellex
erit eorum & differentias noſcat que ex lōgioribus interuallis bre
uem dei ſententiam capiant:& ueritatis conceptum: & aliorum q
& imbuebantur diuinitus & cum deo uerſabātur aſſiduo: & diui
no ſpiritu ducebantur.quod utiq; ſi Celſus ꝑueſtigaſſet & inueſti
gatum ītellexiſſet: haudquaq̄ nos arguiſſet inſcitiæ: neq; iuſſiſſet
quo minus cecitate captos hos diceremus qui ex hominum artifi
cio: quod utiq; e terra & materia conſtat:ſimulachris his fabrefac
tis:diuinum preferri cultum exiſtimant.Nemo enim qui animæ
oculis contempletur:deum alio modo coluerit q̄ eo q & uacandū
ſemper rerum conditori eſſe oſtendit:& illi ſedulo ſupplicādum;
& cuncta eſſe ſic peragenda:ac in eius conſpectu aſſiſteretur:qui
uel cogitationum adſit noſtrarum ſpectator.precandum igit᷑ no
bis ut uideamus: & cecorum ut efficiamur tamdiu ductores:quo
aduſq; ad dei doctrinam ꝑuenerint:& ſuarum animarum recipiāt
lumen :ignorantia excecatum.ꝙ ſi digna quedam eo fecerimus q
diſcipulis dixit: uos eſtis lux mūdi:& ſacra doctrina: q̄ illud nos
edocet:& lumen in tenebris lucet:ꝑfecto & lux eoꝝ ſumus futuri

qui in obſcuro & in tenebris diuerſant̃: & item erudituri ut inſipiẽtes: & iſtructuri iſantes. ſed nil egre tulerit Celſus: ubi & eos claudos dicimus: & aĩe greſſus: ut ita dixerim: obcecatos: q̃ ad eorũ legitima ſacra haud ſecus accedunt: atq̧ ad uera quedam & certiora iter accelerarent: cum i uterea minus aduertant: nullum uel nebulonum uel ſceleratorum hominum opus: eſſe ſanctius poſſe. currũt autem iuxta Ieſu doctrinam ueri cultores: quoad uiæ tandẽ finẽ adepti: uero quodam & ſaniori affectu hec ꝓferant. Bonũ certamẽ certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui: decetero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. & ſane noſtrum quiſq̧ ſic hauddubie currit ut non in incertum decurrat: & ſic item aduerſus uitia certat ut nõ aerem ipſum diuerberet: ſed eos affligat qui ſub principe ſunt poteſtatis aereæ qui nũc operatur in diffidenciæ filiis. Dicat iam Celſus corpore nos in demortuo uiuere: qui id audimus: qui ſecũdũ carnem inuitis moriemini. Si uero ſpiritu opera carnis mortificabitis uiuetis: & illud didicimus: ſi ſpiritu iuiuimus ſpirtu & ãbulemus: ſi ex rebus ipſis q̃d inq̃t oſtẽdere poteſt: & mendacii eum arguere: qui illud de nobis protulerit: quemadmodum ſit in corpore mortificato uiuendum. exinde ad ea Celſus quibus: ut licuit: iã ipſi occurrimus: nos ita affando: ſubiungit. quanto autem uobis longe plurimum ꝓfuiſſet: ſi noua quedam inducere inceſſiſſet cupido animum: ut in alium quempiã qui ſtrenue obiiſſet: uel ĩ eos qui ad ſuſcipiendam diuinam de ſe fabulam accomodatiores fuiſſeut: id ſtudii cõtuliſſetis: age: ut ita dixerim: ſi minus uel herculeſ uel eſculapius placuiſſent: uel quos olim extulit ad celũ fama: orpheus tamen erat in promptu: uir ſane & ſanctiore ſpiritu uſus: & ipſe uiolẽta nece affectus. ſed de hoc forte alii p̃dixerunt. at anaxarchum habetis qui in urnam coniectus lapideam & iniuſtiſſime in ea attritus: illatos egregie cruciatus contempſerit: quid ni: qui inter tormẽta ſic diceret: tũde tunde anaxarchi utrem: ipſum uero haudquaq̃ tutuderis: diuini ſpiritus profecto uox illa. ſed hunc & alii ſunt eiuſdem conſtantiæ ſubſecuti philoſophi: inter quos & Epictitus extitit: cuius herus cum ei tibiam ĩtorſiſſet: ſubridens &

plane interritus:pfringito inquit:at illo frangente: non ne pdixe rā ait te hāc pfractuꝝ:quid unq̄ huiuſmodi ueſter deus dū penis afficeret effatus eſt:at Sybillam cuius dictis ueſtroꝝ nōnulli utū tur:ut dei filiā:huic ſaltē ptuliſſetis: nūc uero ſcribēdo itermiſcere fruſtra uobis licuerit huius ſcriptis q̄multa cū praua:tū & maledi ca.at eū q & uita fuerit turpiſſima & morte miſerrima uſus: deū eē decernitis:quāto hoc uobis ionas ille ex ceti uētre ad diuinitatem ſuſcipiēda accōmodatior fuerat:uel ex beſtiis daniel:uel alii qdā q lōge magis portētifica fecerit.at uelī eqdem ubi ad herculē nos cel ſus remittit:illius ſaltē dictoꝝ pferat monimenta:uel de ipſius in decora & turpi apud onifalē ſeruitute reſpōdeat:oſtēdatqꝫ utrū hic eſſet diuinis honoribus dignus:q ſolita uiolētia & pdonis ī morē eius bouē ſurripuiſſet:q agrum tūc coleret:quem iam depaſtus & optime epulatus:tā letior audiret q̄ in ſe epulantē execrabiliter mi ſer ille cōuitia effudiſſet:ut illud ſit uel hiſtorie pditū:herculis nu men cū īprecationibus & maledictis recipere ſacrificia.nos ptereā puocat ut de eſculapio eadē repetamus: q̄ antea diximus: ſed nos cōtenti his ſumus. uerū qd ille ex orphei demiratus operibus: p indubitato affirmat:hūc & ſanctiore ſpiritu uſurn & recte uixiſſe: ſed miror eqdem cur idē:ut nobiſcū contēdat & Ieſum extenuet: non orpheū extollit:ubi uero & huius legerit de diis impias fabu las:nō eius opera auerſet:utqꝫ lōge potius ſint digniora: q̄ home ri ſcripta:ut ex optīa republica ppulſent: quippe q longe peiora de diis:q̄ homerus ipſe ptulerit.ſtrenuus itaqꝫ anaxarchus iſte ui det qui ariſtocreōti cypri tyrāno inter tormenta id dixerit: tunde tunde anaxarchi utrem. id unū in anaxarcho mirandū græci ītel lexerūt:quo:& ſi ceteri:ut Celſus exiſtimat: ob uirtutē merito co lendū eſſe uel hominē ducerent: haudquaq̄ tn̄ par foret ut iccirco anaxarchū deū quis dixerit. moxqꝫ ad epictitū nos quendā tradu cit:admiratus huius īgenue dictū:nō tn̄ eius ut uerba cū tibia ſibi infringeret:cū mirabilibus poſſint Ieſu dictis conferri.q̄uis nil ſi dei his prebeat Celſus:quia diuina uirtute ſunt edita:& ad id tem poris nō modo ſimpliciores quoſdā ad rectiora cōuerterit: ſed &

ſapiētes q̃plurimos. ſed ubi poſt tantoꝝ uiroꝝ explicatū iam nu meꝝ inqat:quid nam iſtiuſmodi ueſter hic deus inter ſupplicia & penas ꝓtulerit:dicturi ad ea nos ſumus: in plagis Ieſum & uerbe ribus conticendo:& ſi inter græcos ceteri in uitæ diſcrimine oblo quunt:alioqn maiorē lōge cū fortitudinē: tum patientiā Ieſum p̄ ſe tuliſſe:ſi modo credere his Celſus uelit q̃ a ueridicis ſunt lr̄is ꝓ dita: q de Ieſu mirāda nil falſo diſſeruerūt.& hec inter:& cōticētiā ſimul cōnunerarūt: quā cū plagis affligaret ſeruaſſet: utq; & coc cinea dū ueſte iudueret:& ſpineā capiti īpoſitā geſtaret coronā:& ꝓ regio ſceptro ī manu calamū accepiſſet:ſumma q̃dam ſit māſue tudine uſus:dū nihil īterea uel moleſtū in eos ꝓferret:q tāta hec ī ſe auderēt.nō igit q præ tollerātia inter uerbera ſubticeret: & pro eius māſuetudine oīa ſuſtineret q̃ ſibi ab illudentibus inferrentur: dici poteſt ex uilitate:ut putāt nōnulli:animi cōtigiſſe.nec illud q dem cū diceret:pater ſi fieri poteſt:tranſeat a me calix iſte:ſed non quod ego uolo ſed quod tu.habet itaq; apparens illud calicis ſub terfugiū rationē:quā & in aliis abūde iā cōquiſitā reddidimus:ſed ut ſimplicius dictū illud audiamus:aduerte ut erga deū:cū pietate tn̄ a quouis ꝓferri ea p̄catio poſſit:q nullū p̄cedere putet ꝑiculū: ſed id ferat aīo equiore:quod ꝑmū acciderit:ubi ad id: tempus iā euocet. nec ſane ꝑmittētis erat uox illa: ſed eius potius q ex his q̃ occurrerēt:ꝑinde oblectaret:& duceret potiora:que ex ꝓuidentia īminerent diſcrimina: uox illa erat que diceret nō quod ego uolo ſed quod tu. dein neſcio quo pacto hic uoluit ut ſibillam potius dei filiā diceremus:q̃ Ieſum:decernens uel huius ſcriptis adſcripſiſ ſe nos multa:& maledictis referta:tā&ſi minus oſtenderit:q̃ nam eſſent q̃ ipſi adſcripſimus: ꝙ ſi ea mōſtraret: ꝑfecto uetuſta illa & puriora ꝓtulerit:que minus haberēt:que ipſe putat fuiſſe ad ſcrip ta.cū alioquin nec ea oſtenderit:nec īpietatis arguerit. rurſum nō ſecundo uel tertio:ſed ſepius Ieſu uitā turpiſſimā dixit:cum nihil interea ſinglīs īprobandis inſiſtat:q̃ uel in uita egerit Ieſus:uł que ut turpiſſime facta:ſint habita: ut hec forſitā cōfirmādo appareat: nō de incertioribus qbuſdā decernere:nec ei cōuitiari quē neſciat.

Si enim uite turpiſſime ſpecies ex operibus is explicaſſet:q̄ in ieſu fuiſſe forſitan uiderent̃:ad ea nos refutãda cõtenderemus q̄ p hũc fuiſſent ꝓ turpiſſimis iudicata.quod enĩ de Ieſu iã dixerat ꝙ mor te eſſet miſerria uſus:uel dici de Socrate poteſt & anaxarcho: quo rum paulo ante hic meminit:& innumeris aliis: aut enim inquit Ieſu mors dicetur miſerrima: iſtoꝝ uero haudquaq̄ huiuſmodi: aut nõ eorundẽ miſerrima: Ieſu uero miſerrima.uides igit̃ quẽad modũ uel hoc loco uoluerit Celſus aduerſus Ieſum cõtendere:&: ut arbitror:ſpiritu aliquo pcitus:quẽ Ieſus iam pdidiſſet: ne dece tero nidores haberet & ſanguinẽ:q̄bus iam fotus fallebat qui in ſi mulachris deũ cõquirerẽt.nec ueꝝ deũ reſpicerent: q cũctis p̄ſidet rebus.ceteꝝ: ut is qui finẽ libro iam facere ꝓpoſuiſſet malebat Io nam deũ q̄ Ieſum nos ducere: quẽ &ſi in niniue ciuitate & ſola pe nitẽtiã p̄dicaſſet:Ieſu ipſi p̄ponit: cuius p̄dicatio terraꝝ orbẽ pua ſerit: & res geſte ſint longe maiores:q̄ Ione facta: q̄ unq̄ geſſiſſet. & quia mirabiliter in ceti uentre tertium iam diem egiſſet:placuit ut deũ appellaremus :at is qui humani generis gratia mortẽ ſuſce perit: haudq̄q̄ libuit ut ob reꝝ celo terraq; geſtaꝝ magnitudinẽ: poſt deũ omniũ cõditorẽ:duplici dignaretur honore:ut quẽ deus ipſe ꝓphetaꝝ ex uaticiniis & ſuo teſtimonio cõprobaſſet.& ionaſ quidẽ cũ iniuncta ſibi ꝓ dei arbitrio non p̄dicaret:a cete abſortus eſt:at Ieſus ubi ea edocuiſſet que deo collibuiſſent:ꝓ hominibus mortẽ ſuſcepit.ait preterea danielẽ potius a leonibus ubi ſe retuliſ ſet:adorandũ fuiſſe q̄ Ieſum: qui cuiuſuis feritatẽ obſiſtentis potẽ tie cõculcaſſet: & nobis ſup ſerpentes & ſcorpios & cuiuſuis inimi ci uirtutẽ:ambulandi fecerit poteſtatẽ:& cum nihil ei reliquũ eſſet quod diceret:uel ſi his alii magis portentifici fuerint: adiecit. ut ſi mul danielẽ & Ionã carperet:qñquidem ſpiritus ſibi ineſſet qui iu ſtis benedicere ignoraret.ſed uideamus q̄ ſubſequenter & hunc in modũ is inferat.eſt p̄terea & his aliud quiddã iniunctũ:nil eſſe in eum qui iniuriam fecerit uindicandũ:uel ſiquis inquit tibi maxil lam pcuſſerit: alteram exhibe: priſcum ſane id & olim iam dictũ: ab his tñ rudius cõmemoratũ.nã & a platone ſocrates introducit̃.

cum critone ſic diſputans non igitur inferenda iniuria eſt: nec ſa ne oportet ut iniuriã referat: q̃ ſit affectus iniuria: ut multi exiſti manat. cũ itaq̧ haudquaq̃ uidet̃ inferẽda iniuria.quid ergo? nun mala ſunt ingerenda o Criton: an minime? nequaq̃ o Socrates: qd aũt? nun &ſi mala p eũ referant̃ q ſit ea ꝑpeſſus: æquum ne an iniquũ id duxeris? nequaq̃: nã & hoĩes malo afficere: haud ſecus ſe habet: ac inferre iniuriã. uera dicis. non ergo referenda iniuria eſt: nec mala ſunt cuiq̃ hominũ irroganda: uel utcũq̧ ab his qſpiã ut hec patiat̃: neceſſe eſt. hec plato. & paulopoſt. ipſe igit̃ id cõtẽpla re: utrũ mecũ nũc ſentias: & tibi id ip̃m ne uideat̃? ſed ĩde iã ordia mur: ut plane uelimus nunq̃ ſe recte habere: ul̃ ĩferre ĩuiiã: ul̃ refer re: uel mala q patiat̃ ĩiuriã uĩdicare: cũ malũ potius referat q̃ a ma lo abſtineat: mihi uero & ſi id olim ẽ uiſum & inp̄ſenti uidet̃. pla toni qdem ſic placitũ: uel hec eadẽ diuinis quondã uiris ſunt uiſa: ſed de his qdem & aliis q̃cunq̧ iſti corrũpendo deprauant: hec ꝓ tuliſſe ſat fuerit: cũ alioqn qui ex his aliquid pluſculũ duxerit con quirendũ: poſſit ut lubet hec ipſa pueſtigare. ad ea uero quecunq̧ fererit Celſus cũ noſtris cõmunia: cũ nequeat quid in his inſit ue ritatis ꝓſpicere: aſſerit nanq̧ uel apud grecos eadẽ illa q̃ apud nos: fuiſſe p̄dicta: dicenda hec ſunt. Si enim utile aliquod fuerit decre tum: quod ſanius quidpiã ſentiat: idq̧ apud græcos ſit traditum: ut apud platonẽ uel aliũ ex ſapientibus quẽpiã: ſiue apud iudeos: ut apd̄ Moyſem uel ex ꝓphetis quẽuis aliũ dixeris ſiue apud chri ſtianos: quorũ nomina in Ieſu ſermonibus cõſcripta ſunt: ſiue apd̄ apoſtolũ aliquẽ: ꝓdita: ꝓfecto haudquaq̃ exiſtimandũ eſt quod p iudeos & chriſtianos traditũ fuerit: eſſe iccirco culpandũ: quia & apud græcos dictũ fuiſſe cõperiat̃: p̄ſertim ſi facile oſtendat̃: iude orum res: græcis lõge antiquiores fuiſſe: nec rurſum quia id ipſũ ex græcæ orationis ornatu: elegantius forſitã exprimat̃: omnino melius eſſe crediderim: q̃ illud fuerit: quod apud iudeos ſiue chri ſtianos: ul̃ inornatius ſit & ſimplicioribus uerbis ꝓnũtiatũ: tã&ſi iudeorũ primus ille dicendi modus: quo prophete iam uſurpato: hebraica lingua libros nobis compoſitos relinquerũt: accuratiore

& compoſita oratione:nec ineleganter iuxta illos:ſit litteris prodi tus.q̄p ſi ea que cum apud grecos:tum apud latinos eundē ſunt in modū decreta:&ſi mirifice uideant̃ pnuntiata: oſtendendum eſt tñ longe melius hec expreſſiſſe tam iudeoꝶ: q̄ chriſtianoꝶ pphetas.ueꝶ ut ea q̄ dicimus cōfirmentur e ciborum inſtructione & apparatu exemplū ſic deſumemus. Eſto cibi aliquod genus ſalubrius:quod & uires indat ueſcentibus. Cibum itaq̧ ſic cōparatū ut dulcoribus ſit multis conditū: capiāt nō agreſtes homines qdam & ſorditi in ſtabulis educati:& inopes:& q talibus ueſci cōdimentis nil conſueuerint:ſed opulenti & ſobrii uel ſoli ueſcant̃:cū alioquin:nō ut lautioribus uiris paratū: hi cibum deſumpſerint: ſed pinde agreſtibus.ſi igit̃ cōcedat̃ ut ex cibi huiuſmodi apparatu: q lautiores habent̃ & ingenui:&ſi pauci qdam:ut optime ualeāt: & ex his ipſis cibatibus: ut ruſticiores q̄multi & imperiti rectius conualeſcant: ſi ad hos admittant̃. quos nā iſtoꝶ ad tam ſaluberrimas eſcas nos admiſerimus:̃ lautiores ne illos & ſplendidos: q pauci ſint:̃an ſordidos & ruſticanos q plurimi:̃cū tantūdē utriſq̧ ſi uno eodemq̧ cibo ueſcant̃: ſit ſalubritatis futuꝶ:̃nimiꝶ perſpicuū ē humanitatis & caritatis officiū id ſuadere: ut cōmuni comodo longe magis uideat̃ conducere medicus qui multoꝶ ſanitati pſpexerit:q̄ q paucis medeat̃.id uero exēpli ſi cognitū fuerit:poterit pfecto ad rationalis eſcæ & rationaliū animantiū q̄litatē tranſferri.aduerte aūt Platonem ipſum & ſapientes illos græcoꝶ: ī his q̄ rectius forte ediſſerunt: eoꝶ pſimiles extitiſſe: qui illis ut medeant̃ pmaxime curent:qui ſplendidiores exiſtiment̃ & lauti:& hominum turbā nō magnifaciant.cū longe ſecus iudeoꝶ pphete:& Ieſu diſcipuli egerint:qui uerboꝶ uariā illā & ornatam cōcinnitatem:ut nullius momenti abire diſperditū iuſſerint:& ſapientiā deteſtent̃:quā humanā & ſecundū carnē ſacre littere uuncupant. prium illud & ſimplex dicēdi genus utiq̧ oſtenſuri his ſimile redditū: qui ciboꝶ ſaluberrimā aliquā & ſuaniſſimā parauerint qualitatē q̄ uerboꝶ ſalutifera q̄dam cōpoſitione inſtituat & exornet q̄ poſſint ad turbas ptingere: quibus interea uiri iſti p̄ſtantiores &

ſapientes eloquendo ꝓdeſſe nil poſſunt:& quia ꝑegrine ſunt nati ones:audire haudquaq̄ hos patiunt̄.enimuero ſi futuꝝ eſt:ut ita dixerim:rationalis ut cibus ꝓbum quempiā & mitem efficiat qui eo ueſcatur:cur non longe potior fuerit & rectius cōparata & diui nitus inſtructa oratio? que ꝓbos & mites q̄multos efficiat: con firmetq;:q̄ uirtute hac ipſa ꝑfecerint: q̄ iſtorum ſit luculentius il lud dicendi genus:uel ſi detur ex hoc ꝑ paucos ad modum probi tate & conſuetudine ꝓfeciſſe? quemadmodum enim qui græcus natura ſit ſi uel ægiptiis uelit uel Syris ſaniora q̄dam decernēdo: cōducere:ꝑdiſcere mox audiendo iſtoꝝ linguā curabit:ita ut ꝓ il loꝝ utilitate uel barbare loqui: q̄ græce malit: ſi lingua nequeat ſua ꝓfari quod ægyptiis poſſit & Syris cōferre:ſic ꝓuidens illa di uina natura nō ſolū eoꝝ q græce ſcire credunt̄: ſed ul̄ gētiliū cete rorum imperitiæ condeſcendit: & ex his q̄ ex ſe ubertim audiren tur:ꝓſpexit:ut conſuetis ſibi & uernaculis dictionibus uſi: q hos edocerent: ad audiendum impitā multitudinē ꝓuocent: q̄ facile: ubi ꝑmū ſit introducta:& paululū inſtituta:auſura ſit poſtmodū abditiora q̄dam ſcripturaꝝ ſenſa ꝑcipere. nā & cuiuis liquet q eas ꝑlegerit:altiores lōge diuina ſcripta habere ſententias: q̄ ex his ui deant̄ ꝑferri:q̄ utiq; his q ad conqrendā dei doctrinā ſe ꝓrſus ad dixerint:ſic innoteſcunt: ut ꝓ ſe quiſq; in hac aſſequēda incūbat: uel ꝓ animi mira q̄dā cupiditatē:ſtudii plurimū cōferat. nō igit̄ ut ad ꝓpoſitū r̄deamus ex his cōfirmat̄: ut prudētior celſus affir mat: inepte Ieſum id iniunxiſſe:ut ꝑcutienti maxillā ꝑcutiēdā qs alterā porrigat.& tunicā uolenti relinquat & palliū: ſed ad uitam ꝑfecto ille cōmodiora ut induceret loquebat̄:cū ea īiungeret que utiq; longe ſunt potiora q̄ ea q̄ dixerat in critone Plato:qppe quē nec audire poſſunt indocti qdā & īperiti:& ut iſtos ōmittam:nec doctiores pleriq;: niſi ꝑuſq̄ ad inclitā illā græcoꝝ philoſophiā ꝑ diſcendā acceſſerint:ībuti ſint humanitatis & eloquentiæ ſtudiis. Sciendū ꝑterea neq̄q̄ corruptū iri q̄d de uirtute ſentit̄: ſi incōdite & rudibus uerbis id ꝓferat̄. q̄ in re Celſus & chriſtianā doctrinā ſic inqens criminat̄. ſed de his qdē & aliis q̄cunq; iſti corruperit:

ſat fuerint: que diximus. Et id ſane intelliget q de his plura uelit inquirere. Sed age & cetera uideamus in quibus hec infert. At id proſequamur. non enim hi patiuntur uel templa uel aras uel ſi mulachra & ſtatuas intueri: quod utiq; nec Scythe facerent: nec libici agreſtes illi & barbari homines: nec qui ſine deo ſunt Syri: nec impiiſſime alie deniq; & perditiſſime nationes. ꝙ autem & Perſe id ſentiant: in his ſic tradit herodotus. compertum habeo Perſas his legibus uſos. ſimulachra quidem & aras & delubra eos dicunt erigere: qui non ex lege procedunt: qui uero erexerint ſtultitiæ arguũt: & ut mihi quidem uidetur: quia non ex homibus genitos deos ꝓ græcoꝝ inſtitutis putarent. Et ſane heraclitus ita decernit. Et hiſce ſupplicant ſimulachris: nec fieri poteſt ut ſiquis in tẽplis obgarriat: uel deos uel heroas: q̃les ſint neſciat. quid enĩ heraclito ſapientius: nos inſtruente? is ſiqdem aptiſſime ſuggerit & ſtultũ eſſe fateť: utqs imaginibus ſupplicet: ſi minus intelligat quoti nam uel dii uel heroes ſint. hec heraclitus. At hi ſimulachra apte uituperant. ꝙ ſi uel lapidẽ negent uel lignũ: uel æs uľ aurum deum eſſe: ridiculum ꝓfecto erit id ſapere: Quis enim ea niſi ſtolidus quiſpiam pro diis habuerit? ſed deorum ſunt iſta uel ſacra uel effigies quedam: uel forte nec diuinas quidem has eſſe imagines duxerim. nam aliam eſſe dei figuram: ut & Perſis uidetur: ſe ipſos iſti coarguendo: ignorant: cum dicunt hominem deum ad ſuam feciſſe imaginem: ſpeciem uero ſibimet ſimilem: ſed illud quidem aſſentientur: in quorundam honorem hec eſſe: qui uel ſimiles ſint uel diſſimiles ſpecie fabricata: nec deos eſſe quibus ea ſint dedicata ſed demones. nec eſſe demonibus per hunc ſeruiendum qui deum credat. ad hec erit ſic reſpondendum: & ſi Scyte & libici Agreſtes illi & Syri quos diis carere Celſus affirmat: & nationes alie cum impiiſſime: tum perditiſſime: & Perſe inſuper ipſi: haudquaq̃ ſpectare uel delubra: uel aras uel ſimulachra iam tulerint: haud tamen par fuerit: cur illi uidere hec minime patiantur: & ipſi non eadem toleremus: eſſent nanq; & dogmata ipſa examinanda: ex quorum id ſententia egerint: qui nec tem

pla nec ſimulachra hec ferant: nec ſpectare eadem patiantur. ꝙ ſi ex ſanioribus quibuſdam decretis id prodeat: ut minus iſta feran tur: profecto qui minime tulerit collaudetur neceſſe eſt: qui uero falſis inſtitutionibus pareat: ut criminis arguatur: nam & fieri po teſt ut ex dogmatum differentia quadam hec fiant. Exempli gra tia: declinant hi adulterium qui Citiei Zenonis ſtatuta philoſo phando ſectantur: nec ſecus & Epicuri. Pleriq; eorum decretis ut pareant: qui imperitiſſimi ſint. ſed uide dum adulterium hi om nes declinant: q̃ inter ſe differant: ſiquidem hi ex mutua partim caritate: partim quia preter animantis naturam qui ratione uta tur eſſe decernũt: uelle mulierem adulterare: que alteri cuiq̃ ex le ge prius denupſerit: & alterius hominis corrumpere domicilium. illi uero iccirco nihil adulterando delinquũt: cum adulterio abſti nent: quia bonoꝝ finẽ in uoluptate ꝑfiniunt: & eis pleraq; obſtẽt que uoluptatem hanc intercipiant: qui fornicandi hanc unam ſub ierint uoluptatem: ita ut plerumq; uel in carcerem detrudantur: uel aliis perſequentibus ineant fugam: uel mortes incurrant: non nunq̃ uľ prius q̃ hec patiãtur: & uitæ diſcrimina ſubeant: cũ inte rea uel abeuntem e domo uirum iccirco obſeruant: uel eos qui ui ri partes tutãtur: ut quoad fieri poſſit fruſtra hos habeãt adulterã do: & domeſticos ceteros fallant: & eos inſuper apud quos ſibi in famiæ nota ex adulterio poterat comparari. Atqui in adulterii crimen ultro inciderit uoluptatis gratia Epicurus. Priuatus uero uir aliquis & imperitus cum liceat ei: ut oportunitatem nactus a dulterare: nec tamen adulteret: deprehendetur nonnunq̃ ex inſtan ti legis formidine & cruciatu nullam adulteraſſe: nõ tamen Epicu rei more: ut plurimum uoluptatis uenetur: a fornicandi facinore abſtinebit. Vides ne igitur cum unum ſit adulterii facinus: dum uaria ſibi homines abſtinendo proponant: nõ ipſum id omnibus fieri: ſed plane diuerſum: ſiue ex decretorum quorundam integri tate: ſiue ex prauis illis & impiiſſimis Epicureorum ſtatutis: ſiue ex his: que priuatorum quorundam & imperitorum hominum fuerint. Vt igitur unum illud: hoc eſt adulterii abſtinentia:

&ſi iddem eſſe ꝑtenditur: multiplex tñ ꝓ uariis inſtitutis id fore compertũ eſt. ſic & qui minus apud aras & templa & ſimulachra: Ieſu colere patiunt̃ ſiue ſcythe hi fuerint: ſiue libici quidã paſto res: ſiue q ſine deo ſunt ſyri: ſiue deniq; Perſe: ex decretis aliis qui buſdam id egerint: atq; ea ſine: quibus uel chriſtiani uel iudei nil tolerent deũ ſic coli: ut multi colendũ hunc duxerint. Et ſane illo rum nemo quia deoꝝ rligionẽ & cultũ infictilem eã traducat ma teriam & ita effigiatã: nec aras nec ſimulachra hec patiet̃: ſiue quia de demonibus illud acceperit ꝙ in his imaginibus & locis iſti in ſideãt: & ueneficiis quibuſdã ad hec euocent̃: ſiue alias utcũq; ſibi ꝑripere ea loca potuerint: in quibus dũ auidius ſacrificantiũ obla tiones ſuſcipiũt ut impiã uoluptatẽ uenant̃: ita & impios captãt. Chriſtiani uero & item iudei cũ audiunt: dominum deũ tuũ time bis & illi ſoli ſeruies: & nõ erunt tibi dii ꝑter me alii: nec tibi fece ris idolum: nec rei ullius ſimilitudinẽ: quecũq; in celo ſunt & ĩ ter ra deorſum: & q̃cunq; in aquis deſup terrã: nõ adorabis ea nec ſer uies illis: & deũ tuum adorabis & illi ſoli ſeruies: & ob alia pleraq; non his diſſimilia: non modo deorum tẽpla & aras & ſimulachra hec auerſant̃: ſed uel ad mortem: ſi fuerit neceſſe: promptius ueni unt: ne ex aliquo exceſſu & impietate prorſus inquinent quod de deo omnium conditore optime ſentiunt. Superius autem de per ſis facta mentio eſt: quamadmodum nec templa hi ponerent: cũ & ſolem alias colerent & dei ſtructuras: ſic enim ſunt inſtituti: qđ utiq; nobis & interdicitur: ut intelligamus poſthabitis ceteris unum eſſe deum colendum: & quemadmodum ſit omnino futu rum: ut creatura hec liberetur a ſeruitute corruptionis in liberta tem gloriæ filiorum dei: & ꝙ expectatio creaturæ reuelationem filioꝝ dei expectat: & ꝙ uanitati creatura ſit nõ uolẽs ſubiecta: ſed ꝓpter deũ q eã ſubiecit in ſpe: nec oportere q̃ ĩ ſeruitute corrupti onis ſint: & uanitati ſubiiciũt̃ & ĩ ſpe meliore hec faciant: dei loco nulla re ĩdigentis: uel filii eius oĩs ꝓmogeniti creature uicẽ ꝑoccu pãdo ut honorent̃. Sed ſatis iã ad ea hec ſint: q̃ de pſaꝝ gente me minimus: aras & ſimulachra penitus auerſantiũ: & creature potius

ſeruientium q̃ creatori. ſed cum heraclyti dicta explicando protu
lerit: que ſtultius eſſe ſignificarent ut ſimulachris quis ſupplicet:
ni deos prius hic norit & heroas: quales nam ſint: dicendum erit:
& poſſe deũ cognoſci & cũ eo ſimul & unigenitũ filiũ: & q per de
um eo ſunt & honore dignati: ut dii dicãtᷣ: & eius diuinitatis par
ticipent: quos plane cõſtat a gẽtiũ diis eſſe penitus alienos: qui de
mones ſint: nõ igitᷣ fieri id poterit: ut & deũ qs nouerit & ſimula
chris ut ſupplicet: nec ſolũ ſtatuis ſupplicare ueſanius eſt: ſed quod
pleriq; uſurpãt: uel hoc ipſum diſſimulare. quod utiq; peripatetici
faciũt & epicuri & q democriti decreta ſuſcipiũt. nil enim oportet
eius animo quod adulterinũ ſit: ĩſit: q in uero ac pie deũ coluerit.
nec ſimulachra qdẽ nos ueneramur: nec eo tenus: quantũ ĩ nobis
fuerit: ut uel ĩ eã ĩcidamus opinionẽ: q̃ imagines iſtas: aliquos eſſe
deos putemus: unde cũ Celſo: tum ceteris itẽ deos eſſe ſimulachra
negantibus: crimini damus: qa cũ ſapientes ſint habiti honorẽ uĩ
dentᷣ imaginibus detuliſſe: quos poſtmodũ uulgus ſectando: nõ
ſolũ qa alios imitetᷣ: dũ recte ſe colere arbitratᷣ: delinqt: ſed quia ĩ
clinatus animus enixe incumbat: ut deos eſſe hos credat quos alii
uenerentur. & ita ut ne audire id tulerit: ut deos eſſe qſpiã neget q
p ſe adorentᷣ. Celſus igitᷣ haudquaq̃ ꝓ diis ſimulachra haberi afᷣ
firmat: ſed diis dicata: cũ alioqn minus oſtendat: nõ hominibus
fuiſſe hec cõſecrata: ſed ut ipſe dixerit ĩmortalibus diis: cũ plane p
ſpicuũ ſit huiuſmodi facere & affirmare: hoĩm eſſe circa diuinitatẽ
errantiũ: ſed ne diuine q̃dem imaginis ſimulachra hec eſſe duxeri
mus. quippe qui dei ut inuiſibilis ita & incorporei formam nullã
effigiamus. uerum tamen ubi nos exiſtimat Celſus in contraria
recidiſſe: quãdoquidem in hominis ſpeciem deum eſſe negemus:
& eũdem credamus ad ſuam imaginem hominẽ effinxiſſe. ad hec
haud ſecus erit ac ſuperius diximus: reſpondendum. quia in anĩ
ma racionali que & ſecundum uirtutem qualitatẽ excipiat: ineſſe
hanc dei imaginem dicimus. deinde Celſus cum minus inteligat:
quid nam interſit cum dei imaginis dicitur: & ad dei imaginem:
deum ait nos affirmare ad ſui ſimilitudinem hominem ꝓcreaſſe:

& ſibimet ſpecie ſimilē: ſed ī ſuperioribus ad hec ſatis reſpōdimus.
De chriſtianis p̄terea meminit: queadmodū aſſenſuri ꝓculdubio ſint ſimulachra iſta eſſe quidē inquorundā honorē: qui ſpecie uel ſimiles ſint uel diſſimiles: facta: nec deos hos eſſe quibus hec dedi tenť: ſed demones: nec fore neceſſe ut demōibus ſeruiat: qui deū coluerit. at ſi demonū hic rationem teneret: & qualia eoꝝ ſinguli operenť: ſiue ab his īuocati q inuocādi artē hāc calleāt: ſiuē ſpōte ſe offerāt: q̄ uelint uel querint: operādo: & cōciperet aīo de demōi bus dici q̄multa poſſe: & humanæ naturæ difficilia captu: haudq̄ q̄ nos incuſaret: ueluti aſſerentes nil oportere eū demōibus inſerui re: deū q colat. & ꝑfecto tantū abſumus ut demonibus his ſeruia mus: ut uel precibus: uel ſacraꝝ litteraꝝ doctrina ex humanis hos animis abigamus: & ex locis his ꝓpulſemus: in qbus collocati iā p hoīes eſſent. pſepe etiā ex brutis animātibus ipſos eiicimus. nā & in hoꝝ pnitiē nōnulla demones operanť. ueꝝ qa de Ieſu q̄mul ta ſuperius diximus: haudquaq̄ ſunt ea in p̄ſentia repetēda: ſiqdē aperte hi cōuincunť: nec deū qdem nec demonē: ſed mortuū cole re. his itaqꝫ q̄ diximus ratione ōmiſſis: cōſideremus iam Celſi inſe quentia dicta: q̄ iſtiuſmodi ſunt. eniuero illud ip̄mis rogabimus cur enim demōes colēdi nō ſint: nōne ꝑ dei arbitrio oīa gubernā tur: & oīs ex eo eſt ꝓuidētia? & ſane quicqd uſpiā geriť: ſiue p an gelos ſiue p demones alios: ſiue p heroes: id omne ex ſummo deo accipit legē: cōſtitutū eſt aūt ut ſingulis ī rebus uim habeat qſqꝫ: q̄ ſit ut ſortireť dignatus. hūc igiť q īde ſit id poteſtatis adeptus: nō ne iure is colat: q deū coluerit? nō eni inquit fieri id poteſt: ut multis dominis ſeruiať. aduerte hoc loco quāta nā iſte ſit corripi endo cōplexus: q̄ tn̄ ſunt nō negligētius inqrenda. ſed ex arte q̄dā inueſtiganda: q̄ oīa uel ꝓfundiora cognitu & plane recondita gu bernenť. cū eni uniuerſa ꝑ dei aganť arbitrio: q fieri poteſt ut qs ea examinando conquirat? & ſane querendum utrum dei id regi mē & reꝝ oīum moderatio: ad eā q̄ delinquunť ptingat an mini me? qꝫ ſi uľ ad peccata ptigerit: nec ea ſolū q̄ praue p hoīes cōmittū tur: ſed q̄ uľ demōes ipſi & quis alia extra corpus patrarit: uideat

Celſus quid abſurdi ſequatur: qui cũcta ꝓ dei arbitrio aſſerat gubernari. ſiquidẽ id ſequeretur: ut uel quicquid ubiq; peccat᷑ & que a uiciis uniuerſa ꝓdirẽt: pro dei arbitrio inſtituta: eius ꝑmiſſu ꝓculdubio fierẽt. quia deo nil ꝓhibente hec patrarent᷑. quod uꝫiq; ab eo eſt lõge diuerſum: ꝙ ſe nõ ꝓhibente id fiat. ꝙ ſi quis ꝓprie quid gubernari illud deſignet acceperit ꝑfecto id præ ſe ferre intelliget q̃ a uitiis. ſ. ꝓdeunt diſpenſari: hoc eſt ꝙ oĩa ex dei ſententia diſpenſent᷑. nec ĩpie agat ĩ dei gubernationẽ quicunq; deliquerit: de prouidentia aũt ſic diſtinguendo: dicẽdũ. cũ enĩ oĩs ex deo ꝓuidentia dicit᷑: profecto ueri aliquid profert: ſi tñ de rebus ꝑſtãtioribus nõnullis ea ſit prouidẽtia: ꝙ ſi oĩo reꝝ omniũ que gerũt᷑ prouidentiã eſſe dicamus: uel ſi praue quid fiat: falſum id eſſe coarguet᷑. ꝙ oĩs ex deo ſit ꝓuidentia: ni forte ex his q̃ ex ꝓuidẽtia ſubſequunt᷑: ex dei eſſe quis ꝓuidentia dixerit. decernit aũt uel quicquid in uniuerſo cõſtiterit: uel dei opus uel angeloꝝ: uel demonũ alioꝝ & heroũ: ex ſummo deo legẽ habere. & ſane haudquaq̃ uera fatet᷑: nõ enĩ q̃cunq; impie egerit ꝑinde dei legẽ & ſummi ſectãdo: id agũt: ſed legẽ excedere: & neq̃ter facere: ſcriptiones diuine nõ ſolum prauos hoĩes dicũt ſed ꝑditos demones & ĩprobos angelos. iſtiuſmodi aũt demones non modo nos eſſe aſſerimus: ſed omneſ fere q & demones deos eſſe memoriæ ꝓdiderũt. fit igit᷑ ut nõ oĩa ex ſummo deo habeãt legẽ. q̃cunq; enĩ uel ſuapte incuria uł uitio uł malignitate: uel bonoꝝ in igorãtia a lege diuina exciderint: dei legem nõ ſunt cõſecuti: ſed id ut noua q̃dam appellatione: & ſacriſ ex litteris ex ꝑmã: peccati hauddubie hi legẽ habuerint. ex multorum igit᷑ q demones ponũt: ſentẽtia: uel ĩprobi demones illi: & ſi ex deo nullã ſortiti ſunt legẽ: legẽ tñ ꝑtereundo: delinquũt. iuxta nos uero demones q̃dem ſunt oẽs: q e uia ſint q̃ ad meliora traduceret: lapſi: cũ antehac nullibi demões extitiſſent. & cõſtat ſane demonũ eẽ ſpeciẽ quãdã: q a deo deſciuerit. quocirca nec demonibus ipſis ĩſeruiet: q deũ coluerit. enĩuero q̃ demonũ ſunt ex his ĩnoteſcent: qui uel ad amores cõciliãdos: uel ad inuidiam faciendam: uel ad opera quedam interpellanda: & huiuſmodi cetera infinita.

didicimus:& huius organa ſepulchro honorifice demandare. Nō enim par fuerit rationalis animæ domicilium utcūq; ſors tulerit: quemadmodum & brutorum ſolemus: inhonoratum abiicere:& illud precipue quod animæ ſanctioris receptaculum fuerit. Poſt hec Celſus quod tam chriſtiani q̄ iudei predixerant: cum reddūt de euitandis idolothytis rationem: Et aſſerunt nequaq̄ ei eſſe cū demoniis conueſcendum qui deo ſe prorſus addixerit. Sic inquiens ſubdit:nos igitur quo ad cibatū potumq; attinet: haudquaq̄ aliter nouimus quempiam poſſe cum demonibus ueſci: ni forte ex his que diis libātur & imolant᷑ aliquid in cibum deſumat. ſed Celſus quidem id oppinetur: & ut alias dixit eos exiſtimet demonum menſe participes fieri qui pane terreq; fructibus aliis diueſcatur:& uinum potet & aquam ebibat:quia ſuo iudicio p demones iſta ſumminiſtrentur: dicat p̄terea ſi modo id lubet: & qui uel auram ipſam hāc ſpiret: a demonibus quibuſdā:id forſitā accepiſſe: pinde his ipſis donantibus:ut aeris conſtitutis p̄ſidibus:uite hāc auram ut animantia ſpirent. Oſtendat etiam quicunq; ut lubet: ex Celſi his dictis: & arguat uelim apertius non per dei angelos quoſdam ſed demones quoꝝ ſit genus omne nequiſſimū uniuerſa hec regi: & nos ipſos affirmet id aſſerturos: haudquaq̄ iniuſſu: ut ita dixerim:inuiſibiliū agricolaꝝ:& aliorum diſpenſatorum:q non modo e terra:ſed e quouis aquæ ꝓ fluuio:uel aere generent᷑: terram ꝓducere:que p naturam regi & diſponi dicunt᷑. Et aquā q dem in fontibus ipſis & natiuis flumiuibus inundare deferriq;: aeremq; item indifferenter ſeruari:& uitalē his fieri q ipſum hunc ſpirent: nil tamen fatebimur demones eſſe inuiſibiles quoſdam q rebus hiſce terrenis preſideant. at ſi audientibus nobis profari nō nulla licuerit:dicturi plane id ſumus. ꝙ ſi uel uindemie graciles ſint & uuarum ſterilitates: uel ad arborum fructuumq; iacturam & ſiccitates:& aeris demum corruptio: ſiue ad animantium plerūq; pernitiem ſiue ad deſeuientem in homines luem. Demones ipſos perinde carnifices hec omnia facere diuino quodam iudicio: poteſtate accepta: ut hec ſtatutis temporibus operentur: ita ut &

res ipſas eneruent & hominum uitient ualitudinem: ſiue ut ſe ad rectiora cõuertant: ubi in profuſiorem nequitiam erupiſſent: ſiue ad rationalis generis exercitationem id fiat: ut qui inter tãmultos mortalium in uera pietate & cultu pſtiterint: cum minus interea deteriores reddantur: inuiſibilibus item & uiſibilibus ſpectatori bus innoteſcant: qui non dum eorꝝ cõtemplentur conditionem: & qui ſe longe aliter habent: ſua uitia occultantes: ubi quales ſint tandem ex his que contigerint arguunť: ut deniqꝫ reſipiſcant: & notiores: ut ita dixeri: ſpeſtatoribus fiãt. Quod utiqꝫ himnidicus Dauid ille teſtatur: quemadmodum ſcilicet diuina ſententia p ne quiores angelos quoſdam: que truciora ſunt exercenť. cum inqt. Immiſit in eos iram indignationis ſue: indignationem & iram & tribulationem p angelos malos. ſi uero hec preter: alterius rei cau ſa fiat ꝙ demones hec agere permittunť: qui enixe ad nequitiam ſe exercere puelit & perpetuo que praua ſunt factitare: & ſi alioqn: quia ꝓhibentur nonnunq̃ hec nequeant ſemp ꝓ arbitrio exequi: qui poterit: diuinum ſcrutetur iudicium: pro humanæ naturæ ui ribus imaginando multiplicem & repentinum e corporibus ani marum exceſſum: uiis hiſce utentium que ad mortem mediam fe rant. Nam & magna ſunt dei iudicia: & eorum præ magnitudinẽ: haudquaq̃ ſunt mente ſuſceptibilia: que mortali ſit ad huc corpo ri illigata: unde & in explicabilia ſunt & rudioribus animis nullo pacto ſpectanda quo fit ut qui iudicia dei ignorẽt: dũ peruicacius audent: & diuinitati dum petulanter inſiſtunt: & aduerſus proui dentiam ipſam impia quedam decreta dũ inferunt: mirum in mo dum eorum ueſaniam augeant. Non itaqꝫ a demonibus ſingula queqꝫ ad uitam neceſſaria ſumimus: & hi precipue qui decẽter his uti didicerint: nec ſane demonibus hi conueſcuntur: qui frumen to: uino fructibuſqꝫ aque & aere perfruuntur: ſed diuinis potius angelis: qui dei ex inſtituto his preſident rebus & perinde eius q pietate polleat: ad cenam uocẽtur: dicta hec audiãt: iſtiuſmodi noſ inſtruentia: ſiue enim mãducatis: ſiue bibitis: omnia in dei gloriã

facite. & alibi: ſiue manducatis ſiue bibitis omnia in nomine dei facite. Cum itaq; in dei gloriam manducamus & bibimus & aurã hanc ipſam ſpiramus: & ea ex diſciplina omnia facimus: alteri profecto nulli conueſcimur: niſi angelis dumtaxat cœleſtibus. Nam & omnis cræatura dei bona: & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per uerbum dei & orationem: neq; enim creatura uel bona fuiſſet: uel ſanctificari ſat poterat: ſi demonibus eſſent: ut Celſus affirmat: curanda cuncta hec tradita. Ex his autem liquet: quemadmodum & ſubſequentibus Celſi dictis ſit per nos occurſandum: que huiuſmodi ſunt. Aut enim nullibi nobis uiuendum: cum interea repudiandum id minime ſit: aut certe neceſſe fuerit omnino ut qui ad uitam conceſſerit: demonibus his gratias agat: qui ſunt terrena iſta in curam ſortiti. Primitieq; item & uota quoad uixerimus illis reddenda: ut benigniores hos nanciſcamur. Et ſane nobis uiuendum eſt: & ex dei doctrina uiuendum: q̃diu licuerit: & ſecundum hunc fuerit ut uiuatur permiſſum. quod utiq; tunc permittetur: cum ſiue nos manducamus ſiue & bibimus: in dei gloriam cuncta fecerimus. Nec p nos erit repudiandum: quominus gratias conditori rerum agendo: que ille creauerit perfruamur. & ſane ad hec potius ſumus in uitam per deum inducti: q̃ ea qua Celſus putat decauſa. Nec demonum ditioni ſubiicimur: ſed preſidi rerum deo: per chriſtum Ieſum nos offerentem. Et ex lege quidem diuima: nullus profecto que in terris ſunt præ innata nequitia ſortitus eſt demon: lex ſiquidem his uel loca preſcripſit in quibus cognitionis dei ſit ſo ſolitudo & uitæ que iuxta ſe degitur: uel ubi is plurimum ualeat qui a diuinitate ſit alienus. Vel forte pro huius cupiditate & preſides quidam: ad nequiores quoſdam excruciandos: per uerbum quod omnia moderatur: ſunt inſtituti: & in eos ut imperium habeant: qui iſtorum ſe ſe nequitiæ potius q̃ deo ſubiecerint. quocirca Celſus: ut dei ignarus: gratias demonibus reddat: nos uero cõditori rerum morem gerentes: pro eius collatis in nos beneficiis:

ubi & gratias diximus oblatis panibus ueſcimur: qui utiq; ex oratione & precibus ſanctius quiddam corpus conflantur: quod ſane ſanctiores hos reddit: qui mente integriore hoc ipſo utantur. Placet preterea Celſo: ut & primitie demonibus offerantur. nos uero iubenti illi: germinet terra herbam uirentem afferentem ſemen iuxta genus ſuum & ſpeciem ſuam: & lignum fructiferum faciens fructum: cuius ſemen in ſeipſo ſecundum genus ſuum in terra: oblaturi primitias ſumus: ubi uero has obtulerimus: huic & uota ſummittimus: pontificem nacti ut magnum: ita & cœlum pertranſeuntem: Ieſum filium dei: ſpei noſtre teneamus: q̃diu ſupſtites ſumus: confeſſionem. Cum ſint erga nos cum deus: tum eius filius clementiores: qui utiq; deus in Ieſu nobis innotuit: q̄ ſi angelorum multitudinem aliquam concupiſcimus: in nos ſe ut clementius gerat: diſcendum id erit: & mille milia aſſiſtebant ei: & mille milia miniſtrabant ei: que utiq; multitudo cognatos ſibi & amicos hos fecerit quos ſuam uiderint erga deum pietatem imitari & cultum: ita ut eorum opitulentur ſaluti: qui deum & inuocent & ex animo deprecentur: apparendoq; & exhortando: neceſſarium ducunt ut ſibi obtemperetur: & ipſi ueluti ex uno eodemq; cætu ad eorum cum beneficium: tum ſalutem concedant: qui deum ſupplicando adorent: quem ipſi item & adorant & ſuppliciter uenerantur: ſiquidem ſpiritus omnes qui miniſtrandi ſungũtur hoc munere: eorum gratia ad diſpenſationes mittunt᷑: qui ſalutem ſunt ut hereditariam habituri: dicant igitur græcorum philoſophi humanam animam demones quoſdam fuiſſe uel a creatione ipſa ſortitos. At Ieſus nos docuit ne uel ecclesiæ qui paruuli ſunt. Aſpernemur: cum inquit. Iſtorum angeli ſemper uidẽt faciẽ patris mei qui incelis eſt: & item ꝓpheta. Immittet angelos domini incircuitu timentium eum: & liberabit eos: non itaq; & ipſi demones eſſe in terris q̃ multos negamus: quippe quos conſtare aſſerimus: ſed in prauos quoſdam ob eorum nequitiam ditionem habere: nil poſſe tamen in eos qui dei armaturã ſuſceperĩt:

ut poſſint aduerſus diaboli inſidias ſtare: & illorum colluctatio
nes animo ſemper uerſare. ubi primum cognouerint: non eſſe no
bis aduerſus carnem & ſanguinem colluctandum: ſed aduerſus
principatus & poteſtates & aduerſus mundi rectores & tenebra
rum: aduerſus ſpiritalia militiæ in ſuperceleſtibus. ſed pernoſcen
da nobis ſunt Celſi & alia dicta huiuſmodi: nun ſane perſarum ſi
ue Romanorum imperatoris perfectus aliquis ſiue Eparchus exer
cituſq; ductator: ſiue proconſul: uel ſiqui ſunt alii qui & minores
geſſerint magiſtratus: ue procuratione fungãtur: ſiue adminiſtrã
da quedam ſuſceperint: magnum quiuerint in modum officere ſi
negligantur? qui uero aerea & terrena hec moderantur & admini
ſtrant: parum ne ſunt obfuturi: ſi contumeliis forte afficiantur?
aduerte quemadmodum humanos quoſdam prefectos eparchos
duceſq; & proconſules qui ue minorum funguntur magiſtratu
um munere: procurationeſq; gerant & pleraq; adminiſtrẽt: indux
erit Celſus: ut plurimum nocituros ſe laceſſentibus: cum minus
intelligat nec ſapientem quempiam uirum obeſſe cuiq̃ uelle: ſed
quoad ei dumtaxat licuerit: qui ſe ſe iniuria quauis affecerit maxi
mum in modum percupere ut ad rectiora traducat: & reddat: ſi li
ceat: meliores: ni forte Lycurgo qui leges lacedemoniis condidit:
Citieo illo Zenone: iuxta Celſum: dei cũ Satrapes iſti: tũ eparchi
& perfecti exercitus: fuerint inferiores. Licurgus ſiquidem cum in
ditionem iam accepiſſet: qui oculum ſibi excuſſerat: non modo il
latam iniuriam nil uindicauit: ſed illum tam diu enixe commone
fecit: quoad tandem ſe ut ad philoſophiam conferret: ſuaſit. Et
Zenon item ad eum qui ſibi conuitiaretur: diſperеam dixit niſi
te amicum conciliauerim. Nec eos commemoro qui ex dei doctri
na iam impinguati: id audiunt. Diligite inimicos ueſtros & orate
pro perſequentibus uos: ut efficiamini filii patris ueſtri qui in cœ
lis eſt: & qui ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos: & pluit
ſuper iuſtos & iniuſtos: & in prophetis iuſtior ille ſic inquit. Do
mine deus meus ſi feci iſtud ſi eſt iniquitas in manibus meis: ſi

reddidi retribuentibus michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis: perſequatur inimicus animam meam: comprehendat & conculcet in terra uitam meam. Non enim ut autumat Celſus dei ſatrapes ipſi & Eparchi: procuratoreſq; ãgeli & miniſtri: malis affecerint: qui iniuriam inferant: at ſi qui demonũ quos imagina tus eſt Celſus:: quia praui ſunt: forte offecerint: ut quibus nullus ſit uel militaudi uel procurandi a deo creditus magiſtratus: uel il lis haud dubie ſunt qui ſibi ueluti dominis obſequuntur: obfu turi q̃ maxime: & hac forte de cauſa: qui quouis in loco legem pre uaricantur: qua plane cauetur: ut re quauis ueſci nil liceat: ſi ſub iſtorum ſunt demonum poteſtate: proculdubio malo afficiunt̃: ſi uero haudquaq̃ eorundem ſe ſe obnoxios numini fecerint: libe ri ſunt: nec mali quidpiam ab his perpeti poſſunt: ita ut abire pro cul & in rem malam demones iubeant: qui uero: ut in cæteris ig nari & rudes: demonum ſe ſeruituti obſtrinxerint: lædi ab his fa cile queunt. Non tamen qui in uero chriſtianæ ſit religionis ſecta tor: & deo ſe ſe & eius uerbo addixerit: ab hiſce demonibus quid piam patietur: ut qui longo ſit interuallo illis ſuperior: nec malo affici preterea poterunt: quia immittit angelus domini in circui tu timentium eum: & eripiet eos: & eorum angelus ſemper uidet faciem patris qui in celis eſt: orationeſq; & uota per ſolum pontifi cem Ieſum ad deum defert omnipotentem. quinetiam illorum ſi mul hic cauſa ſupplicabit: quorum & procurationem ſuſceperit. non igitur teneat Celſus: offenſum iri nos: demones comminan do: quippe qui uel neglecti & ſpreti obeſſe nobis nil quiuerint: ei iam inherentibus: qui ſolus poteſt: ſe quibuſuis dignis opitula ri: & angelos inſuper his ſuos preficere: qui pie ſe colant: ne aduer ſantes angeli: angelorumq; iſtiuſmodi peruerſorum ductor & hu ius ſeculi qui dicit̃ princeps: In hos queant aliquid operari: qui deo inheſerint. Deinde oblitus iam Celſus ad chriſtianos ſe ora tionem habere: & hos dumtaxat affari: qui deo pei filium ſuppli cent: uel aliena temere quedam confundens & chriſtianis dicenda

coaptans: ſic ſinquit. Si enim barbare quis hos appellauerit uim
utiq; ſunt habituri: ſi græce latine ue: pfecto nullã. uerũtñ: oſten
dat hic uelim: quẽ nam ipſi: ut auxilio ſit inuocãtes barbare appel
lemus? & tandem ipſe ſibi ſuadeat fruſtra ſe hec in nos effudiſſe.
His ſedulo inſiſtendo: q̃ chriſtianorum qui reliqui ſunt haudq̃q̃
inter uota & preces his ipſis utant nõibus que ſacris ſunt litteris
prodita: & in dei ſint nuncupationibus inſtituta. At græci quidẽ
græce hunc nominat: & latine romani: & ſinguli item natiua &
uernacula lingua deum precantur: & laudibus pro ſe quiſq; extol
lit. Enimuero qui eſt linguarum omnium dominus audit qdem
q̃uis lingua orantes: nec ſecus ac ſi unam tantiſper: ut ita dixerim:
pro rerum ſignificantia: uocem exciperet e uariis linguis expreſ
ſam: non enim preſidens uniuerſe machinæ deus: ueluti unus ali
quis fuerit: qui barbaram ſit linguam uel græcam ſortitus: & ita
ut cæteras neſciat: uel ut nil cæteros curet: qui alio quodam dicen
di genere: utcunq; loquãtur. Poſt hec Celſus: ut qui chriſtianum
neminem audiſſet: ſed quempiam forte e turba: qui & impius &
rudior fuerit: huiuſmodi ait chriſtianos iactare: ecce ubi uel Iouis
ipſius uel Appollinis uel cuiuſuis dei aſtiterim ſimulachris: & ma
ledictis inceſſerim: ita ut alapis cedam: profecto iniuriam nemo
hanc ulciſcetur: nec ſe quoq̃ pacto tutabitur qui ceditur deus. cũ
tamen minus intelligat eſſe diuina lege ita iniunctum: diis non
maledixeris: ne ueſtrum os inſueſcat cuiuis maledicere qui id au
ditis: benedicite & nolite maledicere: & illud ſitis edocti: maledici
dei regnum non hereditabunt. Quis enim noſtrum adeo deſipit:
ut non plane intelligat: nihil iſta ualere: ad tollẽdam de legitimis
apud hos diis: opinionem: quandoquidem uel qui deos penitus
negant: & prouidentiam tollũt: & per praua quedã & impia dog
mata philoſophorũ pide ſectã cõflauerit: uł q iſtos ſequũt: haudq̃
q̃ malis hiſce afficiantur qbus affici pleriq; hos putãt: ſed diuitiis
affluunt & proſperiore ſunt corporis ualitudine: q̃ ſiquis querat
quid nam iſtos affecerit: aduertat ut ingenti & precipuo quodam

ſint malo affecti: quid eni aliud fuerit quod acrius poſſit officere: q̄ uel ex hac mundi ſtructura: & diſpoſitione: nullam habere cōditoris ſui cognitionem? quid preterea calamitoſius: q̄ mente penitus excecari: nec eum attendere: qui ut pater eſt: ita & uniuerſa condiderit? iſtiuſmodi dicta cum iſte nobis accomodat: chriſtianos ſedulo criminatur: ea minine affirmantes que in ſui defenſionem afferre is arbitratur. Quod ſane ludibrium potius q̄ defenſio foret in qua perinde nos alloquens: inquit. Non igitur uides uir optime: quemadmodum tuum demonem non ſolum quis obſiſtendo maledicentia inſectatur: & terra mariq; exterminat: ſed te ſibi ut ſimulachrum aliquod dedicatum: uinctum deducit & palo ſuffigit: & demon iſte: uel ut ipſe affirmas dei filius: nil prorſus illa tam ſibi iniuriam uindicat. locum forſitā eſſet Celſi iſta defenſio habitura: ſi dictis hiſce nos uteremur: que nos protuliſſe falſo conſcripſit: tam&ſi neq; hoc pacto uera hic fateretur: cum dei filium demonem dicit. Quandoquidem iuxta nos qui demones omneſ nequiores eſſe aſſerimus: haudquaq̄ demon hic fuerit: qui hominum multitudinem ad deum conuerterit: ſed deus uerbum & dei filius eſt nuncupandus. Per Celſum uero qui de prauis demonibus nihil conſtituat: neſcio quo pacto ut ſui oblitum Ieſus demō denominatur. Cæterum que de impiis apud nos tradita ſunt: uel poſt omnes medellas quas tamen haudquaq̄ admittunt: ad eos ꝑtigerint: qui nequitia quadam & incurabili capiuntur. Nos uero cum de futuris ſuppliciis nonunq̄ diſſerimus: commonefaciēdo: q̄multos a prauis facinoridus ad rectiora conuertimus. At ꝓ Celſi ſententia: uel apollinis uel Iouis ſacerdos qualia reſponſa ediderit: pernoſcamus. Aliquando tandem inquit commoliture deoꝝ ſunt mole: aduſq; natoꝝ natos: et q naſcēt̃ ĩpoſteꝝ. aduerte q̄ melius illud qđ ſacris ĩ litteris ttadit̃. nō eni moriēt̃ parētes ꝓ filiis: nec filii ꝓ parētibus ſūt morituri: unuſqſq; ĩ peccato ſuo morieť. & illud p̄res comederunt uuam acerbam: & obſtupuerunt dentes filiorum. Et filius non portabit iniquitatem patris: nec pater filii.

iuſtitia iuſti ſuper eum erit & impietas impii erit ſuper eum. ꝙ ſi quis his dictis aduſq; natorum natos & qui naſcentur impoſterum: noſtrum illud ſimile afferat: qui reddit peccata patrū in filios ad ſecūdam & tertiam generationem qui ſe oderint: ediſcat quemad modum in Ezechiele parabola: ipſum hoc preferat: ut perinde dic tum id improbet: patres comederunt uuam acerbam: & obſtupu erunt dentes filiorum: quod dictum mox illud ſubſequitur: uiuo ego dicit domiuus: niſi quiſq; ſuomet peccato morietur. Sed neq̄q̄ huius eſt temporis explicare: quid nam hec parabola ſentiat: que ad tertiam generationem & quartam denuntiat referri peccata. De inde: ut contentioſe anicule ſolent: nobiſcum iurgando: ſic infert. Ipſe uero iſtorum ſimulachra conuiciando irrides: ꝙ ſi preſentes uel bacchum criminando uel Herculem obiurgaris nil forte letus abſceſſeris. At qui tuum hunc deum preſentem: diſtentum excru ciarūt: nullum ſunt infortuniū: ubi tam feda patraſſent: perpeſſi: ſed neq; impoſterum quidem per tot uitæ curricula: mirandum aliquid per hunc in eum editum eſt: qui ſe non magum eſſe ho minem: Sed dei filium crederet: & ſane qui filium: ouium qua rundam ob gratiam miſerit: crudeliter poſtea ita excruciatum: ut oues partim deperderet: partim negligeret: tot iā elapſis tempori bus: nullam ad huc huius curam ſuſcepit: quis tam fuerit impius pater? at ille inquies ſic uoluit forſitan: & contumeliis iccirco affi ciebatur: at bacchus & Hercules: ut ipſe in deos id impie dixeris: dici etiam poterunt uoluiſſe: & iccirco conuitia tolerant: nam & optimum fuerit ut cum paribus paria conferantur. Sed hi quidē: in maledicum uel fugacem: uel latitantem comprehenſumq; & de perditum demum acrius uindicarunt. Et ad hec quidem dicturi nos ſumus: nemini nos maledicere: quippe qui dicenti obtempe remus: maledici regnum dei non hereditabūt. Et illud legamus: benedicite maledicentibus uobis: benedicite & nolite maledice re. Nec ſimus eius dicti ignari: cum maledicimur & benedicī mus. ꝙ ſi maledicentia hec ius aliquod ei ad uindictam attulerit

cui inferri iniuria uideatur: nō tñ id nobis dei doctrina ꝑmiſerit: quanto minus cum plurimum præ ſe ſtulticiæ ferat maledicentia iſta: in neminem erunt conuitia ingerenda: æque autem ſtultum erit: uel lapidem: uel aurum: uel argentum: maledictis inceſſere: que utiq; ſunt in deorum formam effigiata: & illis dicata qui a di uinitate longius abſunt. Quo fit: ut nō ſimulachra hec ipſa in ani mata nos magis irrideamus: q̄ eos q iſta adorent: ſed eſto ſi ut de mōes qdā: q imaginibus iſtis īſederint: e qbus is qdē ſit bacchus: hercules ille: haud tñ his ipſi cōuitiamur & meledicimus: ſupuaca neum nanq; id foret: nec ex eius cōditione cui anima ſit quiete & manſuetudine ꝑdita: & q̄ plane didicerit: haudquaq̄ homini ex li uore cōuitiari. Neſcio tñ quo pacto in id uel nolens reciderit Cel ſus: hos ipſos ut demōes: quos pauloante ut deos colaudaſſet nūc re ipſa nequiſſimos eſſe coarguat: ſiqdem ulciſcendi ſe potius gra tia: q̄ alios corrigendi: penas ingeſſerint: ubi his qſpiā maledixe rit. inquit enim ſi bacchū ipſum uel herculē maledictis inceſſeris: nil forte ſis letior abceſſurus. Veꝝ quo pacto non ꝑſentē qs audi at: q uelit oſtendat: cur ue nunc dii hi adſint: nunc uero abſcedāt: & q̄ nam ſit demonū iſta: de loco ad locū demigrandi induſtria. Poſt hec Celſus exiſtimans Ieſu corpus illud diſtentū & tormētiſ affectū: poſſe ꝑinde deū nos eſſe aſtruere: & nihil in eo extitiſſe di uinitatis: ſic inquit. Tuū uero hunc deū uel ꝑſentē: q diſtentū pa tibulo excruciarunt: nil mali ſunt tanta hec patrando ꝑpeſſi. Hec Celſus. ipſi uero: & ſi pleraq; q̄ dei filius humanū inmodū ꝑtule rit in ſupioribus iā explicarimus: ne eadē ſepe uideamur repetere: miſſa nunc facimus. ſed cū deinceps affirmet: uel īpoſteꝝ in tanto uite hoc ſpatio: nil prorſus mali perpeſſos fuiſſe: qui Ieſum excru ciaſſent: cū ei: tū cæteris id diſcere cupiētibus: palā facturi ſumus: quemadmodum ciuitas ipſa: ī qua iudaicus populus dignū duxe rat: ut patibulo Ieſum ſuffigeret: illud ſedulo clamitans crucifige crucifige eum. & latronem ex ſeditione & homicidio coniectum ī carcerem maluerit liberari: Ieſum uero ob in uidiam proditum: crucifigi: haud ſane longe poſt debellata ſit: & tam diu obſeſſa:

quoad diruta & deſolata funditus eſt. deo ipſo q locum incoleret: uel communi hac uita iudicante indignos. Nam ut mirum quid dixerim: cũ indulgentiorẽ erga iudeos ſe deus antea preſtitiſſet: uidiſſetq; tandem curari haudquaq̃ hos poſſe: ut ſe ad potiora cõ uerterent: ſed quotidie magis ad deteriora ꝓcederẽ: in hoſtiũ ut ditionẽ uenirent: ꝑmiſit. Et id ſane Ieſu: ꝓ illoꝝ inſidiis effuſi ſãg uinis gr̃ia factũ: ita ut nec terra ipſa & genitale ſolũ ferre diutius ac tolerare hos poſſet: q in Ieſum fuiſſent tantũ ſceleris auſi: nouũ igit̃ illud & admirabile uel ex eo effectũ eſt: quo ieſus ꝑpeſſus eſt tempore: quod circa hieroſolimã ipſam & geſtũ eſt: & in iudaicũ genus ꝙ tã crudeliter ſit deſeuitum: & cũ chriſtianoꝝ uniuerſa gẽ te tam feliciter actũ: ut hi ꝑinde ſint denuo geniti. Mirum p̃terea ꝙ qui a dei teſtamento: & euangeliis: & a ueritate ipſa tam procul abeſſent: diuina quadã uirtute ueritatẽ demum ſuſceperit. hec ſane tam mira haudquaq̃ uenefici hominis erant: ſed dei opera. & cœle ſtia q̃dam & admiranda: q utiq; ſue gregis ob gratiã: eius doctri nam quã in Ieſu eſſe conſtaret: tranſmiſit. Ieſus uero: & ſi affectus ſupplicio eſt: illoꝝ potius incuſanda ſeuitia fuerit: q hũc iniuſtiuſ cruciarunt: & huius tolerantia demiranda: q tam multa & cũ om ni mãſuetudine tulerit: cũ nihil interea huius ſupplicia dei gregeſ corruperint: ſed ut dicẽdum eſt potius: ad ſui cognitionẽ tradux erit: quod utiq; & Ieſus ipſe affirmat ſic inqens: ſi enim granũ fru menti cadens in terrã nõ mortuũ fuerit ipſum ſolũ manet: ſi uero mortuum fuerit multũ fructũ affert. moriens itaq; frumenti gra num: Ieſus ſcilicet plurimũ detulit fructus: & aſſiduo pr̃ his ꝓui det fructibus: q ex triticei grani morte hac ꝓdiere: ꝓdeuntq; in di es: & in poſterum ſunt ꝓdituri: ſanctus itaq; pr̃ ille q Ieſu genitor eſt: huic ut ꝓprio filio nihil indulſit: ſed ꝓ nobis omnibus tradi dit: qui ut dei agnus tolleret mundi peccata: mortẽ ſubiuit: cuius rei decauſa: haudq̃q̃ coactus: ſed uolẽs q̃ p conuiciatores ſibi & ma ledicos ĩferrẽt̃ æquo animo tulit. Poſt hec Celſus ea reſumẽs q̃ de his dixerat qui ſimulachra ipſa de execrationibus & maledictis inſectarentur: ſic inquit. at hi quos ipſe tam acriter deteſtaris: dici

etiã poſſent id uelle: & iccirco aliorum in ſe maledicentiam ferre: ſiquidem cum paribus ut paria conferas optimum fuerit. Sed hi ꝓfecto maledicos uehementius cruciando: illatã ulciſcũt̃ iniuriã: ſiue latitent fugitãdo: ſiue cõphenſi ꝑdant̃. Non ergo dii iſti ut maledicẽtiæ ſint chriſtianoꝝ ultores: uĩdicandũ exiſtimãt: ſed qa ſuapte uirtute chriſtiane fidei ſectatores & xp̃i nominis inuocati one: a ſtatuis & humanis corporibus: animiſq; ſe ꝓtinus abigant. Celſus ſiqdem qđ eſſet effectũ nihil intelligẽs: uerius quidpiã: ut locus exegerat: ꝓnuntiauit. ſed ueꝝ id fuerit: eoꝝ aĩas demonibuſ eſſe oppletas: q chriſtianos & cõdẽnant & ꝑdunt: & hos ĩpugnan do maxime oblectant̃. Sed cũ aĩe ipſe q̃ ꝓ chriſtiana religiõe ſub eunt mortẽ: obueꝝq; dei cultũ: & ſũma cũ glĩa e corpore ipſo exce dunt: uim omnẽ demonũ ſuſtulere: & eoꝝ ĩ humanũ genus ĩſidi as debilitarunt: crediderim eqdem iccirco demones ipſos: experiẽ tia quadã & re ipſa edoctos: ubi deuictos ſe tandẽ ab his eſſẽ ſenſiſ ſent & plane cõphenſos: q ueritatem ſunt moriẽdo teſtificati: ueri tos eſſe ad uindictã iterato ꝓcedere. unde quoaduſq; tandem me moria exceſſerint illa q̃ cũ dolore ſunt demones iidẽ martiꝝ uir tute perpeſſi: par etiam fore exiſtimauerim: ut cum chriſtianis per mundũ pax meat̃. poſtq̃ uero demões ipſi & uires collegerint: & præ nequitia obcecati: iterato ulciſci ĩiuriam uelint: & chriſtianos deniq; inſectari: rurſum ut hi deperdantur: & pioꝝ denuo anime: ob pietatẽ corporibus iſtis exute: diaboli ſint exercitus ſublature. nec ſecus & demones iſtos ubi chriſtianos quia uictores euaſerĩt: & pietatis tutande gr̃ia oppetant morrẽ: eoꝝ uim omnẽ uiderint ſuſtuliſſe: & icirco diſcrucient̃ q̃maxime: litigaturos his duxerĩt: & alias uarie ob eoꝝ incõſtantiã affici q doloribus ſuperati & dei ueri cultu repudiato ſibi in ſeruitutẽ cõceſſerint: ita ut mirifice in his conquieſcant: cuius rei ueſtigia ſpectare tum licet: cũ apud iu dices chriſtiani & in carnificina torquent̃. ubi cũ alios uiderĩt tor menta & plagas uiriliter tolerare: anguntur ipſi & dolẽt. gaudio uero magnopere efferuntur: cum alii doloribus uicti ſuccumbũt: & ſuperantur. Nec tamen id: quia clementiores ſunt: egerint:

cum aperte intelligant ſuccumbentium linguam Ieſum q̄dem ne gaſſe: mēte uero immotā pſiſtere. Sed hec hactenus ad ea q̄ Celſuſ intulerat q̄ dii maledicentē ſibi ſint ulti: uel fugientē & latitantē: & demū cōprehenſum & pditū: cū alioqn ſi fugā ceperit chriſtianus: nō timore pfugerit: ſed pceptoris ut iuſſa obſeruet. ut ſi ſe puriorē ſeruauerit: ex ſua ſalute ſit aliis pfuturus. Videamus & q̄ deinceps Celſi ſubſequunt̄ huiuſmodi: quid enī inquit fuerint oīa explicanda: q̄ ex oraculis cōſtāt: nā hoc pphete: & uates alie: illud uero ſpiritu capti nōnulli: uiriq̄ item & mulieres: uoce q̄dam predixerūt diuina: ſiue q̄cunq̄ iſtoꝝ e penetralibus miranda ſunt auditu pcepta: ſiue alia q̄uis a ſacrificantibus & īmolantibus denūtient̄: ſiue e ſignis qbuſdā & portentificis aperte ſint uiſa nōnulla: iſtoꝝ ſane plena oīs ē uita: quot enim urbes meliores ſunt ex oraculis reddite: & morbi depoſiti: & deſeuiēs lues ſedata: quot preterea uel uaticiniis iſtis neglectis: uel forte latentibus: depdita ſunt: quot item & in colonias miſſi: ita ut deoꝝ iuſſa mox exequendo feliciores euaſerint: quot pncipes uel puati homines alii hiſce ex uaticiniis uel utilitatis uel detrimenti plurimū retulerunt: quot ī ſup cū egre ferrent ſine liberis eſſe: ſupplicando hos ſuſceperunt: quot etiā demonū declinarunt furorē: quot inquam e corporum ſunt cecitate in optimā ualitudinem reſtituti: quot demū cū ſacra cōtumeliis affeciſſent: q̄pmū uel mente ſunt capti: uel manus ſibimet intulerunt: uel incurabili ſunt morbo affecti: qnetiā e penetralibus ipſis uox grauior edita ſuſtulit quoſdam. Ipſe uero haud ſatis intelligo quo pacto aperte hec pferat Celſus: q̄ apud nos ut mirāda q̄dam: ſunt lr̄is pdita: ſiue iudaica olim illa: ſiue q̄ de ieſu & eius diſcipulis cōmemorant̄: fabuloſa eſſe hic duxerit. cur enim nr̄a uera nō fuerint: q̄ Celſus cōmenticia fuiſſe & uana fatetur: ut qbus nec philoſophoꝝ ſecte crediderint: ut democriti & Epicuri & Ariſtotelis: cū tn̄ quia apertiora ſunt: credituri ſint forſitan: ſi nr̄a plegerint: & Moyſem ipſum: ul̄ ex pphetis aliū quempiā qui mirifica factitaſſet: uel Ieſu res geſtas. Tradunt Pythiā Vatē falſa olim r̄ſponſa dediſſe: cum nr̄i pphete: non ſolū hominibus ſuoꝝ

temporum: uerum & poſteris: ob ea que clarius ꝓtuliſſent ad mi rationi fuiſſent: quippe quoꝝ ex dictis: & ciuitates ſunt optime cō ſtitute: & homines redditi ſanctiores & peſtis ſedata: & ueluti in coloniam gens iudeorum omnis ad ægyptios ꝑ oracula in paleſti nam cōceſſit: q̄ utiq; cū dei iuſſa exequeret̃: ꝓſpere egit lapſa uero penitentia ſatisfecit. Veꝝ quid fuerit neceſſe nunc explicare: quot nam mortaliū iuxta ſcripture hiſtorias ul' dominationem adepti ſunt: uel priuati uixerunt: ubi ꝓphetias ſtudioſius negligentiuſue aduertiſſent. ꝙ ſi de liberorum carentia dicēdū quid erit: quā egre ferentes nōnulli omnium cōditori ſupplicando: uouēdoq; ſint pa rentes effecti: legat aliquis q̄ de habrahā & Sara tradunt̃: ex q̇bus eſt uel ſenectute cōfectis iſaac natus: qui iudaicæ gentis & parens fuit: & ut iudeos ōmittam: & aliis de ſe dedit originē. Legat inq̄ & que de Ezechia ſcribunt̃: q non ſolū iuxta Iſaie uaticinia egritudi ne liberat̃: ſed confidenter id dixerit: ſed ex nunc filios faciam qui ānuntiabunt iuſtitiā tuā: & in quarto regum: mulier q̄ Eliſeū ſuſce perat: de filii genitura dei gratia ꝑ̄dicente: ꝓ Eliſei precibus mater effecta eſt. qn & cecis ꝑ Ieſum reſtituti ſunt oculi: & Hieroſolimis q̇dam: in ipſo templo iudaicam auſi religionē inceſſere maledictiſ & deteſtari: ea ſunt demū ꝑpeſſi que in Machabeis ſcribunt̃. Sed dixerint græci ficta hec eſſe & fabuloſa: & ſi in uero cæteraꝝ natio num teſtimonio cōprobent̃. ueꝝ cur potius nō ea q̄ græci cōmēti ſunt: q̄ nōſtra hec: uanitatis coarguant̃? ꝙ ſi non temere quis ad dicendū ꝓceſſerit: ne ex his alteꝝ q̇dem uideat̃ omnino ſuſcipe: alteꝝ ut alienum nil credere: Dicturus haud dubie eſt græcoꝝ in ſtituta ꝑ demones fuiſſe cōfecta: iudeoꝝ uero ꝑ deum ꝓphetaſq; & angelos fuiſſe diſpoſita. chriſtianoꝝ ꝑ̄terea ꝑ Ieſum & per Ieſu uirtutem q̄ in apoſtolis ſit operata. Sed age hec omnia inter ſe cō feramus: & quid operantibus animi fuerit: quo ue hi tenderēt: q̇d inſuper uel comodi eoꝝ ex opera: uel incōmodi his afferretur qui legitimis affecti ſint benefitiis: iā cōtēplemur: ſpectemuſq; utrū priſcoꝝ iudeorum gens illa non ſit prudentior uiſa: priuſq̄ deum contumelia affeciſſet: a quo tādē ob exuberantem nequitiam ſunt

deſtituti & chriſtianos utrum ſat conſtet mirifice conſtitutos: & in primordiis ipſis pcipue: ex ſignis quidem & pdigiis longe magis q̃ ex uerbo ſuaſione eo iductos: ut patriis ritibus deſtitutis: ea mallent & ſequerent: q̃ ab ſe eſſent admodũ aliena. nam ſi decẽter fuerit id explicandũ: quo pacto tũ pmum chriſtiani cõſtiterit: dicturi ſumus: nec ueri ſimile fore: Ieſu diſcipulos rudes tũc hoies & littera ignaros: rei alteri cuiq̃ fuiſſe cõfiſos: ut chriſti fidẽ denũtiarent: niſi uirtuti dũtaxat q̃ his tradita eſſet & gratiæ: q̃ ſermoni ineſſet aliqd explicanti. Neq; pterea: q hos audirent imutari ab inolitis ſibi & diuturnis & patriis moribus potuiſſe: niſi magni momenti uis aliq̃: & portentifica q̃dam: ad ea ſectanda hos cõcitaſſẽt: q̃ ab inſtitutis & ritibus in qbus tamdiu coaluiſſent: longo interuallo peregrina eſſe & aliena. pinde neſcio quo pacto eo pmptitudine Celſus tã pertinaci reiecta: q aduſq; mortẽ contenderent & decertarent: ne chriſtianã negarent religionem: nõnulla ſubiũgit: pinde cũ his nr̃a exæquet: que iſto in ſacrificiis & initiationibuſ pferunt. Inquit enim ſed heus optime tu: quemadmodum enim ipſe ſupplicia ppetua duxeris: & aliis cõminaris: ſic itẽ & q illo ſacra: uel docendo exponunt: uel initiãdo conficiunt: eadẽ illa uobis intentãt & minitant. Vtra uero uel ueriora: uel ualidiora ſint ſacra: facile poteſt conſiderari: ſiquidẽ æque uerbis utriq; ſua ſibi confirmant: q ſi ad hec demonſtranda opus ſit argumẽtis: q̃mul ta illi & aptiora oſtendũt: cũ hec ex demonũ: ſiue oraculis: ſiue ex alio quouis uaticinii genere pferũt. Placet igit Celſo ut & eterna interris ſupplicia & q ea pducant nos explicemus: & illud inſup inqramus: qui nam iſto q̃ uera ſint: fateant: ipſe uero eos dixeri ueriora fateri: q audito quiuerint animos ita diſponere: ut ex hiſ q̃ dicunt ſic uiuant: ut ea haud ſecus eſſe ac pferunt: exiſtiment. iudei ſiquidem & chriſtiani de ſeculo qđ futu appellant: deq; in eo tã premiis qbus iuſti afficiunt: q̃ cruciatibus: quibus ſontes & peccatores: ediſſerunt. oſtẽdat ergo ſiue Celſus ipſe ſiue alius quiſpiam: q nam mortaliũ ſint de ppetuis illis tormentis p eos cõmonefacti & ſatis inſtructi: q deo ſacra pcurent: par eni fuerit ut q

aliqua ad alioꝝ correctionem que dicenda ſunt adinuenerit: non modo de tormentiſ & penis delinquētibus inferendis uberti ediſſe rat: ſed auditoꝝ etiā diſponat hic animos: ut totis uiribus caueāt: nequa īpoſteꝝ operēt᷑: quoꝝ gratia ſupplicia hec irrogant᷑. qn & ꝓphetias ſat eqdem ei duxerim fore ad ſuadendū: q & prudētior ſit & illas nō negligenter: ſed patiēti aīo legerit: ut dei ſpiritus his olim uiris inſederit: quoꝝ cū dictis nec demonum poſſint opera ulla cōferri: nec oraculoꝝ uel uaticinii uis aliq̄ cōparari. ſed uidea mus Celſi iā dicta q̄ ſubſequūt᷑: & q̄ ad nos habet huiuſmodi. qn etiam quo pacto nō ueſtra hec fuerint abſurdiora᷑ corpus. ſ. ut cō cupiſcat; & ſperet ſeſe q̄le nūc eſt qn̄ꝗ reſurrectuꝝ: ita ut nihil no bis ſit melius quicq̄ futuꝝ nec ꝑcioſius: deinde id ipſum ut igno minioſum & uilius: in ſupplicia & penas īpingere. At æquū mini me fuerit: apud eos q iſta caediderint: & corpori inhiāt: id diſputa re: hi nāqꝫ & ſicætera agreſtes ſunt & īpuri: ꝓculdubio: ſeditionis & ſimultatis morbo laborant. Eniuero q animā ipſam ſiue mentē ſiue ſpiritalē: ſiue intellectualē: ſiue ſpiritū beatiorē quendā: ſiue ui uentē ꝓtulerint: ſiue quiduis aliud uoluptati ſit nūcupare: ſperāt ꝑpetuū corpus ſe habituros: ſed id quidē cū deo dixiſſe puelim: il lud aūt recte hi ſenſerint: ut q optime uixerit feliciores ſint aliqn̄ futuri: q uero neqter omnino ꝑpetuis ſint malis corripiendi. a q̄ ſentētia: neqꝫ hi quidē neqꝫ hominū quiſpiā renitendo deſciuerit. De reſurrectione uero & ſi alias ſepe q̄multa: detrectando Celſus obiecerit: nobis tn̄ quod æquū eſt uiſum oportune: ut licuit: de monſtrantibus: haudquaq̄ libet ad unū aliquod crimen frequēter antea repetitū: frequentius reſpondere. Celſus itaqꝫ eo nos crimi nat᷑: ꝑinde nihil ī noſtro hoc ſtatu: uel corpore melius: uel precio ſius eſſe ducamus. ipſi nanqꝫ hanc animā & racionalē ꝑcipue: mai oris rem eſſe momēti aſſeueramus: quia ad conditoris ſit imaginē facta nō corpus: non enī iuxta nos cōſtat corporeū deū eſſe: ne in abſurdiora illa & nos cōcidamus: in quibus & hi conciderūt: qui chriſipi uel zenonis philoſophando ſunt ꝯpinionē ſectati. Verū ubi & illud is ex probando crimini dat. Corpus perinde nos id

cõcupiſcere: intelligat uelim ꝙ ſi id forte cupiditatis iniquius fue rit: nil ꝑrſus nos cupere: ſi mediocre: ea nos etiã deſiderare: q̃ deuſ iuſtioribus pollicet̃. quo fit ut iuſtos reſurrecturos & ſperemus ſi mul & cupiamus. putat aũt Celſus uł incertiora nos q̃dam nobis met pollicendo cõfingere. inqens. nõnunq̃ eni corpora reſurrectu ra hi duxerint: ut q̃ honoribus ſint ꝑ deũ dignanda: nonnunq̃ ue ro ut ignauũ & honore indignũ: in penas corpus hoc & tormẽta detrudunt. cũ tñ nec indecoꝝ ſit ut ob pietatẽ tutandã aliquid pa tiat̃: uł ob uirtutẽ malit ſubire diſcrimina: ſed illud penitus turpe quod uitioſe & in uoluptate cõſumit̃. Inqt eni diuinus ſermo ho norabit̃ ſemen: at q̃d erit id ſemen? nimiꝝ hominis ſemen. at q̃d nã fuerit inhonoratũ? nempe hoĩs ſemẽ. ꝓinde exiſtimat Celſus nihil eſſe apud hos diſputandũ: q ea ſperent & cupiant: q̃ corporiſ ſunt: & ꝑ eoꝝ ſpe temere ĩpoſſibilia cõcupiſcant: ut quos agreſtes quoſdã & plane ĩpuros appellet & ſimultatibus ĩheſiſſe affirmet. unde erit neceſſe ut his: ex humanitatis officio ut rudioribus ſuc currat̃. non eni eundẽ in modũ hoĩbus hiſce agreſtibus ſunt que ad cõmunionẽ attinent p̃ſcribenda: ac brutis p̃ſcribimus: q enim nos condidit æque in oẽs & liberales effecit. par igit̃ fuerit ut uel ad agreſtes & rudiores habeat̃ oratio: & quoad licuerit ad urbani tatẽ hi traducant̃: tã & ſi fuerint ĩpuriores: & quoad fieri poterit ut puriores reddant̃: & ita agere ut q temere ſenſerint: uel animi egri tudine detinent̃: decætero ne quid inconſultius agãt: nec animo ipſo egrotent. Cæteꝝ hos ſuſcipit Celſus: q uel animã ipſam uel mentẽ que apud ſe ſpiritalis uel rationalis ſpiritus dicit̃: intellec tualiſq; item & ſanctior & beatus: uel uiuens anima ſit: habituros ſe ꝑpetuo ſperent: & id omnino diuina ope futurum. Admittit in ſuper ꝑinde recte creditum dogma: ut qui rectius uixerint ſint fœ liciores futuri: qui uero nequiter: perpetuis ut ĩpoſteꝝ malis corri piant̃. & Celſi equidẽ illud demiror. quod p̃ter eius cætera dicta: hunc in modũ ꝓtulerit: & ab hac ſane ſententia neq; hi quidem: nec quis hominum q̃ñq; deſciuerint. & fuerat plane huic aduertẽ dum: qui aduerſus chriſtianos ſcripſiſſet: quibus fidei materia oĩs

eſt deus: & p chriſtum de iuſtis ꝓmiſſiones & inſtructiones q̃ de ſuppliciis fiunt neqoribus dũtaxat deniq; inferendis: quemadmodũ q chriſtianũ hominẽ: qa ĩ chriſtianos dicta ſuſceperit: auerſet̃: par etiã ſit: ſi doctrinã reiitiat: & decreta ſimul ut aſpernet̃: inqt tñ ab his nec chriſtiani quidẽ nec hominũ quiſq̃ deſciuerint. Ipſe uero chryſippum cenſuerim humanius longe q̃ Celſum egiſſe: in eo libro quẽ de uitioꝝ curatione cõſcripſit: cũ mederi uitiis uellet: q̃ mortaliũ animos & urgerent plurimũ & diuexarent. & primũ quidem ſanis qbuldã quibus uiſum eſt: rationibus: nitit̃. ſecundo uero & tertio: decretis nõnullis q̃ minime placeant: nam & ſi tria inquit bonoꝝ ſint genera: uel hunc in modũ curanda ſunt uitia: ut qui ab his obturbent̃: in ipſo uitioꝝ ardore: minus aduertãt que ſe anticipaſſet ſententiã. ne forte ex ſtudio dogmata refutãdi: que animũ p̃occupaſſent: intẽpeſtiuo: ſimul & ſucceſſura curatio peat: deinceps & illud ſubiecit. Enim uero & ſi ꝓ uoluptate habeat̃ id bonũ: id ipſumq; ſentiat q uitiis detinet̃: nihilominus erit & huic ſuccurrendũ & oſtẽdendũ plane q ſummũ bonũ in uoluptate poſuerint: oĩa uitia de ſe ꝓfiteri. oportuit ergo & Celſum q̃ de recte uiuentibus decernunt̃: ſuſcipere: ꝙ ſint felices futuri: nec ſecus & q̃ de his ꝓferunt̃ q nequiter uixerint: ꝙ ſit omnino futuꝝ ut malis ppetuis capiant̃. deinde & ea ſibi cõſentanea facere: ſi fieri id licuiſſet: & explicatis potioribus quibuſdã ꝓ eius ſententia rationibus: & id cõfirmare & multis oſtendere in iuſtos quoſq; & ĩꝓbos eternis correptũ iri ſuppliciis: iuſtos uero & probos ppetua felicitate futuros. nos enĩ e plurimis illis & ĩfinitis: quibus pſuademur impmis ut chriſtiane uiuamus omnes quoad demũ licuerit uolumus homines chriſtianoꝝ diſciplinæ & ſacris ſcriptis conciliare. ubi uero ex alioꝝ in chriſtianos calũniis & detractionibus p̃occupatos forte inuenimus: ita ut ex imaginatione q̃dã chriſtianæ impietatis: ne aures quidẽ uelint his adhibere: qui docturos ſe pollicent̃: qui diuinæ ſunt diſciplinæ: omni niſu duximus inſiſtendũ: ut decretis ſaltẽ certioribus confirmatis hi ea admittant q̃ de eternis traduntur ſuppliciis: quibus ſint impii demum excruciandi;

ſic item & de eoꝝ fœlicitate qui rectius uixerint pſuaſos eſſe hos uelim: cũ uideam uľa nr̃a fide hac alienos q̃multa de uitæ integritate nobiſcũ ſentire. non enĩ q cõmunes de uitiis & uirtutibus & æqtate ipſa ſententias qñq̃ ſuſtulerit inuenturus eſt quiſpiã. oẽs igit̃ homines qui & mundi hanc machinã contẽplant̃: & inſtitutũ in celo ipſo aſtroꝝ uel inerrantiũ motũ: q̃ his ex aduerſo feruntur q̃ errantia nuncupant̃: & aeris temperiẽ ipſam: cũ ad animantiũ: tũ uel maxime ad hoĩm utilitatẽ optime conſtitutã: & reꝝ tantaꝝ ubertatẽ & copiã: uideat hominũ gratia cõparatã: uereant̃ uelim quidpiam agere quod ei nil placeat: q condidit uniuerſa: & in his animã & in anima mentem crearit: credantq̃ ſe ꝓ peccatis ſupplicia luituros: relaturoſq̃ paria rebus optime geſtis ab eo & beneficia: q ſingula ꝓ dignitate diſpenſat. pſuaſum ꝑterea habeant hoĩes uniuerſi: tũc optĩe ſe exceſſuros e uita: ubi ea q̃ rectiora ſunt geſſerint: & malos male diſperditũ iri: & doloribus eſſe & penis tradendos: ubi neqter & flagitioſe & impudice duxerint uitã. uel minus ſe fortes: ſed timidos & quouis modo inſipiẽtes ꝑſtiterint. ueꝝ his hactenus explicatis hoc loco uideamus & q̃ deinceps hũc in modũ dicturus eſt Celſus. cũ enĩ corporeo nexu ſint cõditi homines: ſiue ꝓ eius diſpenſatione q & cætera fabricauit: ſiue ut pro cõmiſſis hi luerent penas: ſiue ſuggeſtionibus quibuſdã animæ ꝑ grauãtis: quoad ꝑſtitutis tempoꝝ circũactionibus hec repurget̃: ſiqdẽ iuxta Empedoclem illa ad horas ter mille a beatoꝝ locis aberret: & diuaget̃ neceſſe eſt: tempoꝝ ꝓceſſu in quãuis mortalium ſpeciẽ rediturascredẽdum eſt animam hãc nõnullis carceris huius aſtringi ꝑſidibus. uel in his quidẽ aduerte: quãtis nã iſte de rebuſ: humanitus ambiget. & productis multoꝝ decretis nr̃e geniture cauſas explicantibus: neſcio qd ꝑ ſe reuerentiæ ferat: cũ nil audeat ꝓrſus: quid hoꝝ ſit falſum decernere. quo circa nõ ex iſtiuſmodi uiri fuerit ſententia: ut ſemel iã decernentis: nec temere eſſe aſſeueranda: nec audẽtius repudianda: q̃ priſcis illis ſunt uiſa. his uero que de iudeis ab eoꝝ ꝓphetis & Ieſu tradunt̃: ſi fidem ꝑſtare nil placuiſſet: addubitare tamen hunc decuit: & cogitatione uerſare:

quéadmodū decés fuiſſet a deo minus neglectū iri qui ſe ut oīum pſidenté coluerint: ſi honore pſequerēt: & uenerationi leges habē rent: q̄s credit is cōdidiſſe: & īfinita & ſepe diſcrimina huius gra tia ſubiiſſent & mortes: ita ut & diuinitus nōnulla puiderint: & ar te humana fabricata contépſerint ſimulachra: mente uero ad om nipotenté deū cōſcendere adniterent. qnetiā erat illi conſiderādū: quéadmodū qui oīa intuet & audit cōmunis ille oīum pr̄ & con ditor: ſingulorꝝ animū ſe conquirété: uolentéq; pie uitā hanc duce re: cōfeſtim diſcernens: duxerit dignū: & his ſuſcepte tutellæ fruc tum aliqué īpartiri: ut lōge plurimū quā ſemel de ſe cepiſſent ſen tentiā: augerent. Hec uero ſi ſecū Celſus animo reputaret: & cū eo ſimul qui moyſem & iudeorꝝ pphetas: Ieſumq; & diſcipulos eius oderūt: q p Ieſu doctrina plurimū inſudaſſent: haudq̄q̄ his oibuſ conuitia ingeſſiſſent: nec iudeos preter ceteras nationes tantopere īprobarent: hos affirmando egyptiis eſſe longe inferiores: qui uel aduſq; bruta animantia q̄dā: quātū in eis fuerat: diuinos honores ſiue ſupſtitione quadā: ſiue errore ducti tranſmiſerint. hec aūt dix imus: non ut aliquos de xpiana doctrina ambiguos redderemuſ: ſed his ut plane oſtéderemus: qui hāc cauillant: ſatius fore: ut de ea ambigerent & non temere adeo & audacter de chriſto: uel eius diſcipulis q̄ minus intelligūt quicq̄ differerent: cū interea iſti non imaginatione illa decernūt quā ſtoici cōprehenſibilé dicunt: neq; ex iudicii ſcola: e qua philoſophorꝝ ſingule ſecte quodcūq;: ut ui ſum fuerit: cōſtituūt. Deinde cū hos īquiat Celſus carceris quibuſ dam pſidibus tradi: dicendū erit: quéadmodū aīa q̄ ſolertior fue rit & ſoluta tādé nequitie uinculis: & in hac uita: quā utiq; Ieremi as: terrā dixit cōpeditorꝝ: p Ieſum ſit ut ſoluat neceſſe: qui multis ante eius aduentū téporibus: p Iſaiā pphetā pdixit. at quid nam ille pdixerit: niſi cōpeditis ut egrederent: & qui in tenebris eſſent ut reuelent: & illud ité hic Ieſus: ut de ſe Iſaias ipſe pdixerat: ſedé tibus in umbra mortis lux orta eſt eis. unde & nos illud pnūtia mus: dirūpamus uincula eorꝝ & piciamus a nobis iugū ipſorꝝ: q ſi Celſus ipſe & ſui cæteri ſimiles qui erga nos tā praue afficiunt:

euangelioꝝ poſſent audire ꝓfunditatē:haudquaq̄ nobis conſultū
uellent:ut carceris iſtis quos dicūt p̄ſidibus:obſequeremur.ſcribi
tur nanqꝫ in euangelio quēadmodū mulierē que inclinata iā eſſet:
nec oīo poterat ſurſum reſpicere:ubi Ieſus uidiſſet: & cauſam ſciēs
cur illa inclinaret̄:ſic dixit:hāc aūt filiā habrae quā alligauit ſatha
nas: ecce decē & octo annis: nō oportuit ſolui in die ſabati?quot
enī uel hoc tēpore alii ꝑ ſatanā alligati cōſtrictiqꝫ:in terrā uergūt.
cū interea nequeāt ꝓrſus ad inferiora hec illo p̄mēte:ſuperiora illa
reſpicere:& nemo hos erigit:niſi qđ in Ieſu ꝓdiit uerbū:& ab ini
tio diuinitatē haberet:& Ieſus qdē iccirco aduenit ut eos a ſeruitu
te eximeret:q a diabolo uim paterent̄:de quo cū decenti ſe q̄dam
ꝓfunditate ſic loqt̄. p̄nceps mūdi huius iā iudicatus eſt. nō igit̄
demonibus hiſce cōuitiamur:ſed illoꝝ ad generis humani pnitiē:
operationes arguimus:q ſub oraculoꝝ p̄textu:curationūqꝫ & alia
rū reꝝ obtentu:a deo ipſo animā nitūt̄ ſeiūgere.q̄ in humilitatis
corpus conciderit: quā ſane qui norit humilitatē hoc pacto excla
mat.miſer ego homo: qs me liberabit de corpore mortis huius?
ueꝝ nec temere qdē corpus hoc ipſi & torquendū offerimus & p̄
cidendū:ſiquidē non fruſtra id fiat: cū iccirco corpora illis noſtra
ꝑmittimus cruciāda:ne terreſtres demōes:deos eſſe nos fateamur:
cū nobis iſti ul̄ eoꝝ cultores inſidias moliant̄: & ſit deo ꝑ gratū:
ut & uirtutis gratia quiſpiā cruciet̄: & ob pietatē torqueat̄ & cul
tū: & ꝓ religione deniqꝫ mortē oppetiat.qn̄qdem in domini con
ſpectu p̄tioſa ſanctoꝝ mors ē.optimū uero fore aſtruimus: nullo
uitæ ſtudio detineri.At Celſus cū maleficis qdem q iure ob latro
cinia tolerant: q̄ his inferunt̄: nos cōferens:& nil deniqꝫ ueritus:
nr̄um id ac tm̄ ꝓpoſitū: p̄donū affectibus nō ab ſimile eſſe decer
nit:cū tn̄ in his: illis ſe ſotiū addat q cū in iuſti deputant Ieſum:ī
quibus conſequuta eſt finę ſcriptura: q̄ dicit. & cū iniuſtis reputa
tus eſt.poſt hec Celſus ſic inquit: e duobus alteꝝ futuꝝ oīo ratio
ipſa aſtruxerit:ſi enī hi colere q̄ decētia ſunt dedignant̄: & iſtorū
p̄fecti quidā & duces nec uiros adiri ꝑmiſerint:nec uxorē quēpiā:
nec liberos tollere:ne caliud qdpiā in uita hac facere:ex eaqꝫ nullo

ꝓrſus relicto ſemine: tandē decedere: futuꝝ eſt ut e terris deſoletur oīo & peat id hoīum genus & cōtra ſi uxores & duxerint & ſuſceperint filios: & deguſtauerīt fructus: & uite negotioꝝ & reꝝ participarint: ut & mala tolerent erit neceſſe in humanis his cōſtituta. natura nāq; iſtiuſmodi ē: ut oēs hoīes mala experiant̄: eſt qppe ut mala ſint: neceſſariū: neq; hunc p̄ter & in terris aliū ullū hec nacta ſunt loco: deferendi ſunt ergo honores pmittentibus nobis iſta p̄ſidibus: quales hos deceant: & uite tā diu q̄ cōpetunt ſūminiſtranda: quoad tandē uinculis hiſce ſoluamur. ne forte reꝝ p̄ſidibus inutiles eſſe appareāt hoīes: eſſet nāq; iniquius: eoꝝ q̄ illi iā habeāt participare: & his nulli uſui eſſe. uel ad hec quidē dixerimus: æquiorem uitæ exitū aliū nullū nobis uideri: hunc p̄ter: qui ex pietate dūtaxat & uirtute contigerit: ubi ab his q & iudicandi uitæ necis q; hr̄e poteſtatē exiſtimant̄: alteꝝ ex his offerat̄: uel ut oīa preter Ieſu inſtituta factitando uiuamus: uel moriamur Ieſu dictis obtēperando. at uel uxorē ducere nobis deus pmiſit: tāq̄ non oēs capere queāt egregiū illud & p̄ſtantiſſimū decus: ut ſine labe omnino ſint celibes: uel uxorē ducendo q̄ genita fuerint: ut quouiſmodo ita enutriant: ne liberos qui diuina ꝓuidentia tradunt̄ depdant: nec tn̄ hec ſibi inuicē aduerſant̄: qa demōibus ipſis terrā hāc depaſcentibus minus nos pareamus: armatura nanq; dei induti pſtamus: ut pietatis athlete: & ſi demonū genus nobis īſidiet̄: quin ul̄ ſi eius uerbis e uita nos ꝓrſus exterminet Celſus: ut pro ſua ſententia noſtrum & humanū id genus: in terris pænitus doſoletur: at nos hiſce in rebus que conditoris ſunt noſtri: & pro dei legibus ſumus uitam ducturi. Nec libet plane peccati ſeruitutem ſubire: & ſi forte libuerit: uxores ducturi mox ſumus & noſtris in nuptiis traditos liberos ſuſcepturi: & ſi fuerit neceſſe eorum que ſunt in uita participabimus. Et perinde animæ temptationes: mala iſta laturi. Sic enim diuinæ ſolent ſcripture: que mortalibus in uita contigerint: nuncupare aduerſa. Nam terrenis hiſce in rebus tanq̄ aurum in fornace anima ipſa probata: uel perinde inertior arguetur: uel digna quam homines demirentur: quo

ſit ut ita ſimus ad ea mala q̄ ꝓtulit Celſus ſubeūda paratiores: ut
& illud dicamus: tempta me dn̄e & ꝓba me: ure renes meos & cor
meū: non enī qſpiā coronat᷑: niſi in terris legitime: & cū humilita
tis hoc corpore decertarit. accedit etiā ꝙ neq; honores: his cōgruē
tes deferimus: p quos Celſus affirmat terrena iſta diſponi: quippe
q demonū dūtaxat deū & nr̄m colamus: & illi ſoli deſeruiēdo chri
ſti imitatores fieri uotis & p̄cibus cupiamus q dicēti diabolo oīa
tibi hec tradā ſi ꝓcidens me adoraueris: ita reſpondit. Dn̄um deū
tuū adorabis & illi ſoli ſeruies: & iccirco honores illos legitimos
quos putat Celſus his deferendos qui iuxta ſe terrena hec mode
rent᷑: haudquaq̄ nos reddimus: qn̄quidē duobus dominis ſeruire
poterit nemo: nec deo morē poſſimus & māmone gerere. qn̄etiā
uel ſi ex legis exceſſu cōdenti legē qs iniuriā fecerit: nobis utiq; p
ſpicuū fiet: queadmodū duabus ex legibus ſibi inuicē aduerſanti
bus: dei inq̄ & mamone: ſit potius lōge futuꝝ. ut mamonæ legē p̄
uaricādo: mamone inferamus iniuriā: ut ex lege diuina rectius ob
ſeruata: deū honoribus ꝓſeq̄mur: q̄ p dei legis exceſſū ignominia
deū afficiamus: ut ex mamone legis obſeruatiōe mamonā uenere
mur. Celſus igit᷑ hoīes putat eo tenus uitæ huic cōgruentia ſūmi
niſtrare: quoad demū uinculis hiſce ſoluāt᷑: qn̄ iuxta legitimā ple
riſq; cōſuetudinē diis ſingulis: p ciuitates & loca legitime: & ſi alio
qn̄ neq̄ter inſtitutis: īmolet qſpiā: ignarus tn̄ ī uero qd congruat:
qđ utiq; ex certiori pietate concipit᷑. nos uero uitæ hunc dicimus
q̄ cōgruant miniſtrare: q memoria repetit: qs nā reꝝ ſit cōditor: q̄
ue illi ſint gratiora: qſue ꝓ dei arbitrio oīa pagat. uult p̄terea Cel
ſus ingratitudinis nos coarguere: in eos p̄cipue qui ꝓdiiſ in terris
ducant᷑: & pinde gratias his debeamus. nos uero qđ nā ſit gratiaſ
agere explicātes: fatemur hos plane: q erga eos qui nil beneficii cō
ferāt: ſed obſint potius & aduerſēt᷑: haudq̄q̄ qđ ingratū ſit facere:
cū ipſis minus ſacrificamus: qppe qa eos nil colimus: ſed ad illud
enitimur ne erga deū īgratitudinis arguamur: cuius beneficiis auc
ti ī dies ꝓuehimur p quē ue & cōditi ſumus: & ꝓuidētia ducimur:
utcūq; ſepoſiti: ut extra hāc uitā degamus: opiēdo q̄ ab eo ſperāt᷑:

Panis preterea euchariſtiæ ille: bona gratia nuncupatus: argumento eſt nobis: quéadmodũ gratias deo agamus. at demões ipſi nullam eaꝝ reꝝ diſpenſandi uim ſunt conſequuti: q̃ ad noſtros uſus ſunt condite: unde iniq; nil agimus ſi reꝝ creataꝝ participamus. neq; his ĩmolamus q creata hec minus cõtingunt uel moderant̃. itaq; & ſi demones quoſdã non uſpiã cõſpicemur ſed angelos his terre fructibus & animantiũ geniturae: ut p̃ſideant inſtitutos: hos ſane & efferimus laudando: & beatos eſſe aſtruimus: q̃bus pmiſſa a deo tanta hec ſunt: q̃ humano generi conferunt plurimũ: nil tñ debitos deo honores his ĩpartimur: nõ enĩ id deo placitũ eſt: neq; his quidé q̃bus tãta hec pmittuut̃. & ſane cũ offerre ſibi ſacrificia abſtinemus non minus nos iſti ſuſcipiũt ac ſi rite obtuliſſemus. Non enĩ indigent illi terrenis hiſce ex incenſo odoribus. Deinde infert hec Celſus. licet aũt in his uel minimũ quemq; pdiſcere: cui poteſtas ſit aliq̃ de mandata: unde ferunt ægyptii humanũ id corpus demones ſex & triginta ſuſcepiſſe curandũ: uel deos quoſdã ethereos: in tot partes diuiſum. quidã uero longe plures hos eſſe affirmant: cũ demon alius aliã iuſſus tñ: in curã céperit portioné: & demonũ quidé hi uoce patria tenent uel noĩa: & uernacula hec ꝓferunt lingua: ita ut hos inuocãdo: uitiatas pleꝝq; corporis partes ſanitati reſtituant. quid igit̃ ĩpedit ut uel alios demones quis ſuſcipiat: cui magis expediat ut ꝓſpera potius corporis ſit ualitudine: q̃ morbo afficiat̃: & ſecunda magis q̃ aduerſa utat̃ fortuna: tormentiſq; & ſuppliciis: quoad fieri licuerit: liberetur. Vel ex his utiq; Celſus nũc enitendo: animum nobis ad demones ipſos traducere: perinde corpora noſtra in curam ſortitoſ: & horum ſingulos aſſerẽdo: noſtrorum corporum parti preeſſe: uult hauddubie ut hiſce quos ĩq̃t demõibus fidé p̃ſtemus: colamuſq;: ut ex ea credulitate & cultu: bona nobis ſit potius ualitudo q̃ morbus: & felicitas q̃ ĩfortuniũ: & omni niſu: quoad fieri poterit: ſuppliciis liberemur. adeo ne ergo honoré deo oĩm p̃ſidi iure delatũ is ĩꝓbauerit: q ab eo ſeiũgi nil põt: ut nequaq̃ exiſtimet deũ hũc ipſum: cũ unice adoratur & colit̃: & uocis ſono ingenti ſedulo ueneratur:

ſatis ualere:ut ſe colenti:uel ipſum ob cultum:uirtute donet & po
teſtate:ut demonũ q̃at aduerſus religioſos & ſanctiores quoſq; in
ſidias intercipere:nõ enĩ iutelligit: quod in Ieſu noĩe ab his inuo
cet᷑:q uere crediderint:quẽadmodũ ab egritudine plurimos & de
monũ prauoꝝ incurſibus: & quouis diſcriminũ genere liberandi
uim habeat:ad ſanitatẽq; traducendi.& ſane par fuerit ut in riſum
erumpat q Celſi dicta admiſerit cũ illud ꝓnuntiabimus: in noĩe
Ieſu omne genu flectat᷑ cœleſtiũ terreſtriũ & infernoꝝ: & omnis
lingua cõfiteat᷑:quia dñus Ieſus chriſtus in gloria ẽ dei pr̃is. Vbi
uero efficaciora argumenta irriſerit ſuſcepturus eſt ita ſe ea habere
q̃ de demonũ noĩbus tradidit & ægyptioꝝ demonũ catalogo cõ
tineri.ꝙ uitiatas corporis partes optime reſtituãt ualitudini.ueꝝ
tñ aduerte quẽadmodũ nos dehortando ne in omniũ & cõmunẽ
deũ credamus: p Ieſum xp̃m ad fidem ob nr̃i corporis curationẽ
iã ꝓuocet: ſex nãq; & trigita barbaroꝝ demonũ iq̃t quos nõ ſoli
ægyptii p̃ſides nuncupãt:neſcio quo pacto nobis: q̃ potiora ſunt
pollicent᷑.qn & illud attende: quẽadmodũ nobis ꝑ Celſi ſentẽtia
ueneficiis longe magis ſit intẽdendũ:q̃ chriſtiana ſectãda religio:
& infinitis demonibus fides potius exhibenda: q̃ deo ipſi: q uel
ex rebus his cõditis:& uerus quidẽ & uiuens eſſe arguit᷑:& aperte
oĩbus p̃ſidere:p eum q in uirtute multa diſſeminauit in uniuerſũ
terraꝝ orbẽ ueri cultus doctrinã. nec mentiar eq̃dem ſi illud adie
cerim: & ad alioꝝ dixeri qui ratione utunt᷑ medellã:& a uitiis ut
ad uirtutẽ deſciſcerẽt id ieſum feciſſe. Celſus uero eoꝝ q magicã p
didiciſſẽt ueritus lapſũ: & nõ ignarus utcũq; future ĩauditores iac
turæ:ſic inq̃t.illud uero cauendũ ut neq; q cũ iſtis uerſet᷑ ex mede
la his ip̃is adhibita cõtabeſcat: corpori ĩdulgẽdo: & q̃ potiora ſũt
auerſãdo: obliuiõe corripiat᷑: eſt aũt ſapientibus uiris fides nõ ab
roganda tradẽtibus.Demonũ qui circa terras uerſent᷑ pleroſq; ge
niture & ſãguini ĩhiare:& nidoribus ĩheſiſſe:modulatiõibus ĩſup
& huiuſmodi aliis addicari:& nil melius poſſe q̃ corpus curare:
& futuram ſortẽ:uel homini uel ciuitati p̃dicere: & queuis alia hu
manoꝝ operum noſſe & exequi.cũ itaq; tãta ſit in ea re lapſus: ut

diuinæ ueritati infenſior Celſus teſtificat᷑: quanto hic rectius ege rit:ſi nihil herens & dubius:ne ul' demonibus inhiet:uel corpori ſtudeat:nec pinde obliuioſus q̄ potiora ſunt auerſet᷑:ut deo ſe cre dat pſidi rex̄ p Ieſum:doctrinā nobis huiuſmodi ſuggerenti: ab eoq; omnē cū opē tū & tutellā depoſcat: a ſanctis angelis & iuſtio ribus cæteris ꝓdeuntē:ut nos a terrenis hiſce demonibus uēdicēt: q utiq; & geniturae:ut diximus:inhient: ſanguiniq; & nidoribus affixi inhereant: & alienis qbuſdam modulationibus deducant᷑. & aliis irretiant᷑ huiuſmodi:& iuxta Celſum nil melius ualeant q̄ ut corpora curent.ipſe uero illud aſſeuerauerim haudquaq̄ pſpicu um eſſe:demones hoſce utcunq; medendo: ſanare corpora poſſe: qn potius neceſſariū fuerit dū curāda ſunt corpora:ut medici ope curent᷑.ſi ſimplicē uelit & cōmunē uitā qs ducere:ſi rectiorē q̄ cete ri:erga deū ut pietate nitat᷑ & pcibus. Ipſe uero tecū tatitus repu ta:quox̄ nā potius mores ſuſcipiat deus:qui & ea poteſt efficere q̄ alius nemo: &ſi uniuerſis in rebus:pcipue tn̄ in his q̄ mortalibus ipſis in beneficium cedant: ſiue animæ dixeris: ſiue & corporis: ſiue in rex̄ externax̄ utilitatē & cōmodū:eox̄ ne q ſibi prorſus in heſerint:an q demonū nomina uireſq; & facta aduertant:carmīa inſup:& herbas demonibus gratas:lapideſq;:& his ipſis inſculpti ones:q̄ utiq; demonū:ſiue:ut traditū eſt: ſiue utcūq; figuræ pre ſe ferunt ſimilitudinē: maximi faciant:hoc pacto liquido cōſpicabe ris id ei pſpicuū fore:q parump aio hec ſubſequi ualeat:quēadmo dū q optimis moribus pditi ſint uitamq; degant ſimpliciorem & purā:ubi ſe deo addixerint: cū illi: tū cæteris huic caritate cōiunc tis:omnino ſint acceptiores futuri.illos uero q ꝓ corporis tū uali tudine ꝓſpera: tū mediis hiſce & humanis ī rebus ꝓ felicitate adi piſcenda: demonū noīa diligenter attenderint: q̄rantq; uel carmi nibus quo uelint ut iſtos deuoluant: ut perditos homines & de monicos potius q̄ humāos: relicturus ſit deus Ieſus:demonibus diſcerpendos: ut horum ſinguli uel prauas cogitationes ſuggeſſe rint: uel cætera mala īntulerint. Par enim fuerit: ut demones hi: quia & improbi ſunt: & uti Celſus fatetur: ſanguini & nidoribus

inhiant: modulationibuſq; & huiuſmodi cæteris oblectãtᷣ:ne uel his traditã fidẽ tutentᷣ:nec pinde datam ut dexterã ſeruent: q ſibi ímolando & obſequendo gratificentᷣ:ſiqdem aliis aduerſus pmoſ cultores ſe forſitan inuocãtibus: & ſanguine abundãtiore ac nido ribus:& quo indigent cultu. iſtoꝝ coemẽtibus ſeruitutẽ: eis ꝓfec to ſunt demones iſti inſidias molituri:q ſe pridie litãdo coluerit: & grata obtulerint ſacrificia.Celſus uero cum de oraculis q̃multa ſuperius dixerit:ad demonũq; pide deoꝝ remiſerit nos uaticinia: nunc ſane rectius egit fatendo quẽadmodũ demones ſint q futurã ſortẽ:cũ homini: tũ ciuitati pdicũt: & quis alii qui circa mortalia facta in terris uerſantᷣ: uenereis rebus & inhient & contabeſcant: ſanguiniq; & nidoribus: & modulatis carminibus hereãt: & aliis huiuſmodi alligentᷣ:cũ alioqn nil melius aliis ualeant rebus.& ſa ne nõ abſurdũ forſitan uiderettᷣ: cũ Celſo de oraculis differenti in ſiſteremus & cultu:q legitimis iſtoꝝ diis habetᷣ: & nos quiſpiam ut impios ſuſpicetᷣ: q demonũ eſſe hec opera affirmemus: huma nos animos ad prauas huiuſmodi tupiditates trahẽtiũ. ſed uelim equidẽ q in ſuſpitionẽ hanc uenerit: his fidẽ adhibeat q̃ p chriſtia anos recte denuntiantᷣ:cũ uel hunc uideat q aduerſus chriſtianos ſcribendo q̃multa emẽtiatᷣ: nunc in ſui operis calce: ut a ueritatis ſpiritu uictus: ſcribẽdo rurſum q̃ dixerat cõfirmaſſe. itaq; &ſi Cel ſus inqat quoad conduxerit faciendũ eſſe demõibus ſatis:chriſtia na tñ doctrina haudq̃q̃ cõmoneſecerit ut nidoribus ſit & ſangui ni inhiãtibus obſequẽdũ: uel diuinitas ipſa quoq̃ ſit pacto coinq nanda: ut eã uel ad prauos demones deferamus: ꝙ ſi recte Celſus teneret qd nã ſit utilitas ipſa:& quid de ſe pferat:uideretq; ut utili tas hec ſit ꝓprie uirtus:& ex uirtute qđ geritᷣ:haudq̃q̃ quod dixe rat illud quoad conduxerit in hos coaptaſſet:q ꝓ eius confeſſiõe: demones ſunt.nos uero ſi demonũ opa & curatiõe: ꝓſperã ſimus corporis ualitudinẽ adepturi:& i rebus hiſce terrenis & uitæ felici tatẽ:egreſcere pſtat & ifelices eſſe i his uitæ bonis:ſalua dũtaxat er ga deũ cõſciẽtia & pietate:q̃ a deo diuelli & eius gratia excidiſſe:uľ utcũq; ad mortem animo egrotare:cum interea detur: ut corporis

optima ualitudine ſimus:& fortunæ bonis felicius hiſce utamur. Quo fit ut ad eum potius ſit concedendum: q preter humanam ſalutē re nulla indigeat:q̄ his inherendū:q & nidoribus & ſangui ne egeāt.Celſus igitr̄:ubi tāmulta de demonibus dixit: nidore & ſanguine indigentibus:pinde prauitatis cantico iterato: lōge ma gis exiſtimādi ſunt demones ait nec carere re aliqua nec indigere: ſed illis adgaudere: q pie erga ſe geſſerit. ſed nō pænitus humana natura a deo eſt & unigenito filio deſtituta: & Celſus qdem q̄ de nidore & ſanguine dixit: qbus indigeant demones: uera utiq; ꝓ tulit: rurſum tamē ex ſuapte natura ad mendacia lapſus: & demo nes ipſos cum hominibus confert: qui perfecte & iuſtius que rec tiora ſunt factitent:uel ſi nemo his gratias habeat: in eos uero & conferant bona: qui gratitudinis referant uicem: mihi uero uide detur Celſus hoc loco confundi:& mente nōnunq̄: ut demone ꝑ citus:nonnunq̄ uero ex inconſideratius dictis & reſipiſcere:ita ut paulo poſt ueritatis aliquid cōſpicetr̄. Iterato enim & illud hūc in modū inducit.A deo aūt haudquaq̄ eſt deſciſcendū: nec interdiu quidem nec noctu:nec publice nec priuatim: uerbo uero ubiq; & opere ſemp.Sed cū his:uel ſine his anima ſemp ſit deo intēta.ipſe uero cū his illud quod Celſus inqt ita acceperim: hoc eſt cū pub lico opere quouis:& qbuſuis dictis.deinde rurſum:tanq̄ aduerſuſ emote & furiate mētis exceſſus:ut ꝑ demonē inditos animo:reluc tando:& in multis iā ſuperatus:hec infert.ſi enī ita ſe habent: cur difficile fuerit & graue:ut uel in terris principes ipſi placentur: & alii item & inter homines potentiores & reges: ita ut ne hi quidē ſine demonum ui terrenis ſint his rebus dignati. In ſuperioribus Celſus:quantum in eo fuit: animam hanc noſtram ad demones ipſos traduxit: nunc uero libet per nos: ut potentiores iſti placen tur: & ſecundum hos reges: & quoniam ſunt que ad hos atti nent uulgatiora: & ut exemplorum plena eſt uita:ita & omnis hi ſtoria: haudquaq̄ neceſſarium duxi de his aliquid inpreſenti arum proferre. Vnus tamen nobis placandus eſt deus: & ut propitius ſit exoptandum.Qui utiq; & pietate: & uirtute placatr̄:

ꝙ ſiquos alios uelit preter deum omnipotētem placatum hic iri:
intelligat quemadmodū & corpus id cū mouet̃ & umbrā habet
ſe ſubſebqentē: ſic item & q ſummū deū placarit: & illius amicos
ꝓpitios ut habeat ſequit̃. Angelos.ſ.animaſq; & ſpiritus cæteros
beatiores: quippe q ſimul & ſentiāt q nam dei ſint benignitatem
ꝓmeriti.nec ſolum ſe hi erga digniores quoſq; ꝓpitios reddunt:
ſed & deo gratificari uolentibus opitulantur:hiſq; & placatiorem
hunc faciuut:unaq; & ſupplicant & precant̃: & ita ut affirmare id
auſim:ul̃ hominibus ultro que potiora ſunt animo deſtinātibuſ:
deoq; ſupplicantibus:poteſtates illas innumeras nec uocatas qdē:
ultro deū una comprecari:generiq; huic noſtro adeſſe:& cū demo
nibus:ut ita dixerim:uel certamen inire: quos uiderint eoꝝ īpug
nare ſalutem:q ſe deo ꝑmiſerint: nec demonū iſtorum magnifaci
unt odia:ſi in hominem forte deſeuiant illoꝝ cultum defugientē:
q nidore cōſtet & ſanguine: & quouis modo dictis & actionibus
incumbentē ut omnipotenti ſe deo ꝑ Ieſum cōciliet & plane con
iungat:q infinitā demonū multitudinē ſuſtulit:cū obeundo loca
ſanaret ægrotos:& multos ad rectiora conuerteret: qbus uim dia
bolus iam intuliſſet: nobis uero hominū erit uel regū qdem pla
catio cōtemnenda:nec ſolum q̄ ꝑcedes & flagitia fiat: & ſeuiora fa
cinora: ſed q̄ uel in deū impietate p̄tendit̃: uel uoce q̄dam ſeruili
& ſupplici: uiris fortibus indecora & animi p̄ſtātibus magnitudi
ne nil conſentanea: & q tolerantiam duxerint ꝓ ſumma uirtute:
&ſi cæteras omnes ſint cōſequuti.ita fit ut nihil agamus quod dei
uel doctrinæ aduerſet̃ uel legi: nō enī adeo inſanimus uel furore
corripimur:ut contra nos ipſos principis & potentioris cuiuſpiā
iracundiā cōcitemus: q̄ plagas ſupplicia ue & mortes ferat. Quip
pe q pauli illud ꝑlegimus:omnis anima poteſtatibus p̄cellētibus
ſubdita ſit:non eſt enim niſi a deo poteſtas.que aūt ſunt:a deo or
dinata ſunt.itaq; q poteſtati reſiſtit:dei ordinationi reſiſtit.id dic
tum in prima ad romanos epiſtola: abunde ſatis & uarie alias ex
planauimus:nūc uero preſſius:uti & locus exegit: & plane ſimpli
cius:& ꝓ comuni hominum captu:deſumpſimus.Cæterum cum

Celſus aſſirmet neq; principes ipſos ſine demonum numine quo dam & ui: fuiſſe his terre bonis dignatos: cunq; & pleraq; eſſent de iſtorum ſtatu dicenda: ita ut longior oboritura ſit queſtio: eo rum gratia q p tyramnidem dominantur: uel ob principatum in laſciuiam & delitias collabuntur: in aliud tempus hec differenda diſtulimus. Vnde nec p regem iuramus: ut Celſo placet: perinde non alium deū eſſe duxerimus: uec per fortunam quidem: quam pleriq; rei euentū dixere: quando nec aliquid ſit nec omnino ſub ſiſtat: nec quidpiam ualeat: ne iuſiurādi forte uim illā inm rebus non neceſſariis deſumamus: ut ſolent pleriq;: q uel in romani im peratoris numen ſiue fortunam iuſiurandum id fecerint. ſit itaq; ut nobis potius ſit moriendū q̃ per demonis aliquod numen & praui: iureiurando aliquid cōfirmemus: qui & plerumq; nullius ſit fidei: & cum eo ſimul quem forte ſortitus ſit homine: fallit᷑. Et ſi is longe plurimum peccet. Rurſum Celſus haud ſecus ac qui de mone perciti dū aliquid referunt: & loqui mox deſinunt & inter loquēdum labunt᷑: perinde ſobrius huiuſmodi infert. Si enī quiſ iubeat eum q deū forte coluerit: uel impie facere: ul᷑ fedius aliquid ꝓnuntiare: haudquaq̃ fuerit illi obtempandum: nec fides preſtan da: ſed cuncta ſunt potius tolerāda ſupplicia: & mortes queuis in ſuper ſubeūde: q̃ irreligioſum de deo aliquid: ne dicam ꝓtulerit: ſed ne cogitatione quidem admittat. Moxq; & iterato: ut noſtre doctrinæ ignarus: & uniuerſa confundens: hec ſubdit. Si enim in iunxerit quiſpiam ut ſolem mineruā ue laudibus efferas: promp tiſſime pulchrum peana decantando extuleris. ſic enim uidebere ſummū deum percolere: ſi iſtos colaudaueris. Diuinus ſiquidē cul tus ubi ad omnes ꝑuaſerit: perfectior redditur. Vel ipſi qdem æq ore animo laturi ſumus: qui ſolem iuſſerit collaudandum: ut q pla ne didicimus: non his ſolum que diuine diſpoſitioni ſubiiciunt᷑: ſed uel inſenſis & hoſtibus benedicere. ſolem itaq; ut dei pulcher rimum opus collaudamus: ut q dei legem obſeruet: & illud inſup audiat. Laudate dominum ſol & luna: & enixius patrē & rep om nium laudet conditorem: mineruam uero cū ſole una inter deos

relatam græcoꝝ fabule prodiderunt:ꝙ ſiue ſic ſe habere ſiue mini me hi ſuſpicent̃:mineruam hanc tamen tradunt e Iouis capite na tam:armatamq́ ꝓdiiſſe:quam poſtmodum inſectando uulganū: corrumpere uoluiſſe:& eius pudicitiam uitiare:cuius uim reniten do hanc effugiſſe:ita eius ex deſiderio uulganū ſemen ꝓfudiſſe in terram:unde ſit ericthonius natus: quem ut inquit homerus:mi nerua nutriuit Iouis filia. Terra uero genuit uite datrix. Et ſane q Iouis filiam mineruam affirmat: ut fabulas affatim ſuſcipiat & fic tiones neceſſe eſt:quas utiq́ nequaq̃ eſt admiſſurus: qui eas deſu gerit: & ueritatem ꝑquirat. ꝙ autem ex tropologia quadā miner ua hec ſapientia eſſe aſſeueret̃:& ita interpretetur:oſtendat aliquiſ quemadmodū illa ſubſiſtat: utq́ & tropice de ſe præferat ſapienti am:ſi uero uetuſtior fuit minerua:ut cui & fuerint:accolis ipſis cū myſteria:tum & ſacra tradentibus: delati honores: cū uellent hāc apud homines diuinitatis nomē ſortiri: & in deam referri. At eo minus uel cōmemoranda hec fuerit:uel uenerāda ut dea: quo nec tantus ſol iſte a nobis ut ueneret̃ fas ſit. tam&ſi hunc:& laudibus efferamus & benedictis ꝓſequimur. Celſus igitur tunc maxime colere nos deū affirmat:cum ſolem & mineruā extollimus laudan do. Nos uero aliter longe ſentimus: quippe qui hymnos cum in dei:tum in unigeniti dei & filii laudem decantamus:& deū quidē & eius unigenitum filiū:nil ſecus collaudamus: ac ſol ipſe & luna collaudat:ſtelleq́ & cœleſtis itē omnis exercitus:hi enim omnes: ut chorus diuinus:cū iuſtis una q inter homines agunt:deū ipſū & unigenitum filium laudibus efferūt. Diximus ſupra hauquaq̃ iurandum eſſe per regem qui in humanis his agat:nec ꝑ eam quā dicunt fortunam. Vnde nec neceſſarium fuerit ut iterato ad ea re ſpondeamus:que dixerat Celſus huiuſmodi: ſi enim ꝑ regem uel potentiorem quempiam qui inter homines degant:iurare te quiſ piam iuſſerit:haud ſane uideri id grauius debet:his nanq́ terrena hec tradita ſunt: & quicquid in uita acceperis: ab his ꝓculdubio accepiſti. nos uero haudquaq̃ aſſerimus fuiſſe his omnia q̄ in ter ris ſunt tradita:nec quicqd ī uita accepimus ab ipſis his accepiſſe.

Cum enim iure aliquid & recte accipimus: ut domeſticos fructus: & panem cor hominis confirmātem: uiteq́ꝫ flexibilem & caducā: & uinum hominis corda letificans: olee preterea fructus: ex dei id ſumimus prouidentia: ut in oleo hominis facies hilareſcat. Porro Celſus ſic inquit: non enim priſcorum cuiq̄ fides eſt abroganda: olim hec predicanti: unus ſit imperator: cui Saturni tortuoſi con cilii filius: imperium dederit: deinde mox ſubdit. Si enim decretū regium ſolueris merito de te uindictam ſumpſerit rex. q̄ ſi tecum id egerint omnes ut legem diſſoluant: nihil impediet quominus in cæteros uindicādo ſolus hic relinquat᷑: que uero in terris ſunt p iniquiſſimos & immaniſſimos barbaros gubernent᷑. ita fiet ut nec tue religionis uel cultus: nec uere ſapientie relinquat᷑ inter ho mines gloria. Sed uelim eqdem ut unus ſit dominus: unus ſit im perator. Non tamen is cui Saturni tortuoſi conſilii filius imperiū dederit: ſed alius potius cui ille detulerit dominatū: qui & reges conſtituit & regna confirmat: & optimum in tempore erigit ſuper terram. Nec ſane Saturni filius tortuoſi qui: ut græcorum fabule ferunt: patrem regno expulerat reges p loca conſtituit: non enim: ut locus quiſq́ꝫ exegerit: allegorice q̄s iſta interpretabit᷑. Sed deus qui omnia moderatur optime nouit quid nam eſſet in conſtituē dis regibus hiſce facturus. Diſſoluimus ergo quod Saturni tortu oſi & uarii conſilii filius tulit decretum: cū nihil interea quod cur uum & tortuoſum ſit dei patrem & deum uelle credamus: cū alio quin que de ꝓuidentia ſtatuunt᷑ haudquaq̄ diſſoluimus: nec que imprimis p prouidentiam hanc ipſam gerunt᷑: uel e quibuſdā ꝓ uidentiæ appendicibus fiunt. Neq́ꝫ hoc qdem pacto in nos anim aduerteret imperator: id ſedulo affirmantes haudquaq̄ ſibi Satur ni filium detuliſſe imperium: ſed qui deponit & conſtituit reges. Et id ſane mecum fecerint omnes: ut homericum illud ſoluant de cretum: que uero deus de imperiis ſtatuat: tutent᷑ & ſeruent. Nec ſecus & illud quod ita iniungit᷑. regē honorificate & obſeruate. quo fit ut nec hunc ipſum in modū imperator ſolus deſtituatur: uel ad ſolitudinem redigat᷑. nec que in terris ſunt ad iniquiſſimos

& efferatiſſimos barbaros tranſferantur. ꝙ ſi: ut Celſus affirmat: id ipſum mecum una fecerint omnes: ꝓfecto uel barbaros hoīes diuina ſuſcepta doctrina: & iuſtiſſimos quidem & māſuetiſſimos fore aſſeuerauerim:& cultum omnem ſuperuacaneū iri quandoqꝫ ſublatum:& chriſtianorum dumtaxat ꝑmanſurum:duraturumqꝫ ꝑpetuo ſolum:chriſti doctrina:q̄ multas ſemper animas depaſcente. Porro Celſus ut ꝓrſus ignarus quid nam quod dixerat ſubſeq̄tur ſic inquit:non enim dixeris ꝑinde tibi preſtita fide:romanos legitimis ſuis cum erga deos: tum in homines neglectis officiis: tuum hunc quem celſiſſimum dicis: uel alium quempiā pro tuo arbitrio inuocaturos:uel fore ut ſupplices rogent: ſeſe ut cœlo deſcendens tuteť:ita ut aliorum non indigeant uiribus. quondam enim:ut uos affirmatis:uel id quidem facturum ſe ille pollicitus: ſpectare licet q̄ uel iudeis uel uobis ꝓfuerit: his ſiquidē ꝓ uniuerſæ terræ promiſſo imperio:nec gleba quidem:uel quantulacunqꝫ hec fuerit:relinqtur. ueſtrum autem &ſi quiſpiam latitando oberrat:queritur tamen ad mortis ſupplicia. Vbi uero querit hec Celſus:quid nam ſit Romanis his occurſurū ſi legitimis diis neglectis chriſtiane doctrinæ fidem adhibeāt & ex primis illis hominū legibus celſiſſimum colant: Audi quid ad hec dicere libeat: ſi enī duo ex uobis inquit conſenſerint ſuper terram de omni re:quamcunqꝫ petierint fiet illis a patre meo q in celis eſt. Letatur ſiquidē rationalium animantium concordia deus:& diſcordiam auerſať. Quid erit ergo hiſce ex dictis exiſtimandum niſi per paucos eſſe hoc tempore inter ſe conuenturos: at omnes qui ſub Romanoꝝ ſunt ditione in unum ſint forſitan coituri & illi ſupplicaturi: qui hebreos cum ab ægiptiis ſe perſequentibus fugarentur: hunc in modum alloquitur. Dominus pugnabit pro uobis: uos autem tacebitis.& ſane ubi illi concordi animo dominum precabuntur: longe plures poterunt hoſtium uel ſe inſectantium: trucidare: q̄ Moyſes ille ad dominum clamitando: uel aliis: qui aderant: dep̄cantibus:trucidarit. Quod autem his qui legem ſeruarent promiſerat deus:ſi minus:ut erat pollicitus:fecit:non iccirco qa mētitus

ſit ille: effectum id eſt: ſed quia cum pactione: & promiſſiones ſint facte: ſi lege ſeruata & iuxta legem duceret uitam. Porro ſi nec glebæ quidem nec lariũ iudeis nil reliquũ eſt: cum pactionibus promiſſa ſuſcipientibus: ꝑfecto eorum eſt omnis incuſanda ꝑuaricatio: & ea pcipue qua in Ieſum ſunt uſi. Sed pro Celſi materia ubi uel Romani ipſi crediderint: & deum precando inſtiterint: hoſtes utiq; ſuperabunt: uel ſaltem eoꝝ ſalua republica minus oppugnabuntur: diuina quadam uirtute ſeruati que & iuſtorum ob gratiã quinquaginta: ciuitates quinq;: ſeſe pollicita ſit ſeruaturã. conſtat nanq; dei homines ad reꝝ terrenarum cõfirmationem & ſtatum: ueluti ſal eſſe: qđ cætera ne putreſcant obdurando conſeruet: ꝗ ſi ſal euanuerit ad nihilum ualet ultra: niſi ut eiiciatur foras & cõculcetur ab hominibus. Qui habet aures audiendi audiat: quorſum iſta dicãtur: & nos quidem ubi deus temptatori tradita poteſtate permiſerit: ut nos pſequatur: perſecutiones quidem ſubimus. Cũ autem deo placitum eſt: ut has toleremus: uel in hoc qui nos oderit mundo: pacifice degimus: & ſane dicenti illi confidimus & id affirmanti: confidite: ego uici mundum. Vnde inquantũ hic mũdum peruicerit: a patre uult hanc mũdi uictoriam accepiſſe. ĩ quo ipſi habemus fiducie plurimum. ꝗ ſi deintegro uelit de pietate & cultu nos certamẽ inire: procedant in medium aduerſarii: quibus plane dicturi ſumus. omnia poſſum in eo qui me confortat chriſtus: non ne duo paſſeres aſſe ueniunt: & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro qui in celis eſt: tantopere enim uniuerſa dei complexa eſt prouidẽtia: ut nec capitis noſtri capilli hanc fugiãt numerati. Deinde rurſum in xp̃i perſona loquentis: ut aſſolet Celſus in ſubſequentibus ea inducit: que nemo noſtrũ conſcripſerit. inquit enim. Nec illud utiq; tolerandum quod noſtros dixeris imperatoreſ ut obſequentiores iã redditos per te captos iam eſſe: & alios item impoſterum imperaturos perſuaſos te habiturum: non tamen ut illi alios ſint capturi impoſterum: & alios inſuper atq; alios: quouſq; tandem captis omnibus ac tibi deniq; obſequentibus: imperium aliquod in medium ꝓdeat: quod

ut circumſpectius fuerit:ita & prouidentia ſit plurimum ualiturꝝ:
& futuri iam preſcium: ita ne priuſq̃ ſe diſperditum eat uos fundi
tus perdat: ſed ad hec nil duxerim reſpondendum: non enim de
preſentibus hiſce imperatoribus quis noſtrum hec dixerit.ꝙ ſi p
ſuaſi hi capiantur:uel aliis ſumus que uolumus pſuaſuri. at unde
nam illud Celſus deſumpſit:ʼut perinde nobis ex ſucceſſione qua
dam:poſteris ipſis ſemper obtemperantibus:& uenientibus incap
turam quia in hoſtes nihil animaduertant: affuturũ ſit quandoq;
imperiũ aliquod unũ & circũſpectius:quod & futura preuideat &
noſtra ut longe priuſq̃ ſua diſpereãt:funditus ſit ſublaturum:ʼ ſed
uidetur in iſtis nugas Celſus ſubnectere: & id quidem ex ſe deli
raſſe. Poſt hec autem quod cuperet forſitan:explicãs inquit: ſi enĩ
fieri aliquando poſſet ut unam in legem: q aſiam Europam & Li
biam incolunt:cõuenirent: græciq; item & barbari qui uel terraꝝ
tenent ultimos terminos:moxq; ut impoſſibile factu exiſtimans
illud ſic infert: qui enim id fieri poſſe exiſtimauerit: profecto nul
lius eſt rei gnarus. Hec uero ſi ſunt per nos differẽda: ſuo loco ex
plicabuntur & paucis: qui utiq; locus ut diligentius eſt inqrẽdus
ita & confirmandus:ut non ſolum poſſibile factu id arguatur:ſed
uerum etiam eſſe monſtretur:ꝙ in unam legem conueniat genus
omne mortalium preditum ratione. Stoici uero ſuperãte: quoad
fieri poteſt:cætera elemẽta quod ualidius eſt:elemento:conflagra
tura eſſe uniuerſa affirmant: ubi in ignem omnia conflabuntur.
nos uero diuinam doctrinam aſſeueramus humanam omnem &
rationalem ſuperaturam quandoq; naturam: & animam in ſui p
fectionem immutaturam. Vbi quiſq; uel tenui uſus licentia: & q̃
uelit elegerit:& in quibus malit uerſetur. Nec par eſſe dixerimus:
ut quemadmodum in corporum ſiue morbis ſiue uulneribus
contingere ſolet:ut ex his nonnulla plerumq; quamuis medicam
artem excedant periculi magnitudine:ita & animis ipſis ut aliqd
inſit a uitiis prodiẽs: quod minime queat per eum qui & deus ſit
& ſumma ratione utatur: utcunq; curari. Diuina itaq; diſciplina:
omnibus animæ uitiis cũ fortior ſit & ſuperior: & que item huic

adhibetur curatio:profecto cuiq; pro dei arbitrio medicatur:& rerum eo exitus tendit ut uitia deperdantur: utrum autẽ deintegro naſci hec permittantur nec ne:haudquaq̃ preſentis eſt uel materie uel temporis edocere.q̃mulra enĩ de uitiorum internitione & cuiuſuis anime caſtigatione diuinis uaticiniis explicantur.ſat autem in preſentia fuerit ex ſophonia dicta quedam producere: que huiuſmodi ſunt.uerumtamẽ diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes ſuas. Quapropter expecta me dicit dominus in die reſurrectionis mee in futurum: quia iudicium meum ut congregentes & colligam regna: & effundam ſuper eos indignationem meam: & omnem iram furoris mei:in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra:quia tũc reddã populis labium electũ: ut inuocent omnes in nomine domini & ſeruiant ei humero uno: ultra flumina babilonie:inde ſupplices mei:filii diſperſorum meoꝝ deferent munus mihi:in die illa nõ cõfunderis ſup cũctis adinuẽtionibus tuis: qbus p̃uaricata es in me. qa tunc auferã de medio tui magniloquos ſupbie tue: & nõ adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo. & derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & ſperabunt in noĩe dñi reliqe Iſrael. non facient iniqtatẽ nec loquẽt mendatiũ:& nõ inuenieẽt ĩ ore eoꝝ lingua doloſa.qm̃ ipſi paſcent & accubabũt & nõ erit q exterreat.q aũt querit hec cũcta pnoſcere: aptius uelĩ oſtendat ꝓphetiæ ſententiã: quin potius diſqrat p̃cipue:qd nã illud deſignet ut terra omni penitus deſolata:redeat ad populos lingua:ĩ eius generatiõe his rebus aſſimilis:q̃ ante linguaꝝ cõfuſionẽ fuiſſent. intelligatq; qd nã ſit illd ut oẽs dñi inuocẽt nomẽ:ut ſeruiãt ei humero uno:ut demant cõtumeliæ ĩꝓbitates: nec decetero futura ſit iniuſtitia:nec ſermo uanus:nec lingua doloſa.hec aũt uiſa ſunt nobis:mediocriter nec diligenti narratione iã ꝓferẽda:Celſi ob dicta exiſtimãtis:fieri non poſſe:ut unũ ſentirẽt q aſiã Europãq; & Lybiã incolũt:græciq; itẽ & barbari. & forte illud his ĩpoſſibile fuerit q ad huc ĩ corpore degũt: non tamen his q hoc liberi ſunt.cæteꝝ hortatur nos Celſus totis uiribus ut opem regi feramus:ĩſumamusq; una ad æqtatem

labores ut illũ tutemur: illi ut bella geramus: ſi bella gerẽda ſunt. Nos uero principibus quandoq; opitulamur: hiſq; opitulatione quadam diuina preſidio ſumus: dei armaturã recipientes: & id q dem apoſtolice uoci obtemperando nos agimus: ſic differenti. ob ſecro itaq; uos primũ facere petitiones: orationes gratie: ꝓ omni bus hominibus: pro regibus: & pro omnibus qui in precellentia ſunt. & nimirum quanto quis erga deum pietate preſtiterit: tanto & regibus ad opitulandum efficatior preter cæteros milites erit: in expeditionem euntes: ut quoad liceat q̃multos hoſtium ꝑdat. deinde ad eos qui & a fide ſunt alieni: & dignũ ducunt pro re pub lica nos militiæ munus inire: & homines morte conficere: dicturi id ſumus: quẽadmodũ iuxta ſe ſimulachroꝝ: heroũ quorũdã quoſ deos putent ſacerdotes neocori dexterã manum: ſacrificãdi gratia ſeruant innoxiã: ut manibus ſanguine nil inquinatis: his offerant ſacrificia: quos deos eſſe affirmãt: ita ut nec ſi ingruat bellũ: milita re hos alii cogãt quod utiq; ſi iure id fieri apud iſtos uidetᷣ: quãto magis uel aliis militantibus & noſtri homines ut dei ſacerdotes preces & uota ſumminiſtrando: pro his hauddubie ſunt orando potius q̃ belligerando militaturi: qui bella iuſtius geſſerint & rec tius dominentur: ut hoſtilia cuncta & his aduerſantia qui iuſtio res ſint tollantur e medio. Nos uero precando & ſupplicando lõ ge magis demones omnes qui uel prelia extitant: uel iuſiurandũ confundunt: uel pacem perturbant: dum perdimus: regibus ipſis preſidio ſumus: q̃ ſi bella gerere uideremur. Rebus preterea publi cis cum cæteris una & nos inſudamus: quia æquitate ſeruata cum operibus & uota offerimus. & q̃multa meditando conſcribimus: que ad uoluptatis contemptum inſtituũt: ut ab his duci ſe nil ho mines ſinant: nos inq̃ & pro imperatore longe acrius bella ſuſcipi mus: & ſi alioquin: cum eo nullibi militemus. Priuatim tamen interea eius ob gratiam militiæ munere fungimur: hoc eſt pie tatis & cultus. Cum deum precando & uotis: hunc enixe iu uamus. ꝙ ſi uelit inſuper Celſus pro patria nos depugnare: intelligat id ipſum nos ſedulo facere: non oſtentantionis &

& gloriæ cupiditate ab hominibus uendicandæ: ſiqdem e noſtre mentis recondito: pces fundunt͛: ut p ſacerdotem pro patria tutā da emiſſe. accedit etiam ꝙ chriſtiāe ſectatores religionis: plus ſane q̄ cæteri homines in patriam beneficii conferunt: cū & ciues eru diunt & ad pietatem inſtituunt: ad uetuſtum illum dierum deum & diuinam celeſtemq; ciuitatem recipiēdo: qui in minimis ciuita tibus rectius uixerint: quibus id dicitur ſi in exigua ciuitate fide lis effectus es: ueni & ad magnā: ubi deus eſt in Synagoga deoꝝ: & in medio deos diiudicat: te illis ānumerās: ſic nō ultra morieris ut homo: nec ſicut unus de principibus cades. Nos p̄terea Celſus ad capeſſendam rem publicā & patriæ nos ꝑncipatū hortat͛: ſi id uel legum ſalutis: ul͛ pietatis gratia: fieri oporteat. Nos uero in ſin gulis ciuitatibus aliū quendam eſſe patriæ ſtatum dei doctrina cō ſtructum callentes: eoſ qui: cum uerbo ſunt fortiores: tū uitæ inte gritate utunt͛: ut p̄ſidere eccleſiis uelint: hortamur: cū eos interea minus ſuſcipiamus q dominādi ſtudio detinent͛: illos uero enixe cogamus ut eccleſiæ dei curam capeſſant: q hāc promptius nolint & petulanter capeſſere. & ſane q optime inter nos p̄ſunt: uel iuiti cogunt͛: rege illo & ſummo inſtante: quē & dei filiū ſcimus & de um uerbum eſſe cognouimus. unde & ſi in eccleſia teneant ꝑncipa tū q rectius p̄ſident: hoc eſt ſi hi q eccleſiæ eſſe dicunt͛: uel ſi iux ta dei inſtituta potiunt͛ imperio: cū alioquin nihil ex eo poſitas leges inqnent: nec uulgatioris uite ut chriſtianos ritus ſectantes fugiant miniſteria: diligentius ꝓculdubio impoſitū onus ꝓcurāt & ſe ipſos miniſterio ſeruant: quod & diuinius ſit & eccleſiæ dei: & ad hominū ſalutē pneceſſariū. unde & iure ſimul & neceſſario cum alios ducant: tum ut internis ita & externis ꝓuident rebus: ut ex his in dies rectius uiuant: ex illis uero: ut in p̄ſtātioribus di uini cultus doctrinis: opibuſq; uerſent͛: ita ut uere deū colēdo: & quoad licuerit erudiendo q̄plurimos: dei uerbo & diuinæ ſimul legi iungātur: & deo ipſi per dei filium uerbum cohereant quem utiq; conſtat & ſapientiam & ueritatem & iuſticiam eſſe: q homi num quemuis patri conciliat qui ſit ad recte uiuendum paratior.

Abes igit̃ in his ſacer Ambroſi pro attributis uiribus
eorꝝ iam finē: q̄ p te nobis īpoſita ſunt: ita ut octo iam
libris cōplexi ſimus: q̄cūq; par duximus: ut ad iſcriptū
falſo Celſi ueritatis ſermonē: reſponderemus: eius itaq;
fuerit q & illius ſcripta & aduerſus hūc nr̃a plegerit: ſentētiā ferre:
utra potius: uel deum ſpirent: uel quemadmodum ille colendus
ſit ſapiant magis: ul' ſaniorum dogmatum que ad homines ipſos
peruenerint & ad optimum uiuendi genus hortentur: melius ſen
tiant ueritatem. Sed intelligas Celſum aliud opus ſe polliceri im
poſterum editurum quo doceat quemadmodum his qui & uelīt
& poſſint ſibi fidem preſtare: uiuendum ſit. q̄ ſi decetero ſecundū
aliquod opus non ille conſcripſerit: bene habet: & octo his libris
contenti erimus: ſuis ſcriptis iā reſpondiſſe: ſin uero pergat & alia
quedam inceptans perfecerit: conquiſita ad me cōfeſtim tranſmit
tito: ut uel ea inſuper que deinceps falſo hic ſenſerit: reſpondendo
ſtrenue refutemus: utcunq; pater ille ueritatis ſuggeſſerit: & ſiqua
forte ueriora narrauerit: ut rectius dicta: noſtro teſtimonio cōpro
bemus.

Origenis contra Celſum finis: quem Chriſtophorus perſona
Romanus: prior ſanctæ Balbinæ de urbe: latine græceq; peri
tiſſimus: cū fide e græco traduxit & emendauit. Magiſter uero
Georgius Herolt de Bamberga Romæ impreſſit. Anno in
carnationis domini Milleſimoquadringēteſimooctogeſimo
primo: menſe Ianuarii: regnante Sixto quarto pontifice maxi
mo: anno eius decimo.

Primū uacat
Ioanni
origenis
necem
diſſeren do

Heus tu
quouis
unam
fratrem

Patietur
eſſent
hec Celiſ
rumor

Ab his
ut cōfirmes
qa & apd
& illorum

E quibus
ita ut diſcipli
hūc ſcribi.
ſerpentia

Obiiciunt
eſſe uſui
que ad mor
petroq;

Sed p̄mū
& potentē
celſus & in
ieſum in ſe

Quidpiā
admitterēt
italia
iterato

Dictionem
retulerit
ſed illud
ſapientem

Prouidendū
uarias
principiū
Ieſum uero

Equior
ieſu ecclie
demonū
ita ut &

Quādoqdē
inferenda
uerumtn̄
dei ꝓphetas

Chriſtiani
uacent
ergo cum
cōminādo

Fatemur
& rationali
inducenti
p ſe mirifice

Solem
oculis
edidiſſe
& inuocati
celſi

Hec redigūt
plato
meliorem
quidē opus
deo cariora

Arboribuſq;
utiq; erat
quid igitur
melle utant
uel formicis

Liber qntus
iſte & ꝓuidē
uerſum hoc
obtuliſtis
uſpiam

Efficere
leges
inde mēda
uel a p̄nci.

Secusac
ac aliud
ſephora
edocebimus

Que illi
eaſdem
cordibus
ſiquidem

Admodū
ſomnium
ꝙ ſiquis
penitus

Iam nobis
poſtmodū
ut grauiſſi.
longe ante

Ex diuina
nobis qd
conſtat
autē u tꝝ

Cepit
nos quēad.
fumo
qnetiam

Neceſſe
erat neceſſe
ut ita dixeri.
ex uerbi

Intelligat
impoſuiſſet
criminādi
uiuētibus

Qui in obſcu.
ſapiētes q̄pluri
cū critone
ſapientes elo.

Sic ꝓferantur
lacedemōioꝝ
ſtabilimenta
hauddubie

Poſſit
que coinqnāt
res ipſas
ubi & gratias

Tempoꝝ
aliqua
eſt deus
quēadmodū

Celſus affir.
cum enim
ſit ille

ORIGENES. Contra Celsum et in fidei Christianae defensionem libri. [Translated by Christophorus de Persona.] January, 1481.

Hain, 12,078; B.M.C., part IV, p. 126.

Printed in roman characters, in folio. It has 264 leaves, 32 lines to a page, except the first two leaves which have 36 lines. The size of a leaf is 258 × 185 mm., and the text measures 180 × 124 mm. Spaces for capitals at the beginning of books. There is a fine woodcut initial on the third leaf.

"Contra Celsum," one of the most important works of early Christian literature, is a defense of Christianity and its vindication as the true religion. It is an answer to "The true word" (Λόγος ἀληθής) of the Platonic philosopher Celsus, which it follows sentence by sentence. At least three-fourths of Celsus's book are embodied in verbatim quotations in Origen's work, and since no copy of "The true word" exists, the treatise of the pagan philosopher owes its preservation to the Christian writer's reply. And this is not the slightest merit of Origen's work.

One cannot ascertain with any definiteness who Celsus was, or where and when he lived. It is probable, however, that he was a Roman and that he wrote his book in or about 178, that is, during the reign of Marcus Aurelius. It appears that he was a much-travelled and cultivated man, a philosopher, though not in the professional sense. He wrote in a tolerant spirit, keeping his arguments free from abuse — except when he touched upon the Jews, whom he ardently disliked and whom he excluded from the group of ancient and learned nations.

In the first part of his work Celsus examines Christianity from the point of view of the Jews, re-stating their objections to the acceptance of Jesus as the Messiah. But then he continues: "The conflict between Jews and Christians is a silly conflict . . . The point at issue is no weight: both believe in the predictions of a Saviour to mankind, they only differ as to whether He has come or not." The writer's main attack, therefore, goes farther; it is directed against the idea of Incarnation itself. Why should the human race think itself so superior to bees, ants and elephants as to be put in this unique relation to its maker? he asks. "No, the universe was not made for man, any more than for the lion, the eagle, or the dolphin, but that the cosmos might be absolutely perfect as a work of God ought. All things have been created, not for any one, but for the whole. God cares for the whole, and His providence never forsakes it; it undergoes no change for the worse, and God needs not to restore it after a lapse of time; nor is he angry at men any more than at apes or flies; nor does he threaten his creatures, each of which has its own appointed place." It is easy to see how, from this vantage-ground, he criticises the special Christian dogmas. According to him, even the moral teachings of Jesus are merely echoes of the teachings of the Greek philosophers, particularly of Plato.

Origen's answer was not written until about seventy years later. In its comprehensiveness and vigor, it is the most important apologetic work of the early Church. While Celsus speaks with contempt of Moses and regards the stories of the Old Testament as absurd, Origen affirms the inspiration of the Scriptures and defends the monotheism and high moral standards of the Jews. But he concentrates his arguments on the point where the attack was the most dangerous: on the doctrine of Incarnation. He insists that man has a unique place in the universe. "We are forbidden by our reason, which takes its origin from the Reason that is with God, to conceive of the rational creature as altogether alien from God. Nor are even bad Jews or Christians to be compared to worms. This would be a calumny on human nature . . ." And, in summing up: "God not only takes care of the whole — of the universe — but besides He takes special care of every rational being . . . He is not angry because of apes or flies, but to men, inasmuch as they have not kept themselves within their natural impulses, He applies justice and punishment; he threatens them through the prophets, and through the Saviour who was present in the world for the benefit of the whole human race . . ." In reply to Celsus's contention that Jesus had failed, he triumphantly points to the rapid progress of Christianity: "Was He a man, who dared to sow throughout the whole world His religion and teaching? Could He without divine power have accomplished His design?"

It would be futile to attempt to summarize in a few paragraphs the contents of the book. There are few works in the whole patristic literature which a modern reader can read with greater pleasure. In "Contra Celsum" the debate between Christianity and Graeco-Roman polytheism or pantheism is fought on a high plane, through opponents who were worthy of each other. If Celsus knew both the Old and the New Testament, Origen was equally well-versed in Greek philosophy. The tone of Origen's work is as moderate as that of Celsus: on more than one point the two men agree. Indeed, Origen himself was deeply influenced by Neo-Platonism; and it was for this reason that in the fifth century several of his doctrines were placed under anathema and he himself was pronounced a heretic.

Bought in July, 1912.